Commentum [illegible]

[illegible]

Julii Caesaris Commentaria



# Commentarii Caesaris recogniti per Philippum beroaldum.

BENEDICTVS BIBLIOPOLA AD EMPTOREM.

Emptor Attende. Quando emere uis libros excussos in officina mea excussoria, inspice signũ, quod in calce semper est. ita nunq̃ falleris nam Quidam maliuoli impressores libris suis inemendatis et maculosis apponunt nomen meum, ut ita fiant uendibiliores. quo pacto et mihi et nomini Doctissimi nostri Philippi beroaldi Derogant, uel potius derogare contendunt.

Liber R. D. Doctoris Nicolai Valtlerk Archipri Ecclae B. Mariae in circulo Crou. legatus pro libraria Colleg. maioris almae Vtis Crac.



# AD CLARISSIMVM HERNESTVM SCHLEINI/ CENSEM SCHOLASTICVM GERMANVM PHILIPPI BEROALDI BONONIENSIS

## EPISTOLA.

r

Omanos Imperatores fere oēs nō magis armis q̄ litteris effloruisse ī confesso est/inter quos primus ueluti lucifer qdā īter astra consurgēs Cæsar dictator emicuit. Qui rei militaris sciētia p̄cellēs & impatoriis uirtutibꝰ īclytus/q eloquētia doctrinaqꝫ siderali/& eruditiōe multiiuga ꝑpoli/tus/q d̄niqꝫ animi uigore p̄stās & īgenio prępollēs capaci oīum quæ cœlo cōti/nētur/Musas marti stilū gladio decēter copulauit. Et cū duæ inter ceteras artes excellāt/una Impatoris/Altera Oratoris/tantū ī utraqꝫ ꝑfecit/ut ī altera p̄staret haud dubie oībꝰ/ex altera tātū assumeret/ut si nō primꝰ/saltē īter primos ora/tores ānumerari mereret̄. Qui cōsuetudinē uitiosā & corruptā pura & īcorrup/ta cōsuetudine emendauit/quæ cū omniū domina reꝝ/tū maxime uerboꝝ ē. Is ad elegātiā uerboꝝ latinoꝝ cū eēt multis litteris/& his qdē recōditis suffarcina tus adiūxit oratoria pigmēta/Tenuitqꝫ splēdidā atqꝫ magnificā & generosam quodāmō rationē dicēdi/q adhuc adolescētulus ac pene puer/Accusauit Cor. Dolobelā ea orone/quā cū admiratiōe posteri lectitabāt. Et cū singulis orato/ribus sit peculiaris q̄si q̄dā ac sua uirtus/cū ī Salustio parsimonia/In Cicerone opulētia/In Seneca sāctitas/In Hortēsio partitio/In Cor. tacito pōpa/In Quī tiliāo acrimōia dilaudent̄/In Cæsare uī calorēqꝫ ꝓpe peculiariter extollūt/illū eodē aīo dixisse quo bellauit memorātes/Miꝝ ꝑfecto miꝝ est tātū claruisse in eruditiōe Cæsarē dictatorē/cui oīs fere opa prīceps ī rebꝰ bellicis impatoriisqꝫ negotiis sūpta est/Cuiqꝫ uita minime fuit sedētaria/Veꝝ nihil ē qđ nō efficere possit ille uigor animi/illa celeritas mētis illud acumē īgenii/quo omniū gloriā haud dubie aut æquauit aut excessit. hic īter cetera diuini īgenii monumēta reli quit cōmentarios rerum suarum ualde quidem probandos/qui adeo munditer pure eleganter conscripti sunt/ut mundius elegantius tersius nihil quicq̄ repiri possit. In quibus sūma illa oratoris uirtus/quam perspicuitatem uocāt magno cum nitore conspicitur/Sunt.n.quod nemo nō uidet/lucidissimi planissimiqꝫ/in quibus omnia fluunt illaborata ac felicissimā facilitatem præse ferentia/nec ullis reconditorū uerboꝝ exoletarūqꝫ uocum fetoribus deformata. Ego nuper hosce Cæsaris Cōmentarios curiose recognitos ac diligenter emendatos dedi Benedicto impressori nostro elegātissimo sincerissimoqꝫ īprimēdos inuulgan/dosqꝫ sub tuo noīe Herneste mi clarissime. Merito.n.te clarissimum appello/q claritudine nataliū es īsignis/& claritate īgenii morūqꝫ splēdescis. Tibi pater ē Magnificus uir Henricus ex ordine ꝓceꝝ illustrioꝝ/Quos Barones nūcupa/

tis/ex familia Schleinicēsi p latissimā florētissimāq; germaniā/nō minus honorata q̄ clara/q numerosa sobole fecūdus/& pinde felix cū ī te indolē uirtutis ac ingenii ingenuitatē emicantem cōtemplaret̄/te potissimū delegit/quem in gymnasia litteratoria ad capiendū animi cultū Bononiā peride ac disciplinarꝫ liberaliū parentem destinaret. Venisti itaq; cū fratre maiusculo ad nos/euestigioq; id specimē ꝓbitatis dedisti/eāq; eloquētiæ cupiditatē prę te tulisti / ut iter scholasticos nobiliores/quibus hoc potissimum tempore gymnasium nostrū ē frequentissimū / ꝓbissimus elegantissimus amabilissimus conspicereris. Fecisti id quod oppido q̄ pauci efficiunt / ut pulchritudini corporis honestamenta morum copulares/ut splendori gentis splendorem doctrinæ cōnecteres/ Sine qua nobilitas gentilicia fere dimidiata est/& claritudo natalium parum splēdicat/ Tu in propatulo splendidus/domi nitidus/in schola frequens/inter classicos condiscipulos clarus/uoluptates/quarum blandimenta maxime titillant ordinis tui adulescentulos atq; transuorsum trudere solent a recte uiuendo/quasi a limine salutas transeunterq; degustas. Te eruditio pliniana/sine qua nemo satis eruditus/te diui Augustini doctrina sacrosancta delectat/tibi Ciceronis cōdimenta mellita gratissimo in cibatu sunt / tu Plautinis salibus oblectaris/deniq; domus tua facta est conciliabulum doctrinæ politioris / ubi nos quotidie animos auresq; nobiliū scholasticorum litterario pabulo saginamus. Vbi cōmentarios Cæsaris tuo rogatu proxime enarrauimus/quorum lectionis te sititorem cum primis inspexi/nuperime uero cum scires eum qui in sole ambulat colorari/eum qui cum erudito degit colorem ducere eruditionis / studiose egisti ut meus esses contubernalis/faceresq; stipendia litterarum opulenta ac ditia in nostro contubernio: Tanq̄ purior sit liquor qui hauritur ex fonte q̄ riuo. Ego uero operam dabo ut in meam domum disciplinam patrociniumnō frustra uenisse uidearis/ut d̄ me idem/quod de Roscio Comedo/dici possit & credi/a quo qui exibat discipulus ob hoc quia ab illo ueniebat plus etiam scire q̄ sciret uidebatur/qui deniq; Roscium audiuerat illum eruditum existimabāt. Cape ergo mi Discipule mi compater mi cōtubernalis hilaro uultu hosce cōmentarios/qui in publicum prodire gestiunt gestantes tuum nomen in pagina liminari/in qua epistolam hanc tuo nomini nuncupatim dicatā queso ne spreueris inspicere/& id qualecunq; est munusculum ne fastidienter asperneris.

Vale. & amiciciam inter nos triplici necessitudinis nodo cōnexam ꝙ & discipulus es & compater/& contubernalis/perēniter cole.

# CAII IVLII CAESARIS COMMENTARIVS PRIMVS DE BELLO GALLICO.

g ALLIA EST OMNIS DIVISA IN PARtes tris: quarum unam incolunt belgæ: aliam aquitani: tertiam qui ipsorum lingua celtæ: nostra galli appellãtur. Ii omnes lingua institutis legibus inter se differunt. gallos ab aquitanis garunna flumen: a belgis matrona et sequana diuidit. horum omniũ fortissimi sunt belgæ: ꝑpterea ꝙ a cultu atq; humanitate prouinciæ longissime absunt: minimeq; ad eos mercatores sæpe cõmeant: atq; ea: quæ ad effœminandos animos pertinẽt: important: proximiq; sunt germanis: qui trans rhenum incolunt: quibus cum continenter bellum gerunt. qua de causa heluetii quoq; reliquos gallos uirtute præcedunt: quod fere quotidianis bellis præliisq; cum germanis contendũt: cũ aut suis finibus eos prohibẽt: aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. eorum una pars: quam gallos obtinere dictũ est: initium capit a flumine rhodano. continenturq; garunna flumine. oceanum finis belgarum attingit. etiam a sequanis et heluetiis flumen rhenum: uergit ad septemtrionẽ. belgæ ab extremis galliæ finibus oriuntur. pertinent ad inferiorẽ partem fluminis rheni: spectant in septẽtrionem et orientẽ solem. Aquitania a garunna flumine ad pyreneos montes: et eam partem oceani: quæ est ad hispaniam ptinet: spectat ad occasum solis et septẽtriones. Apud heluetios longe nobilissimus fuit et ditissimus Orgentorix. Is. M. Messalla et. P. Pisone consulibus regni cupiditate inductus cõiurationem nobilitatis fecit. et ciuitati persuasit: ut de finibus suis cum omnibus copiis exirẽt: pfacile esse: cum uirtute omnibus præstarent: totius galliæ imperio potiri. Id hoc facilius eis persuasit: ꝙ undiq; loci natura tuti heluetii cõtinerenẽ: una ex parte flumine rheno latissimo atq; altissimo: qui agrum heluetium a germanis diuidit. altera ex parte monte iura altissimo: qui est inter sequanos et heluetios. tertia lacu lemanno et flumine rhodano: qui prouinciam nostram ab heluetiis diuidit. iis rebus fiebat: ut et minus late uagarenẽ: et minus facile finitimis bellũ inferre possent: qua de causa hoĩes bellandi cupidi magno afficiebantur dolore. pro multitudine aũt hominũ: et ꝓ gloria belli atq; fortitudinis angustos se fines habere arbitrabanẽ: qui in longitudinẽ milia passuũ ducẽta quadraginta: in latitudinẽ centũ octoginta patebant: his rebus adducti et auctoritate Orgentorigis permoti constituerũt: ea quæ ad ꝓficiscendũ ptinerent parare: iumẽtorum et carrorũ ꝗmaximũ numerũ coemere: sementes ꝗmaximas facere: ut in itinere copia frumenti suppeteret. cum proximis ciuitatibus pacem et amicitiam confirmare: ad eas res conficiendas biennium sibi satis esse duxerunt: in tertium annum profectionem lege confirmant. ad eas res conficiẽdas Orgentorix deligiẽ.

is sibi legationẽ ad ciuitates suscepit. in eo itinere persuadet Castico Catamãtalcedis filio sequano: cuius pater regnum in sequanis multos ãnos optinuerat: et a senatu populoq; .ro. amicus appellatus erat: ut regnũ in sua ciuitate occuparet: quop pater ante habuerat. Itemq; Dũnorigi heduo fratri Diuitiaci: qui eo tempore principatum in ciuitate sua optinebat: ac maxime plebi acceptus erat: ut idem conaretur persuadet. eiq; filiam suam in matrimonium dat: perfacile factu esse illis ꝓbat conata perficere/propterea ꝙ ipse suæ ciuitatis imperiũ esset optẽturus. nõ esse dubiũ quin totius galliæ plurimũ heluetii possent: seq; suis copiis suoq; exercitu regna illis cõciliaturũ cõfirmat. Hac ratione adducti inter se fidem et iusiurandũ dant: et regno occupato per tres potẽtissimos et fortissimos populos totius galliæ se potiri posse spant. ea res ut est heluetiis p indiciũ nunciata: moribus suis Orgentorigẽ ex uinculis causam dicere coegerũt: dãnatum pœnã sequi oportebat ut igni cremaretur. Die constituta causæ dictionis Orgẽtorix ad iudiciũ oẽm suam familiam ad hoĩum milia decem undiq; coegit. et oẽs obæratos: quorũ magnũ numerũ habebat: eodẽ conduxit: p eos ne causam diceret: se eripuit. cũ ciuitas ob eã rẽ incitata armis ius suũ exequi conaretur: multitudinẽq; hoĩum ex agris magistratus cogerent: Orgẽtorix mortuus ẽ. neq; abest suspicio (ut heluetii arbitrant̃) quin ipse sibi mortem consciuerit. Post eius mortẽ nihilominus heluetii id: quod cõstituerant: facere conant̃: ut e finibus suis exeant. ubi iam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt: oppida sua omnia numero ad duodecim: uicos ad quadringentos: reliqua priuata ædificia incendunt. frumẽtum omne: præterq̃ quod secum portaturi erant comburũt: ut domum reditionis spe sublata: paratiores ad omnia pericula subeũda essent. trium mensium molita cibaria unumquemq; domo efferre iubent. Persuadent Rauracis et Tulignis et Latouicis finitimis: uti eodem consilio usi oppidis suis uicisq; exustis una cum his proficiscantur. boiosq; qui trans rhenũ incoluerãt: et in agrũ noricum transierant: noriamq; oppugnarant receptos ad se socios asciscũt. erant omnino itinera duo: quibus itineribus domo exire possent. unum p sequanos angustum et difficile inter montem litram et flumen rhodanũ: uix qua singuli carri ducerent. mons autem altissimus impendebat: ut facile perpauci prohibere possent. alterum p prouinciam nostram multo facilius atq; expeditius propterea ꝙ inter fines heluetiorum et allobrogum; qui nuper pacati erant: rhodanus fluit: isq; nonnullis locis uado transitur. extremum oppidum allobrogum est proximumq; heluetiorum finibus genua. ex eo oppido pons ad heluetios pertinet. Allobrogibꝰ se se uel persuasuros: ꝙ nondum bono animo in populum. ro. uiderẽtur existimabãt. uel ui coacturos: ut per suos fines eos ire paterentur. omnibus rebus ad profectionem comparatis: diem dicunt: qua die ad ripam rhodani omnes conueniãt. is dies erat ad. v. kalen. aprilis. Lu. Pisone. A. Gabinio consulibus. Cæsari cum id nũciatum esset: eos per prouinciam nostram iter facere

conari: maturat ab urbe proficisci. et q̄maximis itineribus potest in galliã ulteriorem contendit/et ad genuam peruenit. prouinciæ toti q̄maximum potest militum numerũ imperat. erat omnino in gallia ulteriori legio una. pontem qui erat ad genuam iubet rescindi. ubi de eius aduẽtu heluetii cer tiores facti sunt: legatos ad eum mittunt nobilissimos ciuitatis: cuius lega tionis Numeius et Verodoctius principum locum optinebãt: qui dicerẽt sibi esse in animo: sine ullo maleficio iter per prouinciam facere propterea: ꝙ nullum aliud iter haberent: rogare: ut eius uoluntate id sibi facere liceat. Cæsar ꝙ memoria tenebat. L. Cassium consulem occisum: exercitũq; eius ab heluetiis pulsum: et sub iugum missum: concedendũ non putabat. neq; homines inimico animo data facultate per prouinciam itineris faciundi: temperaturos ab iniuria et maleficio existimabat: tamen ut spatium inter/ cedere posset: dum milites quos imperauerat conuenirent: legatis respon/ dit: diem se ad deliberandum sumpturum. si quid uellent ad idus Aprilis reuerterentur. Interea ea legione quam secum habebat: militibusq; : qui ex prouincia conuenerant: a lacu lemanno: qui in flumen rhodanum influit: ad montem litram qui fines sequanorum ab heluetiis diuidit: milia passu/ um decem nouem: murum in altitudinem pedum. xvi. fossamq; perducit. eo opere perfecto: præsidia disponit: castella communit: quo facilius si se in uito transire conarent̄: prohibere posset. ubi ea dies : quam constituerat cũ legatis uenit: et legati ad eum reuerterunt: negat se more et exemplo popu li romani posse iter ulli per prouinciam dare. et si uim facere conent̄: ꝓhibi turum ostendit. heluetii ea spe deiecti nauibus iunctis: ratibusq; compluri/ mis factis: alii uadis rhodani: qua minima altitudo fluminis erat : nõnũq̄ interdiu: sæpius noctu: si prorũpere possent conati: op̄is munitione et mili tum concursu: et telis repulsi: hoc conatu destiterũt. relinquebat̄ una per se quanos uia: qua sequanis inuitis propter angustias ire non poterant. iis cũ sua sponte persuadere non possent: legatos ad Dumnorigem heduũ mit/ tunt: ut deprecatore eo a sequanis hoc impetrarent. Dũnorix gratia et lar/ gitione apud sequanos plurimum poterat/et heluetiis erat amicus: ꝙ ex ea ciuitate Orgentorigis filiam in matrimoniũ duxerat. et cupiditate regni adductus: nouis rebus studebat. et q̄plurimas ciuitates suo sibi beneficio obstrictas habere uolebat. itaq; rem suscipit: et a sequanis impetrat: ut p fi/ nes suos heluetios ire patiant̄. obsidesq; uti inter sese dent: perficit. sequani ne itinere heluetios prohibeant: heluetii: ut sine maleficio et iniuria trãseãt. Cæsari renunciat̄ heluetiis esse in animo per agrũ sequanorũ et heduorũ iter in santonũ fines facere: qui nõ longe a tolosatiũ finibus absunt: q̄ ciui tas est in prouincia: id si fieret: intelligebat magno cũ ꝓuincię piculo futu rum: ut hoĩes bellicosos populo. ro. inimicos locis patentibus : maximeq; frumentariis finitimos haberet: ob eas causas ei munitioni: quã fecerat. T. Labienũ pręfecit. ipse in italiã magnis itineribus cõtẽdit. duasq; ibi legio/ nes cõscribit. et tres: quę circũ aquileiam hyemabãt: ex hybernis deducit.

et qua proximum iter in ulteriorem galliam per alpes erat: cum his quinq; legionibus ire cotẽdit. ibi centrones et garoceli: et caturiges locis superioribus occupatis: ab itinere exercitum prohibere conant̃. compluribus his prœliis pulsis: ab ocelo quod est citerioris ꝓuinciȩ extremum: in fines uocontiorum ulterioris prouinciȩ: die septimo peruenit: inde in allobrogum fines. ab allobrogibus in sebusianos exercitum ducit: ii sunt extra prouinciam trans rhodanum primi. heluetii iam per angustias et fines sequanorũ suas copias traduxerant. et in heduorum fines peruenerant. eorũq; agros populabant̃. hedui cũ se: suaq; ab his defendere nõ possent: legatos ad Cæsarem mittunt: rogatum auxilium. ita se omni tempore de populo. ro. bene meritos esse: ut pene in conspectu exercitus nostri: agri uastari: liberi eorum in seruitutem abduci: oppida expugnari non debuerint. eodem tempore hedui ambarriq; necessarii: et consanguinei heduorum: Cæsarem certiorem faciunt: sese depopulatis agris: non facile ab oppidis uim hostium prohibere. item allobroges: qui trans rhodanũ uicos possessionesq; hẽbãt: fuga se ad Cæsarem recipiunt. et demonstrant: præter agri solũ: nihil esse reliqui. Quibus rebus adductus Cæsar: non expectandũ sibi statuit: dũ omnibus fortunis sociorum consumptis: in santones heluetii peruenirent: flumen est arar: quod per fines heduorum: et sequanorum in rhodanum influit incredibili lenitate: ita ut oculis in utram partẽ fluat: iudicari nõ possit. id heluetii ratibus ac lintribus iunctis transibant. ubi per exploratores Cæsar certior factus est: tres iam partes heluetios copiarum id flumen traduxisse: quartam fere partem citra flumen ararim reliquã esse: de tertia uigilia cum legionibus tribus e castris profectus ad eam partem ꝑuenit: quȩ nõdum flumen transierat. eos impeditos: et inopinantes aggressus magnã partẽ eorũ concidit. reliqui sese fugȩ mandarũt: atq; in ꝓximas siluas abdiderunt. is pagus appellabat̃ Tigurinus. nam oĩs ciuitas heluetia in quattuor pagos diuisa est. hic pagus unus cum domo exisset: patrũ nostrorum memoria. L. Cassium consulem interfecerat: et eius exercitũ sub iugũ miserat. ita siue casu siue cõsilio deorum immortaliũ: quæ pars ciuitatis heluetiȩ insignem calamitatem. po. ro. intulerat: ea princeps pœnas persoluit. qua in re Cæsar non solũ publicas: sed etiam priuatas iniurias ultus: ꝙ soceri eius. L. Pisonẽ legatũ. L. Pisonis auũ Tigurini eodẽ prælio: quo Cassium interfecerant. hoc prælio facto reliquas copias heluetiorum ut consequi posset: pontem in arare faciẽdum curauit: atq; ita exercitum traduxit. heluetii repentino eius aduentu commoti: cũ id qđ ipsi diebus. xx. ægerrime confecerant: ut flumen transirent: illum uno die fecisse intelligerent: legatos ad eũ mittunt: cuius legationis Diuico princeps fuit: qui bello Cassiano dux heluetiorum fuerat. Is ita cum Cæsare agit: si pacẽ populus romanus cum heluetiis faceret: in eam partem ituros: atq; ibi futuros heluetios: ubi eos Cæsar constituisset: atq; esse uoluisset. sin bello ꝑsequi ꝑseuera ret: reminisceret̃ et ueteris incommodi populi. ro. et pristinȩ uirtutis helue-

tiorum:ꝙ improuiso unum pagum adortus esset:cum ii qui flumen tran/sissent:suis auxilium ferre non possent:ne ob eam rem aut suę magnopere uirtuti tribueret:aut ipsos despiceret.se ita a patribus maioribusq; suis di/dicisse:ut magis uirtute:q̃ dolo contenderent:aut insidiis niterentur.qua/re ne committeret:ut is locus:ubi constitissent:ex calamitate po.ro.et in/ternetione nomen caperet:aut memoriam proderet.Iis Cæsar ita respõdit.eo sibi minus dubitationis dari:ꝙ eas res quas legati heluetii commemo/rassẽt:memoria teneret:atq; eo grauius ferre:quo minus merito populi.ro.accidisset:qui si alicuius iniurię sibi conscius fuisset:non fuisse difficile ca/uere:sed eo deceptum:ꝙ neq; cõmissum a se ĩtelligeret:quare timeret:neq; sine causa timendum putaret.ꝙ si ueteris contumelię obliuisci uellet:num etiam recentium iniuriarum?ꝙ eo inuito iter per prouinciam per uim ten/tassent:ꝙ heduos:ꝙ ambaros:ꝙ allobrogas uexassent:memoria deponere posse?ꝙ sua uictoria tam insolenter gloriarentur?ꝙq; se tandiu impune tu lisse iniurias minarent̃:eodem pertinere. Cõsuesse enim deos immortales:quo grauius hoĩes ex commutatione rerũ doleãt:quos pro scelere eorũ ul/cisci uelint:iis secundiores interdum res:et diuturniorem impunitatem cõ cedere.cũ ea ita sint:tamen si obsides ab iis sibi dentur:uti ea quæ pollicea͂tur:facturos intelligat:et si heduis de iniuriis:quas ipsis sociisq; eorum in/tulerant:item si allobrogibus satisfaciant:sese cum iis pacẽ esse facturũ.Diuico respondit:ita heluetios a maioribus suis institutos esse:uti obsides ac cipere:non dare consueuerint.eius rei populum.ro.esse testem:hoc respon/so dato discessit.postero die castra ex eo loco mouent.idẽ Cæsar facit.equi tatumq; omnem ad numerum quattuor milium:quem ex omni prouin/cia et heduis:atq; eorũ sociis coactũ habebat:præmittit/qui uideant:quas in partes iter hostes faciant.qui cupidius nouissimũ agmen cõsecuti alie/no loco cũ equitatu heluetiorum præliũ committũt.et pauci de nostris ca dũt.quo prælio sublati heluetii:ꝙ quingentis equitibus tantam multitu/dinem equitum propulerunt:audacius subsistere:nonnũq̃ etiam nouissi/mo agmine prælio nostros lacessere cœperunt.Cæsar suos a prælio conti/nebat.et satis habebat in præsentia hostem rapinis:pabulationibꝰ:popula/tionibusq; prohibere.ita dies circiter.xii.iter fecerunt:uti inter nouissimũ hostium agmen et nostrum primum:nõ amplius quinis aut senis milibꝰ passuum interesset.interim quotidie Cæsar heduos frumentũ:quod essent publice policiti:flagitare.nam propter frigora:ꝙ gallia sub septemtrioni/bus(ut ante dictum est) posita est:nõ modo frumenta in agris matura nõ erant:sed ne pabuli quidẽ satis magna copia suppetebat.eo aũt frumẽto:qđ flumine arare nauibꝰ subuexerat:ꝑpterea minus uti poterat:ꝙ iter ab arare heluetii auerterãt:a quibꝰ discedere nolebat.diẽ ex die ducere hedui:conferri:cõportari:adesse:dicere.ubi se diutius duci ĩtellexit:et diẽ instare:quo die frumẽtũ militibꝰ metiri oporteret:cõuocatis eorũ pricipibꝰ:quo/rũ magnam copiã in castris habebat:ĩ his Diuitiaco et Lisco:qui summo

magiſtratu præerant: quem Vergobretum appellãt hedui: qui creaĩ annu-us. et uitæ neciſq; in ſuos habet poteſtatem: grauiter eos accuſat: quod cũ neq; emi: neq; ex agris ſumi poſſet: tam neceſſario tempore: tam ꝓpinquis hoſtibus: ab his nõ ſubleuetur: præſertim cum magna ex parte: eorum præcibus adductus bellum ſuſceperit. multo etiã grauius: ꝙ ſit deſtitutus: queritur. tum demum Liſcus oratiõe Cæſaris adductus: quod antea tacuerat: proponit. eſſe nõnullos: quorum auctoritas apud plebem plurimum ualeat: qui priuatim plus poſſint: q̃ ipſi magiſtratus. hos ſeditioſa atq; improba oratione multitudinem deterrere: ne frumentum conferant: quod præſtare debuerant. ſi iam principatum galliæ optinere non poſſent: gallorum q̃ romanorũ imperia perferre ſatius eſſe. neq; dubitare debeant: quin ſi heluetios ſuperauerint romani: una cum reliqua gallia heduis libertatem ſint erepturi: ab iiſdem noſtra conſilia, quæ q; in caſtris gerantur: hoſtibus enũtiari: hos a ſe coerceri nõ poſſe. quin etiam: ꝙ neceſſario rem coactus Cæſari enuntiarit: intelligere ſeſe: quanto id cum periculo fecerit. et ob eã cauſam: q̃diu potuerit: tacuiſſe. Cæſar hac oratione Liſci Dũnorigẽ Diuitiaci fratrem deſignari ſentiebat. ſed ꝙ pluribus præſentibus eas res iactari nolebat: celeriter conſilium dimittit. Liſcum retinet. quærit ex ſolo ea: quæ in conuentu dixerat: dicit liberius: atq; audacius. eadem ſecreto ab aliis quærit. repperit eſſe uera: ipſum eſſe Dũnorigẽ ſumma audacia: magna apud plebem ꝓpter liberalitatem gratia: cupidum rerũ nouarum: cõplures annos portoria: reliquaq; omnia heduorum uectigalia paruo precio redẽpta habere: propterea ꝙ illo dicente contradicere audeat nemo. Iis rebus et ſuã rem familiarẽ auxiſſe: et facultates ad largendum magnas cõparaſſe: magnum numerum equitatus ſuo ſumptu ſemper alere, et circum ſe habere. neq; ſolum domi: ſed etiã apud finitimas ciuitates largiter poſſe. atq; huius potẽtiæ cauſa matrem in Biturigibus homini illic nobiliſſimo: ac potentiſſimo collocaſſe. ipſum ex heluetiis uxorem habere, ſororẽ ex matre et ꝓpinquas ſuas nuptum in alias ciuitates collocaſſe. fauere et cupere heluetiis propter eam affinitatem. odiſſe etiã ſuo nomine Cæſarem: et romanos: ꝙ eorum aduentu potentia eiuſdem ſit imminuta: et Diuitiacus frater in antiquum locum gratiæ: atq; honoris: ſit reſtitutus. ſi quid accidat romanis: ſummã in ſpem regni optinendi ꝑ heluetios uenire. imperio. po. ro. non modo de regno: ſed etiam de ea quam habeat gratia: deſperare. reperiebat etiam inquirendo Cæſar quod prælium equeſtere aduerſum paucis ante diebus eſſet factum: initium eius fugæ factum a Dumnorige: atq; eius equitibus. nam equitatui: quem auxilio Cæſari hedui miſerant: Dũnorix præerat. eorumq; fuga reliquum eſſe equitatum perterritum: quibus rebus cognitis: cũ ad has ſuſpitiones certiſſimæ res accederẽt: ꝙ ꝑ fines ſequanorum heluetios traduxiſſet: ꝙ obſides inter eos dandos curaſſet: ꝙ ea omnia non modo iniuſſu ſuo: et ciuitatis: ſed etiam inſcientibus ipſis feciſſet: ꝙ a magiſtratu heduorũ accuſaretur: ſatis eſſe cauſę arbitrabatur: quare

in eum aut ipse animaduerteret: aut ciuitatem animaduertere iuberet. His
omnibus rebus unum repugnabat: ꝙ fratris Diuitiaci summum in po. ro.
studium: summam in se uoluntatem: egregiã fidem: iusticiam temperan-
tiam cognouerat. nam ne eius supplicio Diuitiaci animum offenderet: ue-
rebatur. itaq; priusq̃ quicq̃ conaretur: Diuitiacũ ad se uocari iubet: et quo-
tidianis interpretibus remotis: per. C. Valerium troancillum principẽ gal-
liç prouinciç: familiarẽ suum: cui summam rerum omnium fidem habe-
bat: cum eo colloquitur. simul commonefacit quç ipso præsente in consi-
lio gallorum de Dumnorige sint dicta. et ostendit: quæ separatim quisq;
de eo apud se dixerat. petit ac hortatur: ut sine eius offensiõe animi: uel ip-
se de eo causa cognita statuat: uel ciuitatẽ statuere iubeat. Diuitiacus mul-
tis cũ lachrymis Cæsarẽ cõplexus: obsecrare cœpit: ne quid grauius ĩ fratrẽ
statueret: scire se illa uera: nec quenq̃ ex eo: plusq̃ se doloris capere: propte-
rea: ꝙ cum ipse plurimum gratia domi: atq; in reliqua gallia: ille minimũ
propter adolescentiam posset ꝑ se creuisse: quibus opibus ac neruis non so-
lum ad minuendam gratiam sed pene ad ꝑniciem suã uteretur. sese tamen
et amore fraterno: et existimatione uulgi cõmoueri. ꝙ siquid ei a Cæsare
grauius accidisset: cum ipse eũ locũ amicitiæ apud eũ teneret: neminẽ exi-
stimaturum nõ sua uolũtate factũ. qua ex re futurũ uti totius galliæ ani-
mi a se auerterent̃. hæc cũ pluribꝰ uerbis flens a Cæsare peteret: Cæsar eius
dexterã prehẽdit. cõsolatus rogat: faciat finẽ orandi. tãti eius apud se gra-
tiam esse ostendit: uti et reipublicæ iniuriã: et suũ dolorẽ eius uoluntati ac
precibus condonet. Dũnorigem ad se uocat. fratrem adhibet. quæ in eo re-
prehendat: ostendit. quæ ipse intelligat. quæ ciuitas queratur: ꝓponit. mo-
net ut reliquum tempus oẽs suspiciones uitet. præterita se Diuitiaco fratri
condonare dicit. Dũnorigi custodes ponit ut quid agat: quibus cũ loqua-
tur: scire possit. eodem die ab exploratoribus certior factus hostes sub mõ-
te consedisse milia passuum ab ipsius castris octo: qualis esset natura mon-
tis: et qualis in circuitu ascensus: qui cognosceret: misit. renunciatũ est fa-
cilem esse. de tertia uigilia. T. Labienũ legatũ ꝓprætorẽ cũ duabus legio-
nibus: et iis ducibus: qui iter cognouerant sũmũ iugum montis ascẽde-
re iubet. quid sui cõsilii sit: ostẽdit. ipse de quarta uigilia eodẽ itinere: quo
hostes ierãt: ad eos cõtendit. equitatũq; oẽm ante se mittit. Considius qui
rei militaris ꝑitissimus habebat̃: quiq; in exercitu. L. Syllæ: et postea. M.
Crassi fuerat: cũ exploratoribus præmittit̃. prima luce: cũ sũmus mons a
T. Labieno teneret̃: ipse ab hostiũ castris nõ lõgius mille et quingẽtis pas-
sibus abeẽt: neq; (ut postea ex captiuis cõperit) aut ipsius aduẽtus: aut La-
bieni cognitus esset: Cõsidius equo admisso ad eũ accurrit. dicit montem
quẽ a Labieno occupari uoluerat: ab hostibus teneri. id se gallicis armis
atq; ĩsignibus cognouisse. Cæsar suas copias ĩ ꝓximũ collẽ subducit. aciẽ
instruit. Labienus ut erat ei præceptum a Cæsare: ne prælium cõmitteret:
nisi ipsius copiæ prope hostiũ castra uisæ essent: ut undiq; uno tempore in

hostes impetus fieret:monte occupato nostros expectabat .prælioq; absti/ nebat:multo deniq; die:per exploratores Cæsar cognouit et montẽ a suis teneri.et hostes castra mouisse.et Considium timore ꝑterritum:quod non uidisset:pro uiso sibi renunciasse.eo die quo consederat ex interuallo ho/ stes sequitur.et milia passuum tria:ab eorum castris castra ponit.postridie eius diei:quod oĩo biduum superat:cum exercitui frumentũ metiri opor teret:et ꝙ a bibracte oppido heduorum longe maximo : ac copiosissimo non amplius milibus passuum.xviii.aberat:rei frumentariæ ꝓspiciẽdum existimauit.iter ab heluetiis auertit.bibracte ire contendit.ea res per fugi/ tiuos.L.Emilii decurionis equitum gallorum hostibus nunciaẽ .heluetii seu ꝙ timore ꝑterritos romanos discedere a se existimarẽt:eo magis ꝙ pri die suꝑioribus locis occupatis prælium non commisissent:siue eo ꝙ re fru mentaria intercludi posse confiderent:commutato consilio:atq; itinere cõ uerso:nostros a nouissimo agmine insequi ac lacessere cœperunt. postq̃ id animaduertit:copias suas Cæsar in ꝓximum collem subducit .equitatũq; qui sustineret hostium impetum:misit.Ipse interim in colle medio tripli/ cem aciem instruxit legionum quattuor ueteranorũ:ita uti supra se ĩ sum/ mo iugo duas legiones:quas in gallia citeriore proxime conscripserat :po neret:et omnia auxilia collocari:ac totum montẽ hominibus compleri:et interea sarcinas in unum locum cõferri:et eum ab his qui in superiori cõ/ stiterant muniri iussit.heluetii cum omnibus suis carris secuti impedimen ta in unum locum contulerunt.ipsi confertissima acie reiecto nostro equi/ tatu:phalange facta sub primam nostram aciem successerũt. Cæsar primũ suo:deinde omnium e conspectu remotis equis:ut æquato omnium peri/ culo spẽ fugę tolleret:cohortatus suos prælium cõmisit.milites e loco su/ periori pilis missis facile hostium phalangem perfregerunt.ea disiecta gla/ diis districtis in eos impetum fecerũt.Gallis magno ad pugnam erat im/ pedimento:ꝙ pluribus eorum scutis uno ictu pilorum transfixis:et colli/ gatis:cum ferrũ se inflexisset:neq; euellere neq; sinistra impedita :satis cõ/ mode pugnare poterant:multi ut diu iactato brachio: præoptarẽt scutum manu emittere:et nudo corpore pugnare.tandem uulneribus defessi:et pe/ dem referre:et ꝙ mons suberat circiter mille passuum:eo se recipere cœpe/ runt.capto mõte:et succedentibus nostris Boii et Tulingi:qui hominum milibus.xv.agmen hostium claudebant:et nouissimis presidio erãt: ex iti nere nostros latere aperto agressi circunuenere.id conspicati heluetii:qui in montem sese receperant:rursus instare:et prælium redintegrare cœperunt. romani signa bipartita intulerunt:prima ac secũda acies:ut uictis ac sum/ motis resisteret:tertia ut ueniẽtes exciperet.ita ancipiti prælio diu atq; ac/ riter pugnatum est.diutius cum nostrorum impetum sustinere non posset: alteri se(ut cœperant)in montem receperunt:alteri ad impedimenta et car/ ros suos se contulerunt.nam hoc toto prælio:cum ab hora diei septima ad uesperam pugnatum sit:auersum hostem uidre nemo potuit. ad multam

noctem etiam ad impedimenta pugnatum est propterea: q pro uallo car-
ros obiecerant: et e loco superiore in nostros uenientes tela coniiciebant. et
nõnulli iter carros: rotasq; mazaras: ac tragulas subiiciebãt: nostrosq; uul-
nerabãt. diu cum esset pugnatum: impedimẽtis castrisq; nostri potiti sunt.
ibi Orgetorigis filia atq; unus e filiis captus est. ex eo prælio circiter milia
hominum. c. xxx. supfuerunt: eaq; tota nocte continenter ierunt. nulla par
te noctis itinere intermisso: in fines lingonum die quarto peruenerũt: cum
et propter uulnera militum et propter sepulturam occisorum: nostri tridu-
um morati eos sequi nõ potuissẽt. Cæsar ad lingones litteras: nũtiosq; mi-
sit: ne eos frumento ne ue alia re iuuarent: qui si iuuissent: se eodem loco il-
los: quo heluetios habiturum. ipse triduo intermisso: cum omnibus copiis
eos sequi cœpit. heluetii omniũ rerum inopia adducti: legatos de deditio-
ne ad eum miserunt. qui cum eum in itinere conuenissent: seque ad pedes
proiecissent: suppliciterq; locuti flentes pacem petissent: atq; eos in eo loco
quo tunc essent: suum aduentũ expectare iussisset: paruerunt. eo postq̃ Cæ-
sar uenit: obsides: arma: seruos: qui ad eos profugissent: poposcit. dũ ea cõ-
quiruntur: et conferuntur: nocte intermissa: circiter milia sex hominũ eius
pagi: qui urbigenus appellatur: siue timore perterriti: ne armis traditis sup
plicio afficerentur: siue spe salutis inducti: q in tanta multitudine deditio
rum suam fugam aut occultari: aut omnino ignorari posse existimarent:
prima noctis uigilia e castris heluetiorum egressi: ad rhenum: finesq; ger-
manorum cõtenderunt. quod ubi Cæsar resciuit: quorum per fines ierãt:
iis uti cõquirerent: et reducerẽt: si sibi purgati esse uellent: imperauit. reduc
tos in hostium numero habuit. reliquos omnes obsidibus: armis: perfu-
gis traditis in deditionem accœpit. heluetios: tulingos: latobrigos: in fines
suos unde erãt profecti: reuerti iussit. et q omnibus frugibus amissis: nihil
erat quo famem tolerarent: allobrogibus imperauit: uti iis frumẽti copiam
facerent. ipsis oppida: uicosq; quos incenderãt restituere iussit. id ea maxi-
me ratione fecit: q noluit eum locum: unde heluetii discesserãt: uacare: ne
propter bonitatem agrorum germani qui trans rhenum icolũt e suis fini-
bus in heluetiorum fines transirent: et finitimi galliæ prouinciẹ allobrogi-
busq; essent. boios petentibus heduis: q egregia uirtute erãt cogniti: ut in
finibus suis collocarẽt: cõcessit: quibus illi agros dederũt: quosq; postea in
partem iuris: libertatis cõditione atq; ipsi erãt: receperũt. in castris heluetio
rum tabulẹ repertẹ sunt litteris græcis confectẹ: et ad Cæsarem relatẹ: qui-
bus in talibus noĩatim ratio cõfecta erat: qui numerus domo exisset: eorũ
qui arma ferre possent. et item separatim pueri: senes: mulieresq;. quarum
omnium rerum summa erat: capitum heluetiorum ducenta sexaginta tria
milia. tulingorum milia triginta. latobrigorum. xxiii. rauracorum. xxiii.
boiorum. xxxii. ex iis qui arma ferre possent: ad milia. xxii. Summa om-
nium fuerũt ad milia. ccclxviii. eorum qui domum redierũt: cẽsu habito:
ut Cæsar imperauit: repertus est numerus milium. c. et. x. Bello heluetiorũ

tabulis

confecto:totius fere galliæ legati:principes ciuitatum ad Cæsarem gratu-
latum conuenerũt.intelligere sese iam:et si pro ueteribus heluetiorum in-
iuriis.po.ro.ab his pœnas bello repetisset: tamen eam rem non minus ex
usu terræ galliȩ:q̃ populi.ro.accidisse propterea:ꝙ eo consilio florẽtissimis
rebus domos suas heluetii reliquissent:uti toti galliæ bellum inferrent:im-
perioq; potirẽtur:locumq; domicilio ex magna copia deligerẽt:quem ex
omni gallia opportunissimum fructuosissimũq; iudicassent:reliquasq; ci-
uitates stipendiarias haberẽt.petierũt uti sibi cõcilium totius galliæ in diẽ
certam indiceret.idq; uolũtate Cæsaris facere liceret.sese habere quasdam
res:quas ex communi cõsensu ab eo petere uellent.ea re permissa:diem cõ
cilio cõstituerunt.et iureiurãdo:ne quis enunciaret:nisi quibus communi
concilio mandatum esset:inter se sanxerunt.eo cõcilio dimisso:iidem prin
cipes ciuitatum:qui ante fuerant:ad Cæsarem reuerterunt:petieruntq; uti
sibi secreto de sua:omniũq; salute cum eo agere liceret.ea re impetrata:sese
omnes flentes Cæsari ad pedes proiecerunt:non minus se id cõtendere: et
laborare:ne ea quæ dixissent:enunciarentur:q̃ uti ea:quæ uellẽt:impetra-
rent propterea:ꝙ si enunciatum esset summum in cruciatum se uẽturos ui-
derent.locutus est ꝓ iis Diuitiacus heduus:galliæ totius factiões esse du-
as:harum alterius principatũ tenere heduos:alterius aruernos.ii cũ tãtope
de potentatu inter se multos annos contenderent:factum esse uti ab aruer-
nis:sequanisq; germani mercede accersereñt.horũ primo circiter milia duo-
decim rhenum transisse.postea q̃ agros et cultum:et copias gallorum ho-
mines feri ac barbari adamassent:traductos plures:nunc esse in gallia ad cẽ
tum milium numerum et uiginti.Cum iis heduos/eorũq; ditionis homi-
nes semel atq; iterum armis cõtendisse:magnam calamitatem pulsos acce
pisse:omnem nobilitatem:omnem senatum:omnem equitatum amisisse.
quibus præliis calamitatibusq; fractos:qui et sua uirtute:et.po.ro.hospitio
atq; amicitia plurimum ante in gallia potuissent:coactos esse sequanis ob-
sides dare nobilissimos ciuitatis:et iureiurãdo ciuitatẽ astringere:sese neq;
obsides repetituros/neq; auxilium a po.ro.imploraturos:neq; recusaturos
quominus ꝑpetuo sub illorum ditiõe:atq; imperio essent:unum se esse ex
omni ciuitate heduorum qui adduci non potuerit ut iuraret:aut ex liberis
suis obsides daret:ob eam rem se ex ciuitate profugisse: et romam ad sena
tum uenisse auxilium postulatum:ꝙ solus nec iureiurando:neq; obsidibꝰ
teneretur:sed peius uictoribꝰ sequanis q̃ heduis uictis accidisse propterea:
ꝙ Arioiustus rex germanorum in eorum finibus consedisset:tertiáq; partẽ
agri sequani:qui eẽt optimus totius gallię occupasset:et nũc de altera par-
te tertia sequanos decedere iuberet propterea:ꝙ paucis mensibus ante ha-
rudum milia hominum uigintiquattuor ad eum uenissent:quibꝰ locus ac
sedes pararetur.futurum esse paucis annis:uti omnes ex gallię finibus pel-
lerentur:atq; omnes germani rhenum transirent:neq; enim conferendum
esse gallicum cum germanorum agro:neq; hanc cõsuetudinem uictus cũ

illa comparādam. Arioiuſtum autem ut ſemel gallorum copias prælio ui-
cerit: quod prælium factum ſit ad magætobriǫ: ſuperbe et crudeliter impe-
rare: obſides nobiliſſimi cuiuſq; liberos petere: et in eos oīa exempla crucia
tuſq; ędere: ſiqua res non ad nutum: aut ad uolūtatem eius facta ſit. homi-
nem eſſe barbarum: iracundū: temerarium. non poſſe eius imperia diutius
ſuſtineri: niſi ſi quid in Cæſare populoq;. ro. ſit auxilii: oībus gallis idē eſſe
faciendum: quod heluetii fecerint: ut domo emigrent: aliud domiciliū ali-
as ſedes remotas a germanis petant: fortunamq; ( quæcūq; accidat ) expe-
riant̄. hæc ſi enūciata Arioiuſto ſint: nō dubitare quin de obſidibus oībus:
qui apud eum ſint: grauiſſimum ſuppliciū ſumat. Cæſarem uel auctorita-
te ſua: atq; exercitus: uel recenti uictoria: uel noīe. po. ro. deterrere poſſe: ne
maior multitudo germanorum rhenum traducatur: galliamq; omnem ab
Arioiuſti iniuria poſſe defendere. Hac oratiōe a Diuitiaco habita: oēs qui
aderant: magno fletu auxilium a Cæſare petere cœperūt. aīaduertit Cæſar
unos ex oībus ſequanos nihil earum rerum facere: quas cæteri facerēt: ſed
triſtes: capite demiſſo. terram intueri. eius rei quæ cauſa eſſet miratus: ex ip
ſis quæſiuit. nihil ſequani reſpōdere: ſed in eadem triſtitia taciti permane-
re. Cum ab iis ſæpius quæreret: neq; ullam omnino uocem exprimere poſ
ſet: idem Diuitiacus heduus reſpondit. hoc eſſe miſeriorem fortunā et gra
uiorem ſequanorum ꝗ reliquorum: ꝙ ſoli nec in occulto quidē queri: nec
auxilium implorare auderēt. abſentiſq; Arioiuſti crudelitatem: uelut ſi co-
ram adeſſet horrerent propterea: ꝙ reliquis tamen fugę facultas daretur: ſe-
quanis uero qui intra fines ſuos Arioiuſtum recepiſſent: quorū oppida oīa
in poteſtate eius eſſent: oēs cruciatus eſſent ꝑferēdi. Iis rebus cognitis Cæ-
ſar gallorum aīos uerbis confirmauit. pollicituſq; eſt ſibi eam rem curæ fu
turam. magnam ſe habere ſpem: et beneficio ſuo: et auctoritate adductum
Arioiuſtum finem iniuriis facturum. hac oratione habita concilium dimi
ſit: et ſecundum ea multę res eum hortabantur: quare ſibi eam rem cogitā
dam: et ſuſcipiendam putaret: in primis ꝙ heduos fratres conſanguineoſq;
ſæpenumero ab ſenatu appellatos in ſeruitute: atq; ditione uidebat germa
norum teneri. eorumq; obſides eſſe apud Arioiuſtum ac ſequanos intelli-
gebat. quod in tanto imperio po. ro. turpiſſimum ſibi ac reipu. arbitrabat̄.
paulatim autem germanos cōſueſcere rhenum tranſire: et in galliam ma-
gnam eorum multitudinē uenire po. ro. periculoſum uidebat. nec ſibi ho-
mines feros ac barbaros temperaturos exiſtimabat: quin cum omnem gal
liam occupaſſent: ut ante cimbri: teutoniq; feciſſent: in prouinciam exirēt:
atq; inde in italiam contenderent: præſertim cum ſequanos a ꝓuincia no-
ſtra rhenus diuideret: quibus rebus ꝗ maturrime occurrendum putabat. ip
ſe autem Arioiuſtus: tantos ſibi ſpiritus: tantā arrogantiā ſumpſerat: ut fe-
rendus non uideretur. Quāobrem placuit ei: ut ad Arioiuſtū legatos mit-
teret: ut aliquem locum medium utriuſq; colloquio deligeret. uelle ſeſe de
repu. et ſummis utriuſq; rebus cum eo agere. ei legationi Arioiuſtus reſpō

dit: siquid ipsi a Cæsare opus esset: sese ad eum uenturũ fuisse. siquid ille se uelit: illũ ad se uenire oportere: præterea neq; sine exercitu in eas partes galliæ uenire se audere: quas Cæsar possideret: neq; exercitũ sine magno commeatu: atq; emolumẽto in unũ locũ cõtrahere posse. sibi aũt mirũ uideri: quid in sua gallia: quã bello uicisset: aut Cæsari: aut omnino populo. ro. negocii esset. his responsis ad Cæsarẽ legatis redeuntibus: iterũ ad eũ Cæsar legatos cũ iis mandatis mittit. quoniã tanto suo populiq;. ro. beneficio affectus: cũ in cõsulatu suo rex atq; amicus a senatu appellatus esset: hanc sibi populoq;. ro. gratiam referret: ut in colloquiũ uenire inuitatus grauaretur: neq; de communi re dicendum sibi: et cognoscendũ putaret / hæc esse quæ ab eo postularet: primũ ne quã multitudinem hoĩum amplius trans rhenum in galliã traduceret: deinde obsides quos haberet ab heduis: redderet: sequanisq; permitteret: ut quos illi haberent uolũtate eius reddere illis liceret. neue heduos iniuria lacesseret: neq; iis sociisq; ipsorum inferret bellum. si id ita fecisset: sibi populoq; romano. perpetuam gratiam atque amicitiam cum eo futurã. si nõ impetraret sese: quoniam. M. Messalla. L. Pisone consulibus senatus censuisset: uti quicunq; galliam prouinciam optineret: quod cõmodo reipublicę facere posset: heduos ceterosq; amicos po. ro. defẽderet: se heduorũ iniuriã nõ neglecturũ. Ad hæc Arioiustus respondit: ius esse belli: ut qui uicissent: iis quos uicissent: quẽadmodũ uellẽt imperarẽt. itẽ po. ro. uictis nõ ad alterius præscriptũ: sed ad suũ arbitrium imperare cõsuesse. si ipse po. ro. nõ præscriberet: quẽadmodũ suo iure uteretur: nõ oportere se a po. ro. in suo iure impediri. heduos sibi: quoniã belli fortunam tentassent: et armis congressi: et superati essent: stipendiarios esse factos. magnã Cæsarem iniuriã facere: qui suo aduentu uectigalia sibi deteriora faceret. heduis se obsides redditurum non esse. neq; iis: neq; eorum sociis iniuria bellum illaturum: si in eo manerent: quod cõuenissent: stipendiumq; quot annis penderent. si id non fecissent: longe iis fraternũ nomen populi. ro. abfuturum. quod sibi Cæsar denunciaret se heduorum iniurias non neglecturum: neminem secum sine sua pernitie contendisse. cum uellet cõgrederetur. intellecturum quid inuicti germani: exercitatissimi in armis: qui intra annos quattuordecim tectum non subissent: uirtute possent. hæc autem eodem tempore Cæsari mandata referebantur: et legati ab heduis et treuiris ueniebant. hedui questum q; harudes targali: qui nuper in galliam transportati essent: fines eorum popularẽtur. sese ne obsidibꝰ quidem datis: pacem Arioiusti redimere potuisse. treuiri autem pagos cẽtum sueuorum ad ripam rheni cõsedisse: qui rhenum transire conarent: iis præesse Nasuam et Cimbreum fratres: quibus rebus Cæsar uehementer commotus: maturandum sibi existimauit: ne si noua manus sueuorum cũ ueteribus copiis Arioiusti sese coniunxisset: minus facile resisti posset. itaq; re frumentaria q̃ celerrime potuit cõparata: magnis itineribus ad Arioiustum contendit. cum tridui uiam processisset: nunciatum est ei Arioiustum cum

suis oibus copiis ad occupādū uesontioné:qđ est oppidū maximū sequa-
norū cōtédere:triduiq; uiā a suis finibꝰ ꝓcessisse.id ne accideret magnope
præcauēdū sibi Cæsar existimabat.nāq; oīum rerū:q̄ ad bellum usui erāt:
summa erat in eo oppido difficultas.idq; natura loci sic muniebaī:ut ma-
gnam ad ducendū bellū faceret facultatem ꝓpterea:ꝙ flumen alduasdu-
sius ut circino circūductum pene totum oppidum cingit.reliquum spati-
um quod est nō amplius pedum sexcētorū/qua flumen ītermittit: mons
cōtinet magna altitudine:ita ut radices eius mōtis ex utraq; parte ripæ flu
minis contingāt. hūc murus circundatus arcē efficit:et cum oppido con-
iungit.huc Cæsar magnis diurnis nocturnisq; itineribus cōtēdit.occupa-
toq; oppido:ibi præsidiū collocat.dū paucos dies ad uesontionē rei frumē
tariæ:cōmeatusq; causa moraī:ex ꝑcōtatiōe nostrorū : uocibusq; galloꝝ/
atq; mercatorū:qui ingenti magnitudine corporū germanos īcredibili uir
tute:atq; exercitatiōe in armis esse prædicabāt:sæpenumero sese cū iis cō-
gressos:ne uultū quidē atq; aciem oculorū ferre potuisse:tantus subito ti-
mor omnē exercitū occupauit:ut nō mediocriter oīum mentes:aīosq; ꝑ-
turbaret.hic primū ortus ē timor a tribunis militū:ac præfectis:reliquisq;:
qui ex urbe amicitiæ causa secuti Cæsarē:nō magnū ꝑiculū miserabātur:
ꝙ nō magnū in re militari usū habebant.quorū alius alia causa illata:quā
sibi ad ꝓficiscēdū necessariā esse dicerent:petebāt:ut eius uoluntate disce-
dere liceret.nōnulli pudore adducti:ut timoris suspicionē uitarent :rema-
nebāt.Ii neq; uultum fingere:neq; interdum lachrymas tenere poterāt:ab-
diti in tabernaculū aut suū fatum querebanī:aut cū familiaribus suis cō-
mune ꝑiculum miserabanī.uulgo totis castris testamēta obsignabāī.ho-
rum uocibus ac timore paulatim ēt ii:qui magnū in castris usum hēbant:
milites cēturiōesq;/quiq; equitatui præerāt:pturbabāī.qui se ex iis minus
timidos existimari uolebāt:nō se hostē uereri:sed āgustias locorū:magni-
tudinē siluaꝝ:q̄ intercederēt inter ipsos atq; Arioiustū:aut rē frumētariam
ne satis cōmode supportari posset:timere dicebāt.nōnulli etiā Cæsari nū-
ciabant:cū castra moueri:aut signa ferri iussisset:nō fore dicto audiētes mi
lites:neq; ꝓpter timorem signa laturos.hæc cū aīaduertisset Cæsar cōuo-
cato cōcilio:oīumq; ordinum ad id cōcilium adhibitis cēturiōibus :uehe
menter eos incusauit.primum ꝙ aut quā in partē/aut quo cōsilio ducerē-
tur sibi quærendū:aut cogitādum putarēt.Arioiustum se cōsule cupidissi-
me populi.ro.amicitiam appetisse:cur igiī hūc tā temere quisq̄ ab officio
discessuꝝ iudicaret:sibi quidē ꝑsuaderi cognitis suis postulatis:atq; æqui-
tate cōditionum ꝑspecta:eū neq; suā neq; populi.ro.gratiā repudiaturū.ꝙ
si furore atq; amentia impulsus bellum ītulisset:quid tādē uererēī:aut cur
de sua uirtute:aut de ipsius diligētia desparēt:factum eius hostis ꝑiculum
patrum nostrorū memoria:cum cimbris et teutonis a.C.Mario pulsis:nō
minorē laudē exercitus q̄ ipse īperator meritus eē uidebaī.factum ēt ī ita-
lia nuꝑ seruili tumultu.licet aliquid usus ac disciplīa:quā a nobis accepis-

ſent ſubleuarent. ex quo iudicari poſſet: quãtum hẽret in ſe boni cõſtantia ꝓpterea: ꝙ quos aliquãdiu inermes ſine cauſa timuiſſet: hos poſtea armatos ac uictores ſupaſſent. ac deniq; germanos hos eoſdẽ ſcirẽt eẽ illos: quibus cũ ſæpenumero heluetii congreſſi nõ ſolũ in ſuis: ſed etiã ĩ illoꝝ finibꝫ plerũq; ſuparĩt: qui tamen pares eſſe noſtro exercitui nõ potuerint. ſi quos aduerſum prælĩu et fuga galloꝝ cõmoueret: hoc ſi q̃rerẽt repiri poſſe diuturnitate belli defatigatis gallis Arioiuſtũ cũ multos menſes caſtris ſe: ac paludibus cõtinuiſſet: neq; ſui poteſtatem feciſſet: deſperantes iam de pugna ac diſpſos ſubito adortum magis rõne ac cõſilio: q̃ uirtute uiciſſe. cui rationi cõtra hoĩes barbaros: atq; impitos: locus fuiſſet. at ne ipſum quidẽ ſpare noſtros exercitus capi poſſe. Qui ſuũ timorẽ ĩ rei frumẽtariæ ſimulationẽ: anguſtiaſq; itineris cõferret: facere arroganter: cũ aut de officio imperatoris deſpare: aut ei præſcribere auderent: hæc ſibi eſſe curæ: frumentũ ſequanos: leucos: lingones ſubminiſtrare: iamq; eſſe in agris frumenta matura: de itinere ipſos breui tempore iudicaturos. ꝙ nõ fore dicto audientes milites neq; laturi ſigna dicanẽ: nihil ſe ea re cõmoueri: ſcire. n. quibuſcũq; exercitus dicto audiẽs nõ fuerit: aut male re geſta fortunã defuiſſe: aut aliquo facinore cõperto auaritiam eſſe conuictam: ſuã innocentiã ꝑpetua uitę felicitate heluetiorum bello eſſe perſpectam. itaq; ſe quod in longiorem diem collaturus fuiſſet: tentaturum: et ꝓxima nocte de quarta uigilia caſtra moturũ: ut q̃primum intelligere poſſet: utrũ apud eos pudor atq; officium: an timor plus ualeret. ꝙ ſi præterea nemo ſequaẽ: tamẽ ſe cũ ſola decima legione iturũ: de qua nõ dubitaret: ſibiq; eam prætoriã cohortem futuram. huic legioni Cæſar et indulſerat præcipue: et pp uirtutẽ cõfidebat maxime. Hac oratiõe habita miꝝ ĩ modũ cõuerſæ ſũt oĩum mẽtes: ſummaq; alacritas: et cupiditas belli gerẽdi innata eſt. princepſq; decima legio per tribunos militum ei gratias egit: ꝙ de ſe optimũ iudiciũ feciſſet: ſeq; eẽ ad bellũ gerendum paratiſſimã cõfirmauit. deinde reliquæ legiões cũ tribunis militum: et priorũ ordinũ centurionibus egerũt: uti per eos Cæſari ſatiſfacerẽt: ſeſe neq; unq̃ dubitaſſe: neq; timuiſſe: neq; de ſumma belli ſuũ iudiciũ: ſed imperatoris eſſe/exiſtimauiſſe. eoꝝ ſatiſfactione accepta: et itinere conquiſito: per Diuitiacũ: ꝙ ex aliis ei maximã fidẽ habebat: ut miliũ amplius quinquaginta circuitu locis apertis exercitũ duceret: de quarta uigilia: ut dixerat: ꝓfectus eſt. ſeptimo die cũ iter nõ ĩtermitteret ab exploratoribꝫ certior factus ẽ: Arioiuſti copias a noſtris milibus paſſuũ quattuor et. xx. abeſſe. Cognito Cæſaris aduentu Arioiuſtus legatos ad eũ mittit: q̃d antea de colloquio poſtulaſſet: id ꝑ ſe fieri licere: quoniã ꝓpius acceſſiſſet: ſe q; id ſine piculo facere poſſe exiſtimaret. non reſpuit conditionẽ Cæſar: iamq; eum ad ſanitatem reuerti arbitrabaẽ: cũ id quod antea petenti denegaſſet: ultro pollicereẽ. magnãq; in ſpem ueniebat: pro ſuis tãtis populiq;. ro. in eum beneficiis: cognitis ſuis poſtulatis: fore uti pertinacia deſiſteret: dies colloquio dictus eſt ex eo die quintus. interim dũ ſæpe ultro

ꝙ quantum in se facinus admisissent intelligebant: legatos: quod nomen ad omnes natiões sanctum inuiolatumq; semper fuisset: retentos a se et in uincula coniectos: pro magnitudine periculi bellum parare: et maxime ea quæ ad usum nauium pertinerent: prouidere instituunt hoc maiori spe: ꝙ multum natura loci confidebant. pedestria esse itinera cõcisa: æstuariis nauigationem impeditam: propter inscitiam locorum: paucitatemq; portuũ sciebant. Neq; nostros exercitus propter frumẽti inopiam diutius apud se morari posse confidebant. At iam ut omnia contra opinionem acciderent: tamen multo se plurimum nauibus posse. Romanos neq; ullam facultatẽ habere nauium: neq; eorum locorum: ubi bellum gesturi essent: uada: portus: insulasq; nouisse. ac longe aliam esse nauigationem in concluso mari: atq; in apertissimo oceano ꝓspiciebãt. His initis consiliis oppida muniũt: frumenta ex agris in oppida comportant. Naues in ueneriam: ubi Cæsarẽ primum bellum esse gesturum constabat: ꝗ̃plurimas possunt: cogunt. Socios sibi ad id bellũ osisinos: lexobios: nannetes: ambiliates: morinos: diablintres: menapios asciscunt. Auxilia ex britãnia: quæ contra eas regiones posita est: accersunt. Erant hæ difficultates belli gerendi quas supra ostendimus. Sed multa tamen Cæsarem ad id bellum incitabant: iniuriæ retẽtorum equitum romanorum: rebellio facta post deditionẽ: defectio datis obsidibus: tot ciuitatum coniuratio. Imprimis ne hac parte neglecta: reliquæ natiões idem sibi licere arbitrarentur. Itaq; cum intelligeret omnes fere gallos nouis rebus studere: et ad bellum mobiliter celeriterq; excitari: Omnes autem homines natura libertati studere: et conditionem seruituris odisse: priusꝗ̃ plures ciuitates conspirarent: partiẽdum sibi ac latius distribuendum exercitum putauit. Itaq;. T. Labienum legatum in treuiros qui proximi rheno flumini sunt. cum equitatu mittit. Huic mandat remos reliquosq; belgas adeat: atq; in officio contineat. Germanosq; qui auxilio a belgis accersiti dicebantur: si per uim nauibus flumen transire conentur ꝓhibeat. P. Crassum cum cohortibus legionariis duodecim: et magno numero equitatus: in aquitaniam proficisci iubet: ne ex iis nationibus auxilia in galliam mittantur: ac tantæ nationes coniungãtur. Q. Titurium Sabinum legatum cum legiõibus tribus in unellos curiosolites: lexobiosq; mittit: qui eam manum distinẽdam curet. Decimum Brutum adolescentem classi gallicisq; nauibus: quas expictonibus et santonis reliquisq; pacatis regionibus conuenire iusserat: præfecit. Et cum primum possit in uenetos ꝓficisci iubet. Ipse eo pedestribus contendit copiis. Erant huiusmodi fere situs oppidorum: ut posita in extremis lingulis ꝓmontoriisq;: neq; pedibus aditum haberent: cum ex alto se æstus incitauisset: quod bis accidit semper horarũ duodecim spatio: neq; nauibus: ꝙ rursus minuente ęstu naues in uadis afflictarẽtur. Ita utraq; re oppidorum oppugnatio impediebat. Ac si quãdo magnitudĩe operis forte superati extruso mari aggere ac molibꝰ: atq; his oppidi mœnibꝰ adæquatis: suis fortunis despãte cœperãt:

magno nauium numero appulso: cuius rei summam facultatem habebāt: sua deportabāt oīa: seq; in proxima oppida recipiebāt. Ibi se rursus iisdem opportunitatibus loci defendebāt. hæc eo facilius magna parte æstatis faciebant: q nostræ naues tempestatibus detinebantur: summaq; erat uasto atq; aperto mari magnis æstibus: raris ac prope nullis portubus difficultas nauigandi. nam ipsorum naues ad hunc modū factæ: armatæq; erant. Carinæ aliquāto planiores q̃ nostrarum nauium: quo facilius uada: ac decessum æstuum excipere possēt. Proræ admodum erectæ: atq; item puppes: ad magnitudinem fluctuum: tempestatūq; accommodatæ. Nauesq; totæ factæ ex robore: ad quāuis uim et contumeliam perferendam. transtra pedalibus in altitudinem trabibus cōfixa clauis ferreis digiti pollicis crassitudine. Anchoræ pro funibus ferreis catenis reuinctæ. pelles pro uelis: alutæq; tenuiter cōfectę: siue propter lini inopiam: atq; eius usus inscitiam: siue eo: quod est magis uerisimile: q tantas tempestates oceani: tantosq; impetus uentorum sustinere: ac tanta opera nauium regi uelis non satis commode posse arbitrabātur. Cum his nauibus nostræ classi eiusmodi cōgressus erat: ut una celeritate et pulsu remorū præstaret: reliqua pro loci natura: pro ui tempestatum: illis essent aptiora: et accommodatiora. Neq; enim his nostrę rostro nocere poterāt: tāta in his erat firmitudo: neq; propter altitudinem facile telum adiiciebāt: et eadem de causa minus cōmode scopulis cōtinebātur. Accedebat ut cum sæuire uentus cœpisset: et se uēto dedissent: et tempestatem ferrēt facillius: et ī uadis cōsisterēt tutius: et ab ęstu derelictæ nihil saxa et cautes timerēt. quarum rerum omnium nostris nauibus casus erat extimescēdus. Compluribus expugnatis oppidis: Cæsar ubi intellexit: frustra tātum laborem sumi: neq; hostium fugam captis oppidis reprimi: neq; his nocere posse: statuit expectādam classem. Quæ ubi cōuenit: ac primum ab hostibus uisa est: circiter. cc. xx. naues eorum paratissimæ: atq; omni genere armorum ornatissimę profectę ex portu nostris aduersæ cōstiterunt. Neq; satis Bruto qui classi præerat: uel tribunis militum: centurionibusq; quibus singulæ naues erāt attributæ cōstabat: quid agerent: aut qua ratiōe pugnæ insisterēt. Rostro enim nocere nō posse cognouerāt. Turribus autem excitatis: tātum tamen has altitudo puppium ex barbaris nauibus superabat: ut neq; ex inferiori loco cōmode tela adiici possent: et missa a gallis grauiꝰ acciderēt. una erat magno usu res pręparata a nostris: falces peracutæ insertę affixæq; longuriis non absimili forma muralium falcium. his cum funes: qui antennas ad malos distinebāt: cōpræhensi adductique erant: nauigio remis incitato: prærumpebātur: quibus abscisis: antennæ necessario concidebant: ut cum omnis gallicis nauibus spes in uelis armamentisq; esset: his ereptis: omnis usus nauium uno tempore eriperetur. Reliquum erat certamen positum ī uirtute: qua nostri milites facile superabant. Atq; eo magis q in conspectu Cæsaris atq; omnis exercitus res gerebatur: ut nullum fortius paulo factum latere posset.

Omnes enim colles:et loca superiora:unde erat propinquus despectus in mare:ab exercitu tenebatur. Disiectis (ut diximus) antennis:cum singulas binæ aut ternę naues circunsteterant:milites summa ui transcendere in hostium naues contendebant.quod postq̄ barbari fieri animaduerterunt:expugnatis cōpluribus nauibus:cum ei rei nullum reperiretur auxilium:fuga salutem petere contenderunt. Ac iam conuersis in eam partem nauibus:quo uentus ferebat:tanta subito malacia:ac tranquillitas extitit: ut se ex loco cōmouere nō possent. Quæ quidem res ad negocium cōficiendū maxime fuit oportuna. Nam singulas nostri consectati expugnauerūt. Et perpaucæ ex omni numero noctis interuentu ad terram peruenere:cum ab hora fere quarta usq; ad solis occasum pugnaretur. Quo prælio bellū uenetorum:totiusq; oræ maritimæ confectum est. Nam cum omnis iuuētus omnes etiā grauioris ætatis in quibus aliquid consilii:aut dignitatis fuit:eo conuenerāt:tum nauium quod ubiq; fuerat in unum locum coegerāt. quibus amissis reliqui neq; quo se reciperent:neq; quemadmodum oppida defenderent:habebant. Itaq; se suaq; omnia Cæsari dediderūt. In quos eo grauius Cæsar uindicandum statuit:quo diligentius in reliquum tempus a barbaris ius legatorum conseruaretur. Itaq; omni senatu necato reliquos sub corona uendidit. Dum hæc in uenetis gerūtur. Q. Titurius Sabinus cum his copiis:quas a Cæsare acceperat:in fines unellorum puenit. iis præerat Viridouix:ac summam imperii tenebat:earum oīum ciuitatum:quæ defecerant. Ex quibus exercitū magnasq; copias coegerat. Atq; his paucis dieb9 aulerci:eburonices:lexouiiq;:senatu suo interfecto:q; auctores belli esse nolebant:portas clauserunt: Seq; cum Viri douice cōiunxerunt. Magnaq; prærerea multitudo undiq; ex gallia perditorum hominū latronumq; conuenerant:quos spes prædandi:studiumq; bellādi ab agricultura:et quotidiano labore reuocabat. Sabinus idoneo omnibus rebus loco castris sese tenebat.cum Viridouix contra eum duum milium spatio cōsedisset:quotidieq; productis copiis pugnandi potestatem faceret:ut iā non solum hostibus in contemptionē Sabinus ueniret :sed etiam nostrorum militum uocibus non nihil carperetur:tantamq; opinionem timoris præbuit:ut iam ad uallum castrorum hostes accederent. Id ea faciebat de causa:q; cum tanta multitudine hostium:præsertim eo absente:qui summam imperii teneret:nisi æquo loco/aut opportunitate aliqua data/legato dimicandum non existimabat. Hac confirmata opinione timoris:idoneū quemdam hominem:et callidum delegit gallum:ex iis quos causa auxilii secū habebat.huic magnis premiis:pollicitationibusq; persuadet uti ad hostem transeat:et quid fieri uelit edocet. Qui ubi pro pfuga ad eos uenit:timorem romanorum proponit. Quib9 angustiis ipse Cæsar a uenetis premattur docet.neq; longius abesse:quin ꝓxima nocte Sabinus clam ex castris exercitum educat:et ad Cæsarem auxilii ferendi causa proficiscatur. Quod ubi auditum est:cōclamant omnes occasiōem negocii bene gerēdi

amittẽdam nõ esse. Ad castra iri oportere. Multæ res ad hoc cõsilium gallos hortabantur: superiorum dierum Sabini cõtatio: perfugæ cõfirmatio: inopia cibariorum: cui rei parum diligenter ab iis erat prouisum: Spes uenetici belli. Et q fere libenter homines: id quod uolunt: credunt. Iis rebus adducti non prius Viridouicem: reliquosq; duces ex consilio dimittunt: q̃ ab iis sit concessum arma uti capiant: et ad castra contendant. Qua re concessa læti uelut explorata uictoria: sarmẽtis uirgultisq; collectis: quibꝰ fossas romanorum compleant: ad castra pgunt. Locus erat castrorum editus: et paulatim ab imo accliuis circiter passus mille. huc magno cursu contenderunt: ut q̃minimum spatii ad se colligendos armãdosq; romanis daretur: exanimatiq; peruenerunt. Sabinus suos hortatus: cupientibus signum dat. Impeditis hostibus propter ea: quæ ferebãt onera subito duabus portis eruptionem fieri iubet. Factum est opportunitate loci: hostium inscitia ac defatigatione: uirtute militum: et superiorum pugnarum exercitatione: ut ne unum quidem nostrorum impetum ferrent: ac statim terga uerterẽt. quos impeditos integris uiribus milites nostri consequuti: magnũ numerũ eorum occiderunt. reliquos equites cõsectati: paucos qui ex fuga euaserãt: reliquerũt. Sic uno tempore: et de nauali pugna Sabinus: et de Sabini uictoria Cæsar certior factus est. ciuitatesq; omnes se statim Titurio dediderunt. Nam ut ad bella suscipiẽda gallorum alacer ac promptus ẽ animus: sic mollis ac minime resistens ad calamitates perferendas mens eorum est. Eodẽ fere tẽpore. P. Crassus cũ in aquitaniã peruenisset: quæ pars (ut ante dictũ est) et regionũ latitudine: et multitudine hoĩum ex tertia parte galliæ est æstimanda: cum intelligeret in iis locis sibi bellum gerendum: ubi paucis ante ãnis. L. Valerius præconius legatus exercitu pulso interfectus esset: atq; unde. L. Mallius proconsul impedimẽtis amissis profugisset: nõ mediocrem sibi diligentiam adhibendam intelligebat. Itaq; re frumentaria puisa: auxiliis equitatuq; cõparato: multis præterea uiris fortibꝰ: tolosa et narbona: q̃ sunt ciuitates galliæ puinciæ finitimæ: ex his regionibus nominatim euocatis in sontiatum fines exercitum introduxit. Cuius aduentu cognito sontiates magnis copiis coactis equitatuq;: quo plurimum ualebant: in itinere nostrum agmen adorti: primum equestre prælium cõmiserunt. Deinde equitatu suo pulso: atq; insequentibus nostris: subito pedestres copias: quas in conualle in insidiis collocauerant: ostenderunt. Ii nostros disiectos adorti prælium renouarunt: pugnatumq; est diu acriter. Cum sontiates superioribus uictoriis freti: in sua uirtute totius aquitaniæ spem positã putarent: nostri autem quid sine imperatore: et sine reliquis legionibus adolescentulo duce efficere possent: perspici cuperent, tandẽ cõfecti uulneribus hostes terga uertere. Quorum magno numero interfecto Crassus ex itinere oppidum sontiatũ oppugnare cœpit. quibus fortiter resistẽtibꝰ: uineas turresq; egit. illi eruptiõe tentata: alias cuniculis ad aggerẽ uineasq; actis: cuius rei sũt longe peritissimi aquitani pterea: q multis locis

apud eos ærarię secturę sũt. Vbi diligẽtia nostrorꝝ his rebꝰ nihil ꝑfici pos/se ĩtellexerũt: legatos ad Crassũ mittũt: seq; ĩ deditiõem ut recipiat petũt. qua re ĩpetrata arma tradere iussi faciũt: atq; ĩ ea re oĩum nostrorũ intentis aĩs: alia ex ꝑte oppidi Adiatõnus: q summã ĩperii tenebat: cũ sexcẽtis de/uotis: quos illi soldurios appellãt: quorꝝ hęc ẽ cõditio: ut oĩbus ĩ uita cõ/modis una cũ his fruant: quorꝝ se amicitię dediderint: siqd iis ꝑ uim acci/dat: ut eũdẽ casum una ferãt: ac sibi mortẽ cõsciscant. Neq; adhuc hoĩum memoria reptus ẽ qsq̃ q eo ĩterfecto: cuius se amicitiæ deuouisset: mori re/cusaret. Cũ iis Adiatõnus eruptionẽ facere conatus clamore ab ea ꝑte mu/nitiõis sublato: cũ ad arma milites cõcurrissent: uehemẽterq; ibi pugnatũ esset: repulsus in oppidũ ẽ. uti tñ eadẽ deditiõis cõditiõe uteret a Crasso ĩ/petrauit. armis obsidibusq; acceptis Crassꝰ ĩ fines uocatiorꝝ et tarusatiũ ꝓ/fectus ẽ. Tũ uero barbari cõmoti: q oppidũ et natura loci: et manu muni/tũ paucis diebꝰ: quibꝰ eo uẽtũ erat: expugnatũ cognouerãt: legatos quo/quo uersum dimittere: cõiurare: obsides darĩ ĩter se: copias parare cœperũt. Mittunt ẽt ad eas ciuitates legati: q̃ sũt citerioris hispanię finitimæ aqta/niæ. inde auxilia ducesq; accersunt. Quorꝝ aduẽtu magna auctoritate: et magna hoĩum cũ multitudine bellũ gerer conant. Duces uero ii deligũt q una cũ. Q. Sertorio oẽs ãnos fuerãt: summãq; sciam rei militaris habere existimabãt. Ii cõsuetudine populi ro. loca capere: castra munire: cõmeati/bus nostros ĩtercludere instituũt. qđ ubi Crassus aĩaduertit: suas copias ꝑꝑ exiguitatẽ nõ facile deduci: hostẽ et uagari: et uias obsidere: et castris satis ꝓsidii relinquere: ob eã causã minus cõmode frumẽtũ cõmeatũq; sibi sup/portari: ĩ dies hostiũ numerꝝ augeri: nõ cõtãdum existimauit: quin pugna decertaret. Hac re ad cõsiliũ delata: ubi hoĩes idẽ sentire intellexit: posterũ diẽ pugnæ cõstituit. prima luce ꝓductis oĩbus copiis: duplici acie ĩstructa: auxiliis ĩ mediã aciẽ collocatis: qd hostes cõsilii caperẽt: expectabat. Illi et si ꝑꝑ multitudinẽ: et ueterẽ belli gloriã: paucitatẽq; nrorꝝ: se tuto dimica/turos existimabãt: tñ tutius eẽ arbitrabãt: obsessis uiis: cõmeatu ĩterclusso: sine ullo uulnere uictoria potiri. Et si ꝑꝑ inopiã rei frumẽtarię romani sese recipere cœpissent: ĩpeditos ĩ agmine: et sub sarcinis ĩfirmioriq; aĩo adoriri cogitabãt. Hoc cõsilio ꝓbato ab ducibꝰ ꝓductis romanorꝝ copiis: sese ca/stris tenebãt. Hac re ꝑfecta Crassus: cũ sua cõtatiõe: ac opiniõe timidiores hostis: nostrosq; milites alacriores ad pugnãdũ effecisset: atq; oĩum uo/ces audirentur: expectari diutius nõ oportere: quin ad castra iretur: cohor/tatus suos oĩbus cupientibus ad hostium castra cõtendit. Ibi cum alii fos/sas complerent: alii multis telis coniectis defensores uallo munitionibusq; depellerent: auxiliaresq;: qbus ad pugnã Crassus nõ multum confidebat: lapidibus telisq; subministrãdis et ad aggerem cespitibus comportãdis: speciemq; atq; opinionem pugnãtium præberent: cum itẽ ab hostibus cõ/stanter: ac nõ timide pugnaretur: telaq; ex superiore loco missa nõ frustra acciderent: equites circuitis hostium castris: Crasso renuntiauerunt: nõ ea/

dem diligentia ab decumana porta castra munita: facileq; aditum habere. Crassus equitum præfectos cohortatus ut magnis premiis: pollicitationibusq; suos excitarent: quid fieri uelit ostēdit. Illi (ut erat imperatum) eductis his cohortibus quæ præsidio castris relictæ interritæ ab labore erant: et longiore itinere circunductis: ne ex hostiū castris conspici possent: omniū oculis mentibusq; ad pugnam intentis: celeriter ad eas quas diximus munitiones puenerunt. Atq; his proruptis prius in hostiū castris constiterūt: q̄ plane ab iis uideri: aut quid rei gereretur: cognosci posset. Tū uero clamore ab ea parte audito: nostri redintegratis uiribus (qđ plerūq; in spe uictoriæ accidere cōsueuit) acrius impugnare cœperūt. hostes undiq; circumuenti: desperatis omnibus rebus: se p munitiones deiicere: et fuga salutem petere intenderūt. Quos equitatus apertissimis campis insectatus ex milium quinquaginta numero: quę ex aquitania cantabrisq; uenisse cōstabat: uix quarta parte relicta: multa nocte se in castra recepit. Hac audita pugna maxīa pars aqtaniæ sese Crasso dedidit: obsidesq; ultro misit. quo ī numero fuerūt tarbelli: bigeriōes: p̄ciani: uocates: tarusates: flustates garites:: austi: garūni: sibuzates: cocosatesq;. paucæ ultimæ nationes anni tpe cōfisæ: q hyems suberat: hoc facere neglexerunt. Eodē fere tēpore Cęsar: et si ppe exacta iam æstas erat: tn̄ q omni gallia pacata: morini: menapiiq; superāt: qui in armis essent: neq; ad eum umq̄ legatos de pace misissent: arbitratus id bellum breuirer confici posse: eo exercitum adduxit. qui longe alia ratione: ac reliqui galli bellum gerere cœperunt. nā q intelligebāt maximas nationes: quę prælio contendissent: pulsas superatasq; esse: continētesq; siluas atq; paludes habebant: eo se suaq; omnia contulerūt. ad quarum initium siluatum: cum Cæsar puenisset: castraq; munire instituisset: neq; hostis interim uisus esset dispersis in opere nostris: subito ex omnibꝰ partibꝰ siluæ euolauerunt: et in nostros impetum fecerūt. nostri celeriter arma cœperunt: eosq; in siluas repulerunt. et compluribus interfectis: longius impeditioribus locis secuti: paucos de suis perdiderūt. Reliquis deinceps diebus Cæsar siluas cędere instituit. et ne quis inermibus īprudentibusq; militibus ab latere impetus fieri posset: omnem eam materiam: quæ erat cæsa: conuersam ad hostē collocabat: et pro uallo ad utrūq; latus extruebat. īcredibili celeritate magno spatio paucis diebus cōfecto: cū iam pecus atq; extrema impedimenta ab nostris tenerentur: ipsi densiores siluas peterent: eiusmodi sunt tempestates consecutæ: uti opus necessario intermitteretur. et continuatione hymbrium diutius sub pellibus milites cōtineri nō possent. Ita uastatis omnibus eorū agris: uicis ædificiisq; incensis: Cæsar exercitum reduxit: et in aulercis lexobiisq; reliquis itē ciuitatibus: quæ maxime bellum fecerant: in hybernis collocauit.

# CAII IVLLII CAESARIS COMMENTARIVS QVARTVS.

e A QVAE SECVTA EST HYEME: QVI fuit annus Gn. Pompeio. M. Crasso cõsulibus: usipites germani: et item tencatheri magna cum multitudine hominum flumen rhenum transierunt: nõ longe a mari quo rhenus influit. Causa transeundi fuit: ꝙ a sueuis complures annos exagitati bello p̃mebantur: et ex agricultura prohibebãtur. Sueuorũ est gens longe maxima: et bellicosissima germanorum omnium. Ii centũ pagos habere dicuntur: ex quibus quot annis singula milia armatorum: bellandi causa ex finibus educunt. reliqui qui domi manserint: se atq; illos alunt. hi rursus inuicẽ anno post in armis sunt: illi domi remanẽt. sic neq; agricultura neq; rõ atq; usus belli intermittiť. Sed priuati ac separati agri apud eos nihil est. neq; longius anno remanere uno in loco incolendi causa licet. Neq; multum frumẽto: sed maximam partem lacte: ac pecore uiuunt. Multumq; sunt in uenationibus. quæ res et cibi genere: et quotidiana exercitatiõe et libertate uitæ: ꝙ a pueris nullo officio: aut disciplina assuefacti: nihil omnino contra uoluntatem faciant: et uires alit: et immani corporum magnitudine homines efficit: Atq; in eam se consuetudinẽ adduxerunt: ut locis frigidissimis: neq; uestitus præter pelles habeãt quicq̃: quarum propter exiguitatem magna est corporis aperta pars: et lauantur in fluminibus. mercatoribus ad eos aditus magis eo: ut quæ bello cœperint: quibus uendant habeant: q̃ quo ullam rem ad se importari desiderẽt. Quin etiam iumentis: quibus maxime galli delectantur: quæq; impenso parant precio germani: importatis his non utuntur: sed quę sunt apud eos nata: parua atq; deformia: hæc quotidiana exercitatione summi ut sint laboris efficiunt. Equestribus præliis sæpe ex equis desiliunt: ac pedibus p̃liantur: equosq; eodem remanere uestigio assuefecerunt: ad quos se celeriter: cum usus est: recipiũt. Neq; eorum moribus turpius quicq̃ aut inertius habetur: q̃ ephippiis uti. Itaq; ad quẽuis numerum ephippiato℞ equitũ: q̃uis pauci adire audent. uinum ad se omnino importari non sinũt: ꝙ ea re ad laborem ferendum remollescere homines: atq; effœminari arbitrantur. Publice maximã putãt laudẽ esse: q̃ latissime a suis finibus uacare agros. Hac re significari magnum numerum ciuitatum suam uim sustinere non posse. Itaq; una ex parte a sueuis circiter milia passuum sexcẽta agri uacare dicuntur. Ad alteram partem succedunt ubii: quorũ fuit ciuitas ampla ac florens: ut est captus germanorum: qui paulo sunt eiusdem generis etiã cæteris humaniores: propterea ꝙ rhenum attingunt. Multũq; ad eos mercatores uentitant: et ipsi propter propinquitatem: ꝙ gallicis sunt moribus assuefacti. Hos cum sueui multis sępe bellis experti: propter amplitudinẽ:

grauitatemq; ciuitatis: finibus expellere nõ potuissent: tamẽ uectigales si/bi fecerũt: Ac multo humiliores infirmioresq; redegerũt. In eadem causa fuerũt usipetes: et tencatheri: quos supra diximus: qui cũ plures ãnos sue/uorum uim sustinuerint: ad extremum tamẽ agris expulsi: et multis locis germanię triẽnium uagati ad rhenum ꝑuenerũt: quas regiões menapii in/colebãt: et ad utrãq; ripam fluminis: agros: ædificia: uicosq; habebãt. Sed tantæ multitudinis aduẽtu ꝑterriti ex his ædificiis: quæ trans flumen ha/bebãt: demigrauerunt: et cis rhenum dispositis præsidiis germanos trãsire ꝓhibebãt. Illi omnia experti: cum neq; ui cõtẽdere ꝓpter inopiam nauiũ: neq; clam trãsire propter custodiam menapiorum possent: reuerti se ĩ sedes suas: regiõesq; simulauerũt. Et tridui uiã progressi: rursus reuerterunt. atq; hoc itinere una nocte cõfecto: eqtatu ĩscios ĩopinãtesq; menapios oppres/serũt. Qui de germanorũ discessu per exploratores certiores facti: sine me/tu trans rhenum in suos uicos demigrauerãt. His ĩterfectis nauibus eorũ occupatis: priusq̃ ea pars menapiorũ quæ citra rhenum erat: certior fieret: flumen trãsierũt. Atq; omnibus eorum ædificiis occupatis: reliquam par/tem hyemis se eorum copiis aluerũt. His de rebꝫ Cęsar certior factus: et ĩ/firmitatem gallorũ ueritus: ꝙ sũt in cõsiliis capiẽdis mobiles: et nouis ple/rũq; rebus studẽt: nihil his cõmittẽdum existimauit. Est autem hoc gal/licæ cõsuetudinis: ut et uiatores etiam ĩuitos cõsistere cogãt: et quod q̃sq; eorum de quaq; re audierit: aut cognouerit: quærãt. Et mercatores ĩ oppi/dis uulgus circũsistat: quibꝫ ex regiõibus ueniãt: quasq; res ibi cognoue/rint ꝓnũtiare cogãt. his rebus atq; auditiõibus permoti: de summis sæpe rebus cõsilia ineũt. Quorum eos euestigio pœnitere necesse est: cum ĩcer/tis rumoribus seruiãt: et pleriq; ad uolũtatem eorũ ficta respõdeãt. qua cõ/suetudine cognita Cæsar: ne grauiori bello occurreret: maturius q̃ cõsue/rat: ad exercitum ꝓficiscitur. Eo cum uenisset: ea quæ fore suspicatus erat: facta cognouit: missas legatiões a nõnullis ciuitatibꝫ ad germanos: ĩuita/tosq; eẽ: uti ab rheno discederẽt. Oĩa queq; postulassẽt a se fore parata. qua spe adducti germani latius uagabãtur: et ĩ fines eburõum et cõdrusonũ: q sũt treuirorũ cliẽtes: peruenerãt. Prĩcipibus galliæ uocatis Cæsar ea: q̃ co/gnouerat: dissimulãda sibi existimauit. Eorumq; aĩs ꝑmulsis: et cõfirma/tis: eqtatuq; ĩperato: bellũ cũ germanis gerere cõstituit. Re frumẽtaria cõ/parata: equitibusq; delectis: ĩ ea loca iter facere cœpit: quibus ĩ locis eẽ ger/manos audiebat. A quibus cum paucorum dierũ iter abesset: legati ab iis uenerũt: quorum hæc fuit oratio. Germanos neq; priores populo ro. bellũ ĩferre: neq; tamẽ recusare: si lacessãtur: quin armis cõtẽdãt: ꝙ germanorum cõsuetudo hæc sit a maioribus tradita. Quicũq; bellũ ĩferãt: resistere: neq; deprecari. Hæc tamẽ dicere uenisse ĩuitos: eiectos domo: si suam gratiã ro/mani uelint: posse his esse utiles amicos: uel sibi agros attribuãt: uel patiãtᷣ eos tenere: quos armis possederint. Sese unis sueuis cõcedere: quibꝫ ne dii quidem ĩmortales pares esse possint. Reliquum quidẽ ĩ terris esse neminẽ:

quem nõ superare possint. Ad hæc quæ uisum est: Cæsar respõdit. sed exi/
tus fuit oratiõis: sibi nullam cum iis amicitiam esse posse: si ĩ gallia rema/
nerent. Neq; uerum esse: qui suos fines tueri nõ potuerint: alienos occupa/
re. Neq; ullos in gallia uacare: agros: qui dari tantæ præsertim multitudi/
ni sine iniuria possint. sed licere (si uellent) in ubiorum finibus considere:
quorum sint legati apud se: et de sueuorum iniuriis querãtur: et a se auxi/
lium petãt. hoc sueuis imperaturũ. Legati hæc se ad suos relaturos dixe/
rũt: et deliberata re post diem tertiũ reuersuros. Interea ne propius se castra
moueret petierũt. ne id quidem Cæsar ab se impetrari posse dixit. Cogno/
uerat enim magnam partem equitatus ab his aliquot diebus ante prædã/
di: frumẽtandiq; causa ad ambuiaritos trãs mosam missam. hos expectari
eqtes: atq; eius rei causa moram ĩterpõi: arbitrabat̃. Mosa profluit ex mõ/
te uosego: qui est in finibus lingonum: et parte quadam ex rheno recepta:
quæ appellatur uualis: ĩsulamq; efficit batauorum: in oceanũ influit. Neq;
longius ab oceano milibus passuum. lxxx. in rhenum influit. Rhenus aũt
oritur ex lepontiis: qui alpes incolunt: et longo spatio per fines nãtuantiũ:
heluetiorum: sequanorum: mediomatricum: tribucorum: treuirorum cita/
tus fertur. et ubi oceano appropinquat: in plures ĩfluit partes: multis ingẽ/
tibusq; insulis effectis: quarum pars magna a feris: barbarisq; nationibus ĩ/
colitur. Ex quibus sunt qui piscibus: ouisq; auiũ uiuere existimãtur: mul/
tisq; capitibus in oceanum ĩfluit. Cæsar cum ab hoste nõ amplius passuũ.
xii. milibus abesset: ut erat cõstitutũ: ad eũ legati reuertũtur. Qui ĩ itinere
cõgressi: magnope ne lõgius progrederetur: orabãt. Cũ id nõ impetrassẽt
petebãt uti ad eos: qui agmen antecessissẽt: præmitteret: eosq; pugna ꝓhi/
beret: Sibiq; potestatem faceret in ubios legatos mittẽdi. quorum si prin/
cipes ac senatus sibi iureiurãdo fidem fecissẽt: ea cõditione: quæ a Cæsare
ferretur: se usuros ostẽdebãt: ad has res cõficiẽdas sibi tridui spatiũ daret.
Hæc oĩa Cęsar eodem illo pertinere arbitrabatur: ut tridui mora interposi/
ta: equites eorum: qui aberãt: reuerterentur. Tamen sese nõ longius milibꝰ
passuum quattuor aquationis causa processurum eo die dixit. Huc poste/
ro die q̃ frequentissimi cõuenirẽt: ut de eorum postulatis cognosceret. In/
terim ad p̃fectos: q cũ oĩ eqtatu p̃cesserãt: mittit: q nũtiarẽt: ne hostes p̃lio
lacesserẽt: et si ipsi lacesserẽt: sustinerẽt quoad ipse cũ exercitu ꝓpius acce/
deret. At hostes ubi primũ nostros equites cõspexerũt: quorũ erat quinq;
milium numerus: cum ipsi nõ amplius octigentos equites haberẽt: q; hii
qui frumentandi causa ierant trans mosam: nõdum redierãt: nihil nostris
timentibus: q; legati eorum paulo ante a Cęsare discesserãt: atq; is dies in/
dutiis dictus: erat ab iis petitus: impetu facto celeriter nostros perturbaue/
runt. Rursus resistentibus nostris: cõsuetudine sua ad pedes desiluerũt: suf/
fossisq; equis: cõpluribusq; nostris deiectis: reliquos in fugam coniecerũt.
atq; ita perterritos egerunt: ut nõ prius fuga desisterent: q̃ in cõspectũ ag/
minis nr̃i uenirẽt. In eo p̃lio ex eqtibꝰ nr̃is ĩterficiũt̃ q̃ttuor et septuagita.

In iis uir fortissimus Piso aquitanus amplissimo genere natus: cuius auus ĩ ciuitate sua regnum optinuerat: amicus ab senatu nostro appellatus. Hic cum fratri intercluso ab hostibus auxilium ferret: ex periculo illũ eripuit. ipse equo uulnerato deiectus (quoad potuit) fortissime restitit. Cum circũuentus multis uulneribus acceptis cecidisset: atq; id frater: qui iam prælio excesserat: procul animaduertisset: icitato equo sese hostibus obtulit: atq; interfectus est. Hoc facto prælio Cæsar: neq; iam sibi legatos audiendos: neq; conditiones accipiendas arbitrabatur ab iis: qui per dolum atq; insidias petita pace ultro bellum intulissent. Expectare uero dum hostiũ copiæ augerentur: equitatusq; reuerteretur: summæ dementię esse iudicabat. et cognita gallorũ infirmitate: quãtũ iam apud eos hostes uno prælio essent consequuti auctoritatis sentiebat. Quibus ad consilia capienda nihil spatii dandum existimabat. Iis constitutis rebus et consilio cum legatis et quæstore communicato: ne quem diem pugnæ intermitteret: opportunissime res accidit: q̧ postridie eius diei mane eadem et perfidia et simulatione usi germani frequentes omnibus principibus maioribusq; natu adhibitis ad eum in castra uenerunt: simul (ut dicebatur) sui purgandi causa: q̧ contra atq; esset dictum: atque ipsi petissent: prælium pridie commisissent: Simul ut siquid possent de indutiis fallendo impetrarent: quos sibi Cęsar oblatos grauius retineri iussit. ipse oẽs copias castris eduxit: equitatumq; quem recenti prælio perterritum esse existimabat: agmen subsequi iussit. acie triplici instructa: et celeriter octo milium itinere confecto: prius ad hostium castra peruenit: q̃ quid ageretur germani sentire possent. Qui omnibus rebus subito perterriti: et celeritate aduẽtus nostri et discessu suorum: neq; consilii habendi: neq; arma capiendi spatio dato perturbant̃: copias ne aduersus hostem ducere: an castra defendere: an fuga salutem petere præstaret: Quorum timor cum fremitu: et cõcursu significaretur: milites nostri pristini diei perfidia incitati: in castra irruperũt. Quo in loco qui celeriter arma capere potuerunt: paulisper nostris restiterunt: atq; inter carros impedimentaq; prælium commiserunt. At reliqua multitudo puerorum mulierumq; (nam cum omnibus suis domo excesserant: rhenumq; transierant) passim fugere cœpit. ad quos consectandos Cæsar equitatum misit. Germani post tergum clamore audito cum suos interfici uiderent: armis abiectis: signisq; militaribus relictis: se ex castris eiecerũt: et cum ad confluentem mosæ et rheni peruenissent: magno numero interfecto: reliq se in flumen precipitauerunt: atq; ibi timore: lassitudine: et ui fluminis oppressi perierũt. Nostri ad unum omnes incolumes perpaucis uulneratis ex tãti belli timore: cum hostiũ numerus capitũ. cccc. xxx. miliũ fuisset: se in castra receperunt. Cæsar iis: quos in castris retinuerat: discedendi potestatem fecit. Illi supplicia cruciatusq; gallorum ueriti: quorum agros uexauerant: remanere se apud eum uelle dixerunt. Iis Cæsar libertatem concessit. Germanico bello confecto multis de causis Cęsar statuit sibi esse rhenum

transeũdum. quarum illa fuit iustissima: ꝙ cum uideret germanos tam facile impelli ut in galliam uenirẽt: suis quoque rebus eos timere uoluit: cũ intelligerẽt et posse et audere populi ro. exercitum rhenum trãsire. Accessit etiam ꝙ illa pars equitatus usipetum et thencaterorum: quã supra memoraui: prædãdi frumentãdique causa mosam transisse: neq; prelio interfuisse: post fugam suorum se trans rhenum in fines sicambrorũ receperat: seq; cum iis coniunxerat. Ad quos cum Cęsar nuntios misisset: qui postularẽt eos: qui sibi galliæq; bellum intulissent: uti sibi dederent: responderũt populi. ro. imperium rhenum finire. Si se inuito germanos in galliam transire non æquum existimaret: cur sui quicq̃ esse imperii aut potestatis trans rhenum postularet. Vbii autem qui uni ex transrhenanis ad Cæsarem legatos miserant: amicitiam fecerant: obsides dederant: magnopere postulabant: ut sibi auxilium ferret: ꝙ grauiter a sueuis premerentur. uel si id facere occupationibus populi romani prohiberetur: exercitum modo rhenum transportaret. Id sibi auxilium: spemq; reliqui temporis futurum. Tãtum esse nomen atq; opinionem eius: exercitu Arioiusti pulso: et hoc nouissimo prælio facto: etiam ad ultimas germanorum nationes: uti opinione et amicitia populi ro. tuti esse possint. Nauium magnam copiam ad trãsportandum exercitum pollicebantur. Cæsar his de causis: quas commemoraui: rhenum transire decreuerat. Sed nauibus transire: neq; satis tutum esse arbitrabat᷑: neq; suæ neq; populi. ro. dignitatis eẽ statuebat. Itaq; et si summa difficultas faciendi pontis proponebatur: propter latitudinem rapiditatem altitudinemq; fluminis: tamen id sibi contendendum: aut aliter nõ traducendum exercitum existimabat. Rationem igitur pontis hanc instituit. tigna bina sesquipedalia: paulum ab imo præacuta: dimẽsa ad altitudinem fluminis: interuallo pedum duorum inter se iungebant. Hæc cum machinatiõibus immissa in flumine defixerat: fistucisq; adegerat: nõ sublicæ modo directæ ad perpendiculum: sed pronæ ac fastigiatæ: ut secundũ naturam fluminis procumberent. iis item contraria duo ad eundem modum iuncta: ĩteruallo pedum quadragenum: ab inferiori parte cõtra uim: atque impetum fluminis cõuersa statuebat. Hæc utraque insuper bipedalibus trabibus immissis: quãtum eorum tignorum iunctura distabat: binis utrinque fibulis ab extrema parte distinebãtur. Quibus disclusis atque in cõtrariam partem reuinctis: tanta erat operis firmitudo: atque earum terũ natura: ut quo maior uis aquæ se incitauisset: hoc arctius alligata tenerẽtur. Hæc directa materia iniecta contexebantur: ac lõguriis cratibusque cõsternebãtur. Ac nihilo secius sublicæ: et ad inferiorem partem fluminis obliquæ agebãtur, quæ pro ariete subiectæ: et cum omni opere coniunctæ uim fluminis exciperent. Et aliæ item supra pontem mediocri spatio, ut si arborum trunci: siue naues: deiiciendi operis causa: essent a barbaris missę: his defensoribus earum rerum uis minueretur: neu ponti nocerent.

Diebus decem quibꝰ materia cœpta erat comportari:omni opere effecto: exercitus traducitur. Cæsar ad utramq; partem pōtis firmo præsidio relicto in fines sicambrorum contendit. Interim a compluribus ciuitatibus ad eum legati ueniunt:quibus pacem atq; amicitiā petentibus liberaliter respōdit:obsidesque ad se adduci iubet. Sicambri et eo tempore quo pons īstitui cœptus est : fuga comparata : hortantibus iis: quos ex thencateris atq; usipetibus apud se habebant: finibus suis excesserant : Suaque omnia exportauerant:seque in solitudinem ac siluas abdiderant . Cæsar paucos dies in eorum finibus moratus:omnibus uicis ędificiisq; incensis:frumētis succensis:se in fines ubiorum recepit.atq; his auxilium suum pollicitus si ab sueuis premerentur:hæc ab iis cognouit: Sueuos postq̄ per exploratores pontem fieri comperissent:more suo concilio habito:nuntios in oēs partes dimisisse:uti de oppidis demigrarent:liberos uxores : suaq; omnia in siluas deponerent:atque omnes qui arma ferre possent:unum in locum conuenirent. hunc esse delectum medium fere regionum earum:quas sueui optinerēt. hic romanorum aduentum expectare:atq; ibi decertare constituisse. Quod ubi Cæsar comperit:omnibus his rebus cōfectis: quarum rerum causa traducere exercitum constituerat:ut germanis metum iniiceret:ut sicambros ulcisceretur:ut ubios obsidione liberaret:diebus omnino .xviii trans rhenum consumptis:satis et ad laudem et ad utilitatem profectum arbitratus se in galliam recepit:pontemq; rescidit . Exigua parte æstatis reliqua Cæsar : et si in iis locis:q̄ omnis gallia ad septemtrionem uergit:maturæ sunt hyemes:tamen in britanniam proficisci contendit : q̄ omnibus fere gallicis bellis hostibus nostris inde summa ministrata auxilia intelligebat.et si tempus anni ad bellum gerēdum deficeret:tamen magno sibi usui fore arbitrabatur:si modo insulam adisset: et genus hominū perspexisset:loca:portus:aditus cognouisset:quæ omnia fere gallis erant incognita. Neq; enim temere præter oram maritimam:atq; eas regiones : quæ sunt contra gallias nota sunt. Itaque conuocatis ad se undique mercatoribus:neque quanta esset insulæ magnitudo:neque quæ aut quantæ nationes incolerent:neque quem usum belli haberent:aut quibus institutis uterentur:neque qui essent ad maiorem nauium multitudinem idonei portus reperire poterat. Ad hæc cognoscenda: priusq̄ periculum faceret: idoneum esse arbitratus . C. Voluscenum cum naui lōga præmittit. Huic mandat:ut exploratis omnibus rebus q̄primum ad se reuertatur . Ipse cū omnibus copiis in morinos proficiscitur:q̄ inde erat breuissimus in britāniam traiectus. huc naues undiq; ex finitimis regionibus:et quam superiore æstate ad ueneticum bellum effecerat classem iubet conuenire . Interim consilio eius cognito:et per mercatores perlato ad britannos a compluribus insulæ ciuitatibus ad eum legati ueniunt:qui pollicentur obsides dare:atq; imperio populi romani optemperare. Quibus auditis liberaliter pollicitus:hortatusq; uti in ea sententia permanerent:eos domum remisit.

Et cum his una Cõmium: quem ipse atrebatibꝰ superatis: regem ibi con/stituerat: cuius et uirtutem et cõsilium probabat: et quem sibi fidelem esse arbitrabatur: cuiusq; auctoritas in his regionibus magna habebatur: mit/tit. Huic imperat quas possit adeat ciuitates: horteturq; populi ro. fidẽ se/quantur: se q; celeriter eo uenturum nuntiet. Volusenus perspectis regioni/bus omnibus: quãtum ei facultas dari potuit: qui naui egredi: ac se barba/ris committere non auderet: quinto die ad Cæsarem reuertitur. quæ q; ibi perspexisset: renũtiat. Dum in his locis Cæsar nauium parandarum causa moratur: ex magna parte morinorum legati ad eum uenerũt: qui se de su/perioris temporis consilio excusarent: q̃ homines barbari: et nostrę cõsue/tudinis imperiti bellũ populo. ro. fecissẽt. Seq; ea quæ imperasset: facturos pollicent̃. Hoc sibi Cæsar satis opportune accidisse arbitratus: q̃ neq; post tergum hostem relinquere uolebat: neq; belli gerẽdi ꝑpter ãni tempus fa/cultatem habebat: neq; has tantarum rerum occupationes britanniæ ante/ponẽdas iudicabat: magnum iis numerum obsidum imperat: quibus ad/ductis: eos in fidẽ recepit. Nauibus circiter octingentis. lxxx. onerariis co/actis: contractisq; quot satis esse ad duas legiões transportãdas existima/bat: quotq; præterea nauium longarum habebat quæstori: legatis: pręfec/tisq; distribuit. huc accedebant. xviii. onerarię naues: q̃ ex eo loco a mili/bus passuum octo uento tenebantur: quo minus in eũdem portum perue/nire possent. has equitibus distribuit. Reliquum exercitũ. Q. Titurio Sa/bino et. L. Aurũculeio Cottæ legatis in menapios: atq; in eos pagos mo/rinorum: a quibus ad eum legati nõ uenerant: ducendum dedit. P. Sulpi/tium Ruffum legatum: cum eo præsidio quod satis esse arbitrabatur: por/tum tenere iussit. His constitutis rebus: nactus idoneam ad nauigandum tempestatem: tertia fere uigilia soluit: equitesq; in ulteriorem portum pro/gredi: et naues conscendere ac se sequi iussit. a quibus cum paulo tardius esset administratum: ipse hora circiter diei quarta cũ primis nauibꝰ britã/niam attigit: atque ibi in omnibus collibꝰ expositas hostium turmas ar/matas conspexit. cuius loci hæc erat natura: atque ita montibus angustis mare continebatur: uti ex locis superioribus in littus telum adiici possit. Hunc ad egrediendum nequaq̃ idoneum arbitratus locum: dum reli/quę naues eo conuenirent: ad horam nonam ĩ anchoris expectauit. Inte/rim legatis tribunisque militum conuocatis: et quæ ex Voluseno co/gnosceret: et quæ fieri uellet ostendit. monuitque ut rei militaris ratio est: maxime ut res maritimæ postularent: ut q̃ celerem atque instabilem mo/tum haberent: ad nutum et ad tempus omnes res ab iis administrarentur. Iis dimissis et uentum et æstum uno tempore nactus secundum: dato si/gno: et sublatis anchoris circiter milia passuum centum ab eo loco pro/gressus: plano littore naues cõstituit. At barbari consilio romanorum co/gnito: præmisso equitatu et essedariis: quo plerumq; genere in præliis uti cõsuerunt: reliquis copiis subsequuti: nostros egredi nauibus prohibebãt:

Erat ob has causas summa difficultas: q̄ naues propter magnitudinē nisi in alto constitui non poterant. militibus autē ignotis locis: impeditis manibus: magno et graui onere armorum oppressis: simul et de nauibus desiliendum: et in fluctibus consistendum: et cum hostibus erat pugnandum. Cum illi aut ex arido: aut paululum in aquam progressi: omnibus membris expediti: notissimis locis audacter tela conicerent: et equos insuefactos incitarent. q̄bus rebus nostri perterriti: atq; huius omnino generis pugnæ imperiti: nō eadem alacritate ac studio: quo in pedestribus uti prælijs consuerant: utebant̄. Quod ubi Cæsar animaduertit: naues longas: quarū et species barbaris inusitatior: et motus ad usus expeditior: paulum remoueri ab onerariis nauibus: et remis incitari: et ad latus apertum hostiū constitui: atq; inde fundis: tormētis: sagittis: hostes ꝓpelli: ac summoueri iussit. quæ res magno usui nostris fuit. Nam et nauiū figura: et remorū motu: et inusitato genere tormentorum permoti barbari constiterunt: ac paululum modo pedem retulerunt. Atq; nostris militibus cōtantibus maxime propter altitudinem maris: qui decimæ legionis aquilam ferebat: cōtestatus deos ut ea res legioni feliciter eueniret: desilite inquit milites: nisi uultis aquilam hostibus ꝓdere. ego certe meum reipublicæ: atq; imperatori officium præstitero. Hoc cū magna uoce dixisset: se ex naui proiecit: atq; in hostes aquilam ferre cœpit. Tum nostri cohortati īter se /ne tātum dedecus admitteretur: uniuersi ex naui desiluerunt. Hos item nostri cum ex primis proximis nauibus conspexissent: subsecuti: hostibus appropinquarunt. pugnatum est ab utrisq; acriter. Nostri tamen: q̄ neq; ordines seruare: neq; firmiter insistere: neq; signa subsequi poterant: atq; alius alia ex naui quibuscunq; signis occurrerat: se aggregabant: magnopere perturbabantur. Hostes uero notis omnibus uadis: ubi ex littore aliquos singulares ex naui aliquos egredientes cōspexerant: incitatis equis impeditos aggrediebantur. Plures paucos circunsistebāt. alii ab latere aperto in uniuersos tela coniiciebant. quod cum animaduertisset Cæsar: scaphas longarum nauium: item speculatoria nauigia militibꝰ compleri iussit. Et quos laborantes conspexerat: iis subsidia summittebat. Nostri simul in arido constiterunt suis omnibus consecutis in hostes impetum fecerunt: atque eos in fugam dederunt. neq; longius prosequi potuerunt: q̄ equites cursum tenere: atque insulam capere non potuerunt. Hoc unum ad pristinam fortunam Cæsari defuit. Hostes prælio superati: simul atque se ex fuga receperunt: statim ad Cæsarem legatos de pace miserunt: obsides daturos: quæque imperasset facturos esse polliciti sunt. una cum iis legatis Commius atrebas uenit: quem supra demonstraueram a Cæsare in britāniam præmissum. hūc illi e naui egressum: cum ad eos oratoris modo Cęsaris mandata deferret: comprehenderant: atq; in uincula coniecerant: tunc facto prælio remiserunt pro impetranda pace. Eius rei culpam̄ in multitudinē coniecerunt: et propter imprudentiā ut ignosceretur: petiuerūt. Cęsar

questus q cum ultro in continentem legatis missis pacẽ a se petissent: bellum sine causa intulissent: ignoscere imprudentię dixit: obsidesq; imperauit. Quorum illi partem statim dederũt: partem ex longinquioribus locis accersitam paucis diebus sese daturos dixerunt. Interea suos remigrare in agros iusserunt. Principesq; undiq; conuenire: et se ciuitatesq; suas Cæsari commendare cœperunt. His rebus pace firmata: post diem quartum: q̃ est in britãniam uentum: naues. xviii. de quibus supra demõstratum est: quæ equites sustulerant: ex superiori portu leni uento soluerunt. Quę cum appinquarent britanniæ et ex castris uiderentur tanta tempestas subito cohorta est: ut nulla earum cursum tenere posset. sed aliæ eodem unde erant profectæ reuerterentur. aliæ ad inferiorem partem insulæ: quæ est propius solis occasum: magno sui cum periculo deiicerentur. Quæ tamen anchoris iactis cum fluctibus complerentur: necessario aduersa nocte in altum puectæ continẽtem petierũt. Eadẽ nocte accidit: ut esset luna plena: qui dies maritimos æstus maximos ĩ oceano efficere cõsueuit. Nostrisq; id erat incognitum. ita uno tempore et longas naues quibus Cęsar exercitũ trãsportandum curauerat: quasq; in aridum subduxerat: ęstus compleuerat. et onerarias: quæ ad anchoras erant deligatæ: tempestas afflictabat: neq; ulla nostris facultas: aut administrandi: aut auxiliandi dabatur. cõpluribus nauibus fractis reliquæ cum essent funibus anchoris reliquisq; armamentis amissis: ad nauigãdum inutiles: magna id quod necesse erat accidere: totius exercitus perturbatio facta est. Neq; enim naues erant aliæ quibus reportari possent: et omnia deerant: quæ ad reficiendas naues erãt usui. et qđ omnibus constabat: hyemare in gallia oportere: frumentum his in locis ĩ hyemem prouisum non erat. Quibus rebus cognitis principes britãniæ: qui post prælium ad Cæsarem cõuenerãt: inter se colloquuti: cum equites: et naues et frumentum romanis deesse ĩtelligerẽt: et paucitatem militũ ex castrorum exiguitate cognoscerẽt. quæ hoc erãt etiã ãgustiora: q sine impedimẽtis Cæsar legiões trãsportauerat: optimũ factu esse duxerũt: rebellioẽ facta frumẽto commeatuq; nostros prohibere: et rem ĩ hyemem producere. q his superatis: aut reditu ĩterclusis: neminem postea belli ĩferẽdi causa: ĩ britãniam trãsiturum cõfidebãt. Itaq; rursus cõiuratioẽ facta: paulatim ex castris discedere: ac suos clam ex agris deducere cœperũt. At Cęsar: et si nõdum eorũ cõsilia cognouerat: tamẽ et ex euẽtu nauium suarũ: et ex eo q obsides dar̃ intermiserãt: fore id: quod accidit: suspicabat᷑. Itaq; ad oẽs casus cõsilia comparabat. nam et frumẽtum ex agris ĩ castra quotidie cõferebat: et quæ grauissime afflictæ erãt naues: earũ materia: atq; ære ad reliquas reficiẽdas utebatur. et quæ ad eas res erãt usui ex cõtinẽti cõportari iubebat. Itaq; cum id summo studio a militibus administraretur: duodecim nauibus amissis: reliquis: ut nauigari commode possit effecit. dum ea gerũtur legioẽ ex cõsuetudĩe una frumentarũ missa: quæ appellabatur septima: neq; ulla ad id tẽpus belli suspicioẽ posita: cũ pars hoĩum

in agris remaneret: pars etiam in castra uentitaret: ii qui pro portis castrorum in statione erant: Cæsari nũtiauerũt puluerem maiorem q̃ cõsuetudo ferret: in ea parte uideri: quã in partem legio iter fecisset. Cæsar: id quod erat: suspicatus aliquid noui a barbaris initum cõsilii: cohortes quę ĩ statiõibꝰ erant: secum in eam partem proficisci: ex reliquis duabꝰ in stationem succedere cohortes: reliquas armari et cõfestim sese subsequi iussit. cum paulo longius a castris processisset: et suos ab hostibus premi: atq; ęgre sustinere: et conferta legione: ex omnibus partibus tela coniici animaduertit. Nam quod omni ex reliquis partibꝰ demesso frumẽto: pars una erat reliqua: suspicati hostes huc nostros esse uenturos: noctu in siluis delituerãt. Tũ dispersos depositis armis in metẽdo occupatos subito adorti: paucis interfectis: reliquos incertis ordinibus perturbauerant. simul equitatu atq; essedis circundederant. Genus hoc est ex essedis pugnæ: primo per omnis partes perequitãt: et tela cõiiciunt: atq; ipso terrore equorum: et strepitu rotarum ordines plerũq; perturbant. Aurigæ interim paulatim ex prælio excedũt: atq; ita currus collocant: ut si illi a multitudine hostium premantur: expeditum ad suos receptum habeant. Ita mobilitatem equitum: stabilitatem peditum præliis pręstant: ac tãtũ usu quotidiano: et exercitatione efficiũt: uti in decliui ac præcipiti loco incitatos equos sustinere: et breui moderari: ac flectere: et per temonem percurrere: et in iugo insistere: et se inde in currus citissime recipere consuerint. Quibus rebus perturbatis nostris nouitate pugnæ, tempore oportunissimo Cæsar auxilium tulit. Nãq; eius aduentu hostes constiterunt: Nostri se ex timore receperũt. quo facto ad lacessendum et ad committẽdum prælium alienum esse tempus arbitratus: suo se loco continuit: et breui tempore intermisso in castra legiones reduxit. dum hæc geruntur: nostris omnibus occupatis: qui erant in agris reliqui: discesserunt. secutæ sunt continuo complures dies tempestates: quę et nostros in castris continerent: et hostem a pugna prohiberẽt. Interim barbari nuntios in omnes partes dimiserunt: paucitatemq; nostrorum militũ suis prædicauerunt. Et quanta prædæ faciendæ atq; in perpetuum sui liberandi facultas daretur: si romanos castris expulissent: demonstrauerunt. His rebus celeriter magna multitudie peditatus equitatusq; coacta ad castra uenerũt. Cæsar et si idem quod superioribus diebus acciderat: fore uidebat: ut si essent hostes pulsi celeritate periculum effugerẽt: tamen nactus equites circiter. xxx. quos Commius atrebas: de quo ante dictum est: secum transportauerat: legiones in acie pro castris constituit. commisso pręlio: diutius nostrorum militum impetum hostes ferre non potuerunt: ac terga uerterunt: quos tanto spatio sequuti: quantum cursu et uiribus efficere potuerunt: complures ex his occiderũt: deinde omnibus longe lateq; ædificiis incensis: se in castra receperunt. Eodẽ die legati ab hostibus missi ad Cæsarem de pace uenerũt. Iis Cæsar numerum obsidum: quem ante imperauerat: duplicauit: eosq; in continentẽ adduci iussit. Quod ꝓpin-

qua die æquinoctii infirmis nauibus hyemis nauigatiõem subeũdam nõ existimabat. Ipse idoneam tempestatem nactus: paulo post mediam noc/tem naues soluit: quæ omnes incolumes ad continentem peruenerũt. Sed ex his onerariæ duæ eosdem: quos reliquæ portus capere nõ potuerunt: et paulo infra delatæ sunt. Quibus ex nauibus cũ essent expositi milites cir/citer. ccc. atq; in castra cõtenderent: morini: quos Cæsar in britãniam pro/ficiscens pacatos reliquerat: spe prædæ adducti primo nõ ita magno suo/rum numero circunsteterunt: ac si sese interfici nollent: arma ponere iusse/runt. cum illi orbe facto sese defenderent: celeriter ad clamorem hominum circiter milia sex cõuenerunt. Qua re nũtiata Cæsar omnem ex castris eq/tatum suis auxilio misit. Interim nostri milites impetum hostium susti/nuerunt: atq; amplius horas. iiii. fortissime pugnauerunt: et paucis uulne/ribus acceptis: complures ex his ceciderũt. postea uero q̃ equitatus noster in conspectum uenit: hostes abiectis armis terga uerterunt: magnusq; eoꝝ numerus est occisus. Cæsar postero die. T. Labienum legatum cum iis le/gionibus: quas ex britannia reduxerat: in morinos: qui rebellionem fece/rant: misit. Qui cum propter siccitates paludum: quo se reciperent nõ ha/berent: quo superiore anno semper fuerant usi: omnes fere in potestatẽ La/bieni peruenerunt. At. Q. Titurius et. L. Cotta legati: qui in menapiorum fines legiones deduxerant: omnibus eorum agris uastatis: frumẽtis succi/sis: ædificiis incensis: ꝙ menapii omnes se in densissimas siluas abdiderãt: se ad Cæsarem recipiunt. Cæsar in belgis omnium legiõum hyberna cõ/stituit. eo duæ omnino ciuitates ex britannia obsides miserunt. Reliquæ neglexerunt. His rebus gestis ex litteris Cæsaris dierum. xx. supplicatio a senatu decreta est.

## CAII IVLII CAESARIS COMMENTARIVS QVINTVS.

OMITIO: APPIO CLAVDIO: Consſ. disce/dens ab hybernis Cæsar in italiam: ut quotãnis fa/cere cõsueuerat: uenit. legatis imperat: quos legiõi/bus præfecerat: uti q̃plurimas possent hyeme naues ædificãdas: ueteresq; reficiẽdas curarẽt. earum mo/dum formamq; demõstrat ad celeritatem: onerariis subductiores: pauloq; facit humiliores: q̃ quibus in nostro mari uti cõsueuimus. atq; ideo magis: ꝙ propter crebras commu/tatiões ęstuum minus magnos ibi fluctus fieri cognouerat. ad onera et ad multitudiem iumẽtorum trãsportãdam paulo latiores: q̃ quibꝰ ĩ reliquis utimur maribus. has omnes actuarias imperat fieri. quam ad rem humili/tas multum adiuuat. ea quæ sunt usui ad armãdas naues: ex hispania ap/portari iubet. ipse cõuẽtibus gallię citerioris peractis in illyricum ꝓficisci/

tur: q͙ a pirustis finitimã partẽ prouinciæ incursióibus uastari audiebat. eo cum uenisset ciuitatibus milites imperat: certumq; in locũ cõuenire iubet. qua re nuntiata pirustæ legatos ad eum mittunt: qui doceant: nihil earum rerum publico factum consilio. seseq; paratos esse demonstrant omnibus rationibus de iniuriis satisfacere. percepta eorum oratione Cæsar obsides imperat: eosq; ad certam diem adduci iubet. Nisi ita fecerint: sese bello ciuitatem persecuturum demonstrat. iis ad diem adductis (ut imperauerat) arbitros inter ciuitates dat: qui litem æstiment: pœnamq; constituant. His confectis rebus: cõuentibusq; peractis: in citeriorem galliam reuertit̃. atq; inde ad exercitum proficiscitur. eo cum uenisset circuitis omnibus hybernis: singulari militum studio: in summa omnium rerũ inopia: circiter sexcentas eius generis: cuius supra demonstrauimus: naues: et longas. xxviii. inuenit constructas: neq; multum abesse ab eo: quin paucis diebus deduci possent. Collaudatis militibus: atq; iis quos negocio præfecerat: quid fieri uellet: ostendit. atq; omnes ad portum icium conuenire iubet. quo ex portu commodissimum in britanniã traiectum esse cognouerat: circiter miliũ passuum. xxx. transmissum a cõtinenti. Huic rei quod satis uisum est militum reliquit. ipse cũ legionibus expeditis. iiii. et equitibus. dccc. in fines treuirorũ proficiscitur: q͙ ii neq; ad concilia ueniebant: neq; ĩperio parebãt: germanosq; transrhenanos sollicitare dicebantur. hęc ciuitas longe plurimum totius gallię equitatu ualet: magnasq; habet copias peditũ: rhenũq; (ut supra demonstrauimus) tangit. in ea ciuitate duo de principatu inter se contendebant Indutiomarus et Cingentorix: ex quibꝰ alter: simul atq; de Cęsaris legionumq; aduentu cognitum est: ad eum uenit. se suosq; omnis in officio futuros: neq; ab amicitia populi romani defecturos cõfirmauit. quę q͙ in treuiris gererentur ostendit. at Indutiomarus equitatum peditatumq; cogere. iisq; qui per ætatem in armis esse non poterant: in siluam arduẽnam abditis: quę ingenti magnitudine per medios fines treuirorum a flumine rheno ad initium remorum pertinet: bellum parare instituit. Sed posteaq̃ nõnulli principes ex ea ciuitate: et familiaritate Cingẽtorigis adducti: et aduentu nostri exercitus perterriti ad Cæsarẽ uenerunt: et de suis priuatim rebus ab eo petere cœperunt: quoniam ciuitati consulere nõ posset: ueritus ne ab hominibus desereretur Indutiomarus legatos ad Cæsarem mittit. sese idcirco a suis discedere: atq; ad eum uenire noluisse: quo facilius ciuitatem in officio cõtineret: ne omnis nobilitatis discessu plebs ꝑ imprudentiam laberetur. Itaq; esse ciuitatem in sua potestate: seseq; si Cæsar ꝑmitteret: ad eum in castra uenturum: suas ciuitatisq; fortunas eius fidei commissurum. Cęsar et si intelligebat qua de causa ea dicerent̃: quę q͙ eum res ab instituto consilio deterreret: tamen ne æstatem in treuiris consumere cogeretur: omnibus ad britannicum bellum rebus comparatis Indutiomarum ad se cum. cc. obsidibus uenire iussit. Iis adductis / in iis filio propinquisq; eius omnibus: quos nominatim euocauerat: consolatus In-

dutiomarum hortatusq; est:uti in officio permaneret:nihilo tamen secius principibus treuirorum ad se conuocatis:hos sigillatim Cingétorigi cõ/ciliauit:quod tum merito eius a se fieri ītelligebat:tum magni ītereſſe ar/bitrabatur:eius auctoritatem inter suos q̄plurimum ualere:cuius tã egre/giam in se uoluntatem perspexisset. Id tulit factũ grauiter Indutiomarus: suam gratiam inter suos minui.et q iam inimico in nos animo esset: mul/to grauius hoc dolore exarsit. Iis rebus constitutis Cæsar ad portum iciũ cum legionibus peruenit.ibi cognoscit.lx.naues quæ in belgis factæ erãt tempestate reiectas cursum tenere non potuisse. Atq; eodem unde erant ꝑ/fectæ:reuertisse.reliquas paratas ad nauigandum:atq; omnibus rebus in/structas inuenit.eodem equitatus totius galliæ peruenit:numero milium. iiii.principesq; ex omnibus ciuitatibus:ex quibus perpaucos : quorum in se fidem perspexerat:relíquere in gallia:reliquos obsidum loco secum du/cere decreuerat:ꝗ cum ipse abesset:motum galliæ uerebatur . Erat una cũ cæteris Dumnorix heduus:de quo ante a nobis dictum est . Hunc secum ducere in primis cõstituerat:ꝗ eum cupidum rerũ nouarum:cupidũ im/perii:magni animi:magnæ inter gallos auctoritatis cognouerat. Accede/bat huc ꝗ in concilio heduorum Dumnorix dixerat sibi a Cæsare regnũ ciuitatis deferri:quod dictum hedui grauirer ferebant.neq; deprecãdi cau/sa:aut recusandi legatos ad Cæsarem mittere audebant. Id factum ex suis hospitibus Cæsar cognouit. Ille omnibus precibus petere contendit ut in gallia relinqueretur.partim ꝗ insuetus nauigandi mare timeret: partim ꝗ religionibus impediri sese diceret. Posteaq̄ id obstinate sibi negari uidit: omni spe impetrandi adempta principes galliæ sollicitare:reuocare singu/los:hortariq; cœpit:ut in cõtinenti remanerẽt.metu territare:nõ sine cau/sa fieri:ut gallia oī dignitate spoliaretur.id esse consilium Cęsaris:ut quos ī cõspectu galliæ īterficere uereretur:hos oẽs ī britãniã traductos necaret. Fidem reliquis interponere:iusiurandum poscere:ut quę esse ex usu gallię intellexissent:communi cõsilio administrarẽt.hæc a compluribus ad Cæ/sarem deferebãtur.qua re cognita Cæsar : ꝗ tãtum ciuitati heduæ digni/tatis tribuebat:coercendum atq; deterrendum quibuscunq; rebus posset Dumnorigem statuebat.ꝗ longius eius amentiã progredi uidebat: pros/piciendum ne quid sibi ac reipu.nocere posset. Itaq; circiter.xxv.dies ī eo loco commoratus:ꝗ corus uentus nauigationem impediebat:qui magnã partem omnis temporis in his consueuit sufflare:dabat operam ut Dum/norigem in officio contineret.nihilo tamen secius omnia eius consilia co/gnosceret. Tandem idoneam tempestatem nactus milites equitesq; con/scendere naues iubet. At impeditis omnium animis: Dumnorix cum eq̄/tibus heduorum a castris insciente Cæsare domum discedere cœpit . Qua re nuntiata Cæsar intermissa profectiõe : atq; omnibus rebus postpositis: magnam partem equitatus ad eum insequendum mittit:retrahiq; impe/rat:si uim faciat neq; pareat interfici iubet. Nihil hunc se absente pro sano

facturum arbitratus: qui præsentis imperium neglexisset. Ille autem reuo/catus resistere: ac se manu defendere: suorumque fidem implorare cœpit: sæpe clamitans liberum se: liberæque esse ciuitatis. Illi (ut erat imperatum) circunsistunt hominem: atque interficiũt. At hedui equites ad Cęsarem omnes reuertuntur. His rebus gestis Labienno cum tribus legionibus et equitum milibus duobus in continente relicto: ut portus tueretur: et rem frumentariam prouideret: quæque in gallia gererentur: cognosceret: consiliumq; pro tempore: et pro re caperet: ipse cum legionibus quinque et pari numero equitum: quem in continenti reliquerat: ad solis occasum naues soluit. et leni africo prouectus media circiter nocte uento intermisso cursum non tenuit: et longius delatus æstu orta luce sub sinistra britanniam relictam conspexit. Tum rursus æstus commutationem secutus: remis contendit: ut eam partem insulæ caperet: qua optimum esse egressum superiori æstate cognouerat. Qua in re admodum fuit militum uirtus laudanda: qui uectoriis grauibusq; nauigiis nõ intermisso remigãdi labore longarum nauium cursum adæquarũt. Accessum est ad britãniam omnibus nauibus meridiano fere tempore: neq; ĩ eo loco hostis est uisus. Sed ut postea ex captiuis cognouit Cęsar: cum magnę manus eo cõuenissent: multitudine nauium perterritæ: quæ cum ãnotinis priuatisque: quas sui quisq; commodi causa fecerant: amplius octingentę uno erãt uisæ tempore: a littore discesserant: ac se in superiora loca abdiderant. Cæsar exposito exercitu: ac loco castris idoneo capto: ubi ex captiuis cognouit: quo ĩ loco copiæ hostium cõsedissent: cohortibus decem ad mare relictis: et eqtibus trecẽtis: q p̃sidio nauib⁹ essẽt: de tertia uigilia ad hostes cõtẽdit: eo minus ueritus nauibus: q; in littore molli atq; aperto deligatas ad anchoram relinquebat. et præsidio nauibus. Q. Atrium præfecit. Ipse noctu progressus milia passuum circiter. xii. hostium copias conspicatus est. Illi equitatu atq; essedis ad flumen progressi ex loco superiore nostros prohibere: et prælium committere cœperunt. repulsi ab equitatu se in siluas abdiderunt: locum nacti egregie et natura et opere munitum: quem domestici belli (ut uidebatur) causa iam ante præparauerãt. Nam crebris arboribus succisis omnes introitus erant præclusi. Ipsi ex siluis rari propugnabant: nostrosq; intra munitiones ingredi prohibebant. At milites legiõis. vii. testudine facta: et aggere ad munitiões adiecto locum cœperũt: eosq; ex siluis expulerunt paucis uulneribus acceptis. Sed eos fugientes longius Cæsar prosequi uetuit: et q; loci naturam ignorabat: et q; magna parte diei consumpta munitioni castrorum tempus relinqui uolebat. Postridie eius diei mane tripartito milites equitesque in expeditionem misit: ut eos qui fugerant persequerentur. iis aliquantum itineris progressis: cum iam extremi essent in prospectu: equites a. Q. Atrio ad Cęsarem uenerunt: qui nuntiarent superiori nocte: maxima coborta tempestate: prope omnes naues afflictas: atq; in littore eiectas esse: q; neq; anchoræ: funesq; sustinerent:

neque gubernatores: nautęque uim tempestatis pati possent. Itaque ex eo concursu nauium: magnum esse incommodum acceptum. His rebus cognitis Cæsar: legiones equitatumq; reuocari: atq; in itinere cõsistere iubet. ipse ad naues reuertitur. eadem fere: quæ ex litteris nuntiisq; cognouerat: coram perspicit. sic ut amissis circiter. xl. nauibus: reliquę tamen refici posse magno negocio uiderentur. Itaq; ex legionibus fabros deligit: et e continenti alios accersiri iubet. Labiẽno scribit ut q̃plurimas posset his legionibus: quæ sunt apud eum: naues instituat. Ipse et si res erat multę operæ: ac laboris: commodissimum esse statuit: omnes naues subduci: et cum castris una munitione coniungi. In his rebus circiter dies. x. consumit. nec nocturnis quidem temporibus ad laborem militum intermissis: subductis nauibus: castrisque egregie munitis: easdem copias: quas antea prę sidio nauibus reliquit. ipse eodem unde redierat: proficiscitur. eo cum uenisset: maiores iam undiq; in eum locum copiæ britannorum conuenerãt. Summa imperii belliq; administrandi communi cõsilio permissa est Cassiuellauno: cuius fines a maritimis ciuitatibus flumen diuidit: quod appellatur thamesis: a mari circiter passuum milibus. lxxx. huic superiori tẽpore cum reliquis ciuitatibus continua bella intercesserãt. Sed nostro aduentu permoti britanni: hunc toti bello imperioq; præfecerãt. Britanniæ pars interior ab his incolitur: quos natos ĩ insula ipsi memoria proditum dicunt. maritima pars ab his qui prædæ ac belli inferendi causa ex belgio transierant. Qui omnes fere his nominibus ciuitatum appellantur: quibus orti ex ciuitatibus eo peruenerunt: et bello illato ibi permanserunt: atque agros colere cœperunt. Hominum est infinita multitudo: celeberrimaque ædificia fere gallicis cõsimilia. pecorum numerus magnus. utũtur tamen ære ut nummo aureo: aut anulis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummis. Nascitur ibi plumbum album in mediterraneis regionibus: in maritimis ferrum: sed eius exigua est copia. ære utuntur importato. Materia cuiusque generis ut in gallia est: præter fagum atq; abietem. Leporem et gallinam et anserem gustare fas non putant. Hæc tamen alunt animi uoluptatisq; causa. Loca sunt tẽperatiora q̃ in gallia: remissioribus frigoribus. Insula natura triquetra: cuius unum latus est contra galliam. huius lateris alter angulus qui est ad cantium: quo fere omnes galliæ naues appelluntur: ad orientem solem: inferior ad meridiem spectat. Hoc pertinet circiter milia passuum quingenta. Alterum uergit ad hispaniam: atq; occidẽtem solem. qua ex parte est hybernia dimidio minor: ut æstimatur: q̃ britannia: sed pari spatio trãsmissus atque ex gallia est in britanniam. In hoc medio cursu est insula: quæ appellatur mona: complures pręterea minores subiectæ insulæ existimantur. de quibus insulis nõnulli scripserunt: dies continuos triginta sub bruma esse noctes. nos nihil de eo percontationibus reperiebamus: nisi certis ex aqua mensuris breuiores esse: q̃ in cõtinenti noctes uidebamus. Huius est longitudo lateris (ut fert

illorum opinio ) septingentorum milium. Tertium est contra septemtrio-
nem. cui parti nulla est obiecta terra: sed eius angulus lateris maxime ad
germaniam spectat. hoc milia passuum octingenta in longitudinem esse
existimatur. Ita omnis insula est in circuitu uicies centum milium passuũ.
ex his omnibus longe sunt humanissimi: qui cantium incolunt. quæ re-
gio est maritima omnis: neque multum gallica differunt cõsuetudine. In-
teriores pleriq; frumenta non serunt: sed lacte: et carne uiuunt: pellibusq;
sunt uestiti. omnes uero se britanni ultro glasto inficiunt: quod cæruleum
efficiat colorem: atque hoc horridiores sũt in pugna aspectu. capilloq; sũt
promisso: atq; omni parte corporis rasa: præter caput et labrum superius.
Vxores habent deni duodenique inter se communes: et maxime fratres
cum fratribus: et parentes cum liberis. Sed siqui sunt ex his nati: eorum
habentur liberi: a quibus primum uirgo quæque adducta est. Equites ho-
stium essedarii acriter prælium cum equitatu nostro in itinere cõflixerũt:
tamen ut nostri oĩbus partibus supiores fuerint: atq; oẽs in siluas collesq;
compulerint. sed compluribus interfectis cupidius insequuti nõnullos ex
suis amiserunt. At illi intermisso spatio: imprudentibus nostris: atque oc-
cupatis in munitione castrorum: subito se ex siluis eiecerunt: impetuq; in
eos facto: qui erant in statione ꝓ castris collocati acriter pugnauerũt. dua-
busq; missis subsidio cohortibus a Cęsare: atq; his primis legionum dua-
rum: cum eæ intermisso perexiguo loci spatio: inter se cõstitissẽt: nouo ge-
nere pugnæ perterritis nostris per medios audacissime proruperunt. se que
inde incolumes receperunt. Eo die. Q. Laberius durus tri. militum in-
terficitur. Illi pluribus summissis cohortibus repelluntur. toto hoc genere
pugnæ cum sub oculis omnium ac pro castris dimicaretur: intellectum est
nostros propter grauitatem armorum: ꝙ neque insequi cedentes possent:
neque a suis discedere auderent: minus aptos esse ad huius generis hostes:
equites autem magno cum periculo prælio dimicare propterea: ꝙ illi etiã
consulto plerumq; cederent: et cum paululum a legionibus nostros remo-
uissent: ex essedis desilirent: et pedibus dispari prælio contenderent. eque-
stris autem prælii ratio et cedentibus et insequentibus est par: atque idem
periculum inferebat. Accedebat ad hæc ut nunq̃ conferti: sed rari: magnis-
que interuallis præliarentur: Stationesque dispositas haberent: atque alios
alii deinceps exciperent: integrique et recentes defatigatis succederẽt. Po-
stero die procul a castris hostes in collibus constiterunt: rarique se ostende-
re: ac lenius q̃ pridie nostros equites prælio lacessere cœperunt. Sed meri-
die cum Cæsar pabulandi gratia tres legiones: atque omnem equitatum
cum. C. Trebonio legato misisset: repente ex omnibus partibus ad pabu-
latores aduolauerunt: sic uti ab signis legionibusque non absisterẽt. No-
stri alacriter in eos impetu facto repulerunt: neque finem sequendi fecerũt.
quo subsidio confisi equites: cum post se legiones uiderent: præcipites ho-
stes egerunt. magnoque eorum numero interfecto: neque sui colligendi:

neque consistendi: aut ex essedis desiliendi facultatem dederunt. Ex hac fuga protinus: quæ undique cõuenerãt auxilia discesserunt: neque post id tempus unq̃ summis nobiscum copiis hostes cõtẽderũt. Cæsar cognito cõsilio eorum: ad flumen thamesim ĩ fines Cassiuellauni exercitũ duxit: quod flumen uno omnino loco pedibus: atque hoc ægre transiri potest. eo cum uenisset animaduertit ad alteram fluminis ripam magnas esse copias hostium instructas. Ripa autem erat acutis sudibus præfixis munita. Eiusdemq; generis sub aqua defixæ sudes flumine tegebantur. His rebus cognitis a captiuis: perfugisque Cæsar præmisso equitatu cõfestim legionem subsequi iubet. Sed ea celeritate atq; impetu milites ierunt: cum capite solo ex aqua extarent: ut hostes impetum legionum atque equitum sustinere non possent: ripasque dimitterent: ac se fugæ mandarent. Cassiuellaunus (ut supra demonstrauimus) omni spe deposita contentionis dimissis amplioribus copiis: milibus circiter quattuor essedariorum relictis: itinera nostra seruabat: paululumque ex uia excedebat. Locisque impeditis: atq; siluestribus se occultabat: atque his regiõibus: quibus nos iter facturos cognouerat: pecora atque homines ex agris in siluas compellebat. Et cum equitatus noster liberius uastandi: prædandiq; causa se in agros eiecerat: omnibus uiis semitisque essedarios ex siluis emittebat. Et cum magno periculo nostrorum equitum: cum his confligebat: atq; hoc metu latius uagari prohibebat. Relinquebatur ut neque longius ab agmine legionum discedi Cæsar pateretur: et tantum in agris uastandis ĩcendiisq; faciendis hostibus noceretur: quantum labore atque itinere legionarii milites efficere poterant. Interim trinobantes prope firmissima earum regionum ciuitas: ex qua Mandubratius adolescens Cæsaris fidem secutus ad eum in continentem galliam uenerat: cuius pater Imanuentius in ea ciuitate regnum optinuerat: interfectusque erat a Cassiuellauno: ipse fuga mortem uitauerat: legatos ad Cæsarem mittunt: pollicenturque sese ei dedituros: et imperata facturos. Petunt ut Mandubratium ab iniuria Cassiuellauni defendat: atque in ciuitatem mittat qui præsit: imperiumque optineat. His Cæsar imperat obsides ad numerum. xl. frumentumque exercitui. Mandubratiumq; ad eos mittit. Illi imperata celeriter fecerũt. obsides ad numerum: frumẽtumq; miserũt. Trinobãtibus defensis: atq; ab omni militum iniuria prohibitis: ceuimagni: sengoriaci: ancalites: bibrogi: cassi / legatiõibus missis sese Cæsari dediderũt. Ab his cognoscit nõ longe ex eo loco oppidum Cassiuellauni abesse: siluis paludibusq; munitum. quo satis magnus hominum pecorisque numerus cõuenerat. Oppidum autem britanni uocant: cum siluas impeditas uallo: atque fossa munierunt. quo incursionis hostium uitandæ causa cõuenire cõsuerãt. eo proficiscitur cum legiõibus. locum reperit egregie natura: atque opere munitum. Tamen hũc duabus ex partibus oppugnare contendit. Hostes

paulisper morati militũ nostrorũ impetum nõ tulerũt:seseq; ex alia parte oppidi eiecerunt. Magnus ibi numerus pecorum repertus:multiq; in fuga sunt comprehensi:atque interfecti. Dum hæc in his locis gerunt: Cassiuellaunus ad cantium:quod est ad mare:ut supra demonstrauimus:quibus regionibus quattuor reges præerant:Cingentorix: Caruilius : Taximagulus:Segonax nuntios mittit:atque his imperat:ut coactis omnibus copiis castra naualia de improuiso adoriantur:atque oppugnent. Hi cum ad castra uenissent:nostri eruptione facta : multis eorum interfectis: capto etiam nobili duce Cingentorige suos incolumes reduxerunt. Cassiuellaunus hoc prælio nuntiato:tot detrimentis acceptis:uastatis finibus: maxime etiam permotus defectiõe ciuitatum:legatos per Atrebatem comium de deditione ad Cęsarem mittit. Cæsar cum statuisset hyemem in cõtinẽti ꝑꝑ repẽtinos galliæ motus agere:neq; multũ æstatis supesset:atq; id facile extrahi posse intelligeret:obsides ĩperat.et qđ inãnos singulos uectigalis po.ro. Britãnia pẽderet:cõstituit. Interdicit:atq; ĩpat Cassiuellauno: ne Mandubratio neu trinobãtibus bellũ faciat. Obsidibus acceptis exercitum reducit ad mare.naues inuenit refectas. His deductis ꝙ et captiuorum magnum numerum habebat : et nonnullæ tempestate deperierant naues:duobus commeatibus exercitum reportare constituit. Ac sic accidit ut ex tanto nauium numero : tot nauigationibus:neque hoc:neq; superiore ãno ulla omnino nauis:quæ milites portaret : desideraretur. At ex iis quæ inanes ex continenti ad eum remitterentur:et prioris commeatus expositis militibus:et quas post Labiennus faciendas curauerat numero .lx.perpaucæ locum caperent:reliquæ fere omnes reiicerentur. Quas cum aliquandiu Cęsar frustra expectasset:ne anni tempore nauigatione excluderetur:ꝙ æquinoctium suberat:necessario angustius milites collocauit. Ac summa tranquillitate consequuta:secunda cum soluisset uigilia prima luce terram attigit:omnesque incolumes naues perduxit. Subductis nauibus:concilioque gallorum samarobrinæ peracto: ꝙ eo anno frumentum in gallia propter siccitates angustius prouenerat:coactus est aliter:ac superioribus annis exercitum in hybernis collocare:legiõesque in plures ciuitates distribuere.ex quibus unam in morinos ducendam. C. Fabio legato dedit. Alteram in neruios. Q.Ciceroni. Tertiam in essuos. L. Roscio. Quartam in remis cum Tito Labienno in confinio treuirorum hyemare iussit. Tres in belgio collocauit. His Marcum Crassum et. L.Munatium Plancum et. C.Trebonium legatos præfecit. Vnam legionem: quam proxime trans Padum conscripserat: et cohortes. v. in eburones: quorum pars maxima est inter mosam et rhenum: qui sub imperio Ambiorigis et Catuolci erant misit. His militibus. Q. Titurium Sabinum et. L. Aurũculeium Cottam legatos præesse iussit. Ad hũc modũ distributis legiõibus facillime ĩopiæ frumẽtarię se mederi posse existimauit. Atq; harum tamen oĩum legiõum hyberna pręter eã:quã. L. Roscio ĩ

pacatissimam: et quietissimam partem ducendam dederat: milibus passuũ centum continebantur. Ipse interea quoad legiones collocasset: munitaq; hyberna cognouisset: in gallia morari constituit. Erat in carnutibus summo loco natus Tasgetius. Huius maiores in sua ciuitate regnum obtinuerant. Huic Cęsar pro eius uirtute atq; in se beniuolentia: q̄ ĩ omnibus bellis singulari eius opera fuerat usus: maiorum locũ restituerat. Tertium iã nunc annum regnantem inimici palam multis etiam ex ciuitate iis auctoribus eum interfecerunt. defertur ea res ad Cęsarem. Ille ueritus: q̄ ad plures res pertinebat: ne ciuitas eorum impulsu deficeret. L. Planeum cum legione ex belgio: celeriter in carnutes proficisci iubet: ibiq; hyemare: quorumq; opera cognouerat Tasgetium interfectum: hos comprehẽsos ad se mittere. Interim ab omnibus legatis: quæstoribusq;: quibus legiones tradiderat: certior factus est in hyberna peruẽtum. Locũq; hybernis esse munitum. Diebus circiter. xv. quibus in hyberna uentum est: initium repentini tumultus ac defectionis ortũ est ab Ambiorige: et Catuuulco: qui cũ ad fines regni sui Sabino Cottæq; præsto fuissent: frumẽtumq; in hyberna comportassent: Indutiomari treuiri nuntiis suos cõcitauerũt: subitoq; oppressis lignatoribus magna manu ad castra pugnatum uenerũt. Cũ celeriter nostri arma cœpissent: uallumq; ascendissent: atq; una ex parte hispanis equitibus emissis: equestri prælio superiores fuissent: desparata re hostes suos ab oppugnatione reduxerunt. Tum suo more conclamauerunt: uti aliqui ex nostris ad colloquium prodirent. Habere sese quæ de re cõmuni dicere uellent: quibus rebus cõtrouersias minui posse sperarent. mittitur ad eos colloquẽdi causa. C. Carpineius eques romanus familiaris. Q. Titurii et. Q. Iunius ex hispania quidam: qui iam ante missu Cęsaris ad Ambiorigem uẽritare cõsueuerat. Apud quos Ambiorix ad hũc modum locutus est. Sese pro Cæsaris in se beneficiis plurimum ei confidere debere: q̄ eius opera stipendio liberatus esset: quod aduaticis finitimis suis pendere consuesset: quodq; ei filius: et fratris filius ab Cæsare remissi essent: quos aduatici obsidum numero missos apud se in seruiture: et catenis tenuissent: neq; id: quod fecerat de oppugnatiõe castrorũ: aut iudicio: aut uolũtate sua fecisse: sed coactu ciuitatis. suaq; esse eiusmodi imperia: ut nõ minus haberet in se iuris multitudo: q̃ ipse ĩ multitudinem. ciuitati porro hãc fuisse belli causam: q̄ repẽtinę gallorum cõiurationi resisterẽ nõ potuerit. Id se facile ex humilitate sua probare posse: q̄ nõ adeo sit imperitus rerum: ut suis copiis po. ro. superari posse cõfidat. sed esse galliæ cõmune cõsiliũ oĩbꝰ hybernis Cæsaris oppugnandis. hunc esse dictum diem: ne qua legio alterę legioni subsidio uenire posset: nõ facile gallos gallis negare potuisse. p̃sertim cũ de recuperãda communi libertate cõsiliũ initum uideretur. quibꝰ quoniam ꝓ pietate satisfecerit: habere se nũc rõnẽ officii: pro beneficiis Cæsaris monere: orare Titurĩu pro hospitio: ut suæ ac militum saluti cõsulat. Magnã manum germanorum cõductã rhenũ trãsire. Hãc affore biduo: ipsorũ esse

cõsiliũ:uelit ne prius q̃ finitimi sẽtiãt:eductos ex hybernis milites:aut ad Ciceronem aut ad Labienum deducere:quorum alter milia passuum circiter quiquaginta:alter paulo amplius ab his absit. Illud se polliceri:et iureiurando confirmare tutum iter per fines daturum:quod cum faciat et ciuitati sese consulere:ꝙ hybernis leuetur:et Cęsari pro eius meritis gratiam referre. Hac oratione habita discedit Ambiorix. Carpineius:et Iunius:quę audierant ad legatos deferunt. Illi repentina re turbati:et si ab hoste ea dicebantur:non tamen negligenda existimabant. Maximeq; hac re permouebãtur: ꝙ ciuitatem ignobilem:atq; humilem eburonum sua sponte po. ro. bellum facere ausam uix erat credendum. Itaq; ad consilium rem deferunt:magnaq; inter eos existit controuersia. L. Aurunculeius: compluresq; tribuni militum:et primorum ordinũ centuriones nihil temere agẽdum:neq; ex hybernis iniussu Cæsaris discedendum existimabant:quãtasuis magnas copias germanorum sustineri posse munitis hybernis docebant. rem esse testimonio ꝙ primum hostium impetũ:multis ultro uulneribus illatis fortissime sustinuerunt. re frumentaria non premi. Interea et ex proximis hybernis:et a Cæsare conuentura subsidia. postremo quid esset leuius:aut turpius: q̃ auctore hoste de summis rebus capere consilium? Contra ea Titurius sero facturos clamitabat:cum maiores manus hostiũ adiunctis germanis conuenissent:et cum aliquid calamitatis in proximis hybernis esset acceptum :breuem consulendi esse occasiõem. Cæsarem arbitrari profectum in italiam. nec aliter carnutes interficiendi Tasgetii consilium fuisse capturos : neq; eburones (si ille adesset) tanta cõtentiõe nostra ad castra uenturos esse. non hostem auctorem : sed rem spectare : subesse rhenum:magno esse germanis dolori Arioiusti mortem:et superiores nostras uictorias. ardere galliam tot cõtumeliis acceptis sub populi ro. imperio redactam:superiore gloria rei militaris extincta. Postremo quis hoc sibi persuaderet sine certa re Ambiorigem ad eiusmodi consilium descendisse. Suam sententiam in utraq; parte esse tutam:si nihil esset durius nullo cum periculo ad proximam legionem peruenturos. Si gallia omnis cum germanis consentiret:unam esse in celeritate positam salutem. Cottæ quidem:atq; eorum:qui dissentirent cõsilium:quem haberet exitum? In quo si præsens periculum non sit:at certe longinqua obsidione fames esset timenda. Hac in utraq; parte habita disputatione:cum a Cotta primisq; ordinibus acriter resisteretur:uincite inquit (si ita uultis) Sabinus et clariore uoce : ut magua pars militum exaudiret. Neq; is sum inquit: qui grauissime ex uobis mortis periculo terrear. hi sapienter si grauius quid acciderit abs te rationem reposcent:qui si per te liceat :perendino die cum proximis hybernis cõiũcti communem cũ reliquis belli casum sustineãt : ne reiecti et relegati lõge ab cæteris aut ferro:aut fame ĩtereãt. Cõsurgitur ex cõsilio:comprehẽdũt utrũq;:et orant:ne sua dissensiõe et pertinacia rem ĩ summum periculum deducãt. facilem esse rem seu maneãt:seu ꝓficiscant:

ſi modo unum oẽs ſentiant: ac probẽt: Contra in diſſenſione nullam ſe ſalutem perſpicere. Res diſputatione ad mediam noctem perducit᷑.tãdem dat Cotta manus permotus ſupiore ſententia Sabini.pronuntiatur prima luce ituros.conſumitur uigiliis reliqua pars noctis:cũ ſua quiſq; miles cir/cunſpiceret:quid ſecum portare poſſet:quid ex inſtrum ẽto hybernorũ re/linquere cogeretur. Omnia excogitantur:quare nec ſine periculo maneat᷑: et langore militum:et uigiliis periculũ augeatur. Prima luce ſic ex caſtris proficiſcuntur:ut quibus eſſet perſuaſum nõ ab hoſte:ſed ab homine ami/ciſſimo Ambiorige cõſilium datum:longiſſimo agmine magniſq; impe/dimentis incedunt. At hoſtes poſteaq̃ ex nocturno fremitu: uigiliiſq; de profectiõe eorum ſenſerũt:collocatis inſidiis:bipartito ĩ ſiluis opportuno cõſilio:atq; occulto loco a milibus paſſuum circiter duobus: romanorum aduentum expectabant. Et cum ſe maior pars agminis in magnam con/uallem dimiſiſſet:ex utraq; parte eius uallis ſubito ſeſe oſtenderũt: nouiſ/ſimoſq; præmere:et primos prohibere aſcẽſu:atq; iniquiſſimo noſtrorum loco prẹlium committere cœperunt. Tum demum Titurius:qui nihil an/te præuidiſſet trepidare:et concurſare:cohorteſq; diſponere:hæc tamen ip/ſa timide:atq; ut eum omnia deficere uideretur. Quod plerũq; his accide/re ſolet:qui in ipſo negocio conſilium capere cogũtur. At Cotta qui cogi/taſſet:hẹc poſſe ĩ itinere accidere:atq; ob eã cauſã ꝓfectiõis auctor nõ fuiſ/ſet:nulla ĩ re cõmuni ſaluti deerat:et ĩ appellãdis cohortãdiſq; militibus ĩ/patoris:et ĩ pugna militis officia p̃ſtabat. Cũ pp lõgitudinẽ agminis minꝰ facer᷑:oĩa p ſe obire:et q̃d quoquo loco faciẽdum eſſet:ꝓuidere nõ poſſent: iuſſerunt pronuntiari:ut impedimenta relĩquerent:atq; in orbem conſiſte/rent:quod conſilium:et ſi in eiuſmodi caſu reprehendendum non eſt : ta/men ĩcommode accidit.nam et noſtris militibus ſpẽ minuit: et hoſtes ad pugnãdũ alacriores effecit: q᷑ nõ ſummo ſine timore:et deſperatiõe id fac/tum uidebatur. Prẹterea accidit:quod fieri neceſſe erat:ut uulgo militeſ ab ſignis diſcederent:quæ quiſq; eorum cariſſima habebat ab impedimentis petere atq; arripere properaret.clamore ac fletu omnia cõplerẽtur. At bar/baris conſilium non defuit.nam duces eorum tota acie pronuntiare iuſſe/runt:ne quis ab loco diſcederet. Illorum eſſe prẹdã atq; illis reſeruari:quẹ/cũq; romani reliquiſſent.proinde oĩa in uictoria poſita exiſtimarẽt. Erant et uirtute et numero pugnandi pares noſtri:tametſi a duce et a fortũa de/ſerebantur:tamen omnẽ ſpem ſalutis in uirtute ponebãt.et quotiẽs quæq; cohors procucurrerat:ab ea parte magnus hoſtium numerus cadebat:qua re aĩaduerſa Ambiorix pronũtiari iubet:ut procul tela coniiciãt:neu pro/pius accedãt:et quam ĩ partem romani impetum fecerit cedãt:leuitate ar/morũ:et quotidiana exercitatiõe nihil his noceri poſſe.rurſus ſe ad ſigna recipiẽtes ĩſequãtur.quo p̃cepto ab iis diligẽtiſſime obſeruato:cũ quæpiã cohors ex orbe exceſſerat:atq; ĩpetũ fecerat:hoſtes uelociſſime refugiebãt. Interim eã ꝑtẽ nudari neceſſe erat:et ab latere apto tela recipi. Rurſus cũ in

eum locum unde nostri erant egressi: reuerti cœperãt: et ab iis qui cesserãt: et ab iis qui proxime steterant circunueniebãtur. Sin autem locum tenere uellent: neq; uirtuti locus relinquebatur: neq; a tanta multitudine coniecta tela conferti uitare poterant. Tamen tot incõmodis conflictati: tot uulneribus acceptis resistebant: et magna parte diei consumpta: cum a prima luce ad horam octauam pugnaretur: nihil qúod ipsis esset ĩdignum committebant. tum. T. Baluentio qui superiore anno primum pilum duxerat: uiro forti: et magnæ auctoritatis: utrumq; femur tragula traiicitur. Q. Lucanius eiusdem ordinis fortissime pugnans: dum circunuento filio subuenit: interficitur. L. Cotta legatus omnes cohortes ordinesq; cohortans in aduersum os funda uulneratur. His rebus permotus. Q. Titurius: cum procul Ambiorigem suos cohortantem cõspexisset: interpretem suũ Gn. Pompeium ad eum mittit rogatum: ut sibi militibusq; parcat. Ille appellatus respondit. si uelit secum colloqui licere: sperare a multitudine imperrari posse: qđ ad militum salutẽ pertineat. ipsi uero nihil nocitum iri. Inq; eã rem se suamq; fidem interponere. Ille cum Cotta saucio cõmunicat: si uideatur: pugna cum salute ut excedant: et cum Ambiorige una colloquantur. sperare de se ac militum salute impetrari posse. Cotta se ad armatũ hostem iturum negat: atq; in eo perseuerat. Sabinus quos in præsentia tribunos militum circum se habebat: et primorum ordinum centuriones se seq́ iubet: et cum propius Ambiorigem accessisset: iussus arma abiicere imperatum facit. suisq;: ut idem faciant: imperat. Interim dum de cõditionibus inter se agunt: longiorq; consulto ab Ambiorige instituitur sermo: paulatim circunuentus interficitur. Tum uero suo more uictoriam conclamant: atq; ululatum tollunt. Impetuq; in nostros facto ordines perturbãt. ibi. L. Cotta pugnans interficitur cum maxima parte militum. reliqui se ĩ castra recipiunt: unde erant egressi. ex quibus. L. Petrosidius aquilifer: cum magna multitudine hostium premeretur: aquilam intra uallum proiecit. ipse pro castris fortissime pugnãs occiditur. Illi ęgre ad noctem oppugnationẽ sustinent. noctu ad unum desperata salute: se ipsi interficiũt. pauci ex prælio lapsi incertis itineribus per siluas ad. T. Labienum legatum in hyberna perueniunt. atq; eum de rebus gestis certiorem faciũt. Hac uictoria elatus Ambiorix statim cum equitatu in aduaticos: qui erant eius regni finitimi: proficiscitur: neq; diem neq; noctem intermittit: peditatumq; sese sequi iubet: re demonstrata: aduaticisq; cõcitatis: postero die in neruios peruenit. Hortaturq; ne sui in perpetuum liberandi: atq; ulciscẽdi romanos ꝓ his: quas acceperant: iniuriis occasionem dimittant. Interfectos esse legatos duos: magnamq; partem exercitus interisse demõstrat. nihil esse negocii subito oppressam legiõem: quæ cum Cicerone hyemet ĩterfici. se ad eã rem profitetur adiutorem. facile hac oratione neruiis persuadet. Itaq; confestim dimissis nũtiis ad cẽtrones: grudios: leuacos: pleumosios: gordunos: qui omnes sub eorũ imperio sunt: q̃maximas manus possunt cogũt:

et de improuiso ad Ciceronis hyberna aduolant: nōdū ad eū fama de Titurii morte plata. Huc quoq; accidit: quod fuit necesse: ut nōnulli milites: qui lignationis munitiōisq; causa ī siluas discessissent: repētino equitū aduētu īterciperētur. His circūuētis magna manu eburōes: aduatici: neruii: atq; horum oīum sotii et clientes legiōem oppugnare incipiūt. nostri celeriter ad arma cōcurrūt. uallum cōscendūt. ægre is dies sustentatur: q oēm spem hostes in celeritate ponebāt. Atq; hāc adepti uictoriam ī perpetuū se fore uictores cōfidebant. Mittūtur ad Cæsarem cōfestim a Cicerone litteræ: magnis propositis premiis si pertulissent. obsessis oībus uiis missi ītercipiūtur. Noctu ex materia: quā munitiōis causa cōportauerāt: turres admodū cētum. xx. excitātur īcredibili celeritate. quæ deesse operi uidebāt perficiūtur. Hostes postero die multo maioribus copiis coactis: castra oppugnāt. fossam cōplent. eadē rōne: qua pridie ab nostris resistitur. Hoc idē deinceps reliquis fit diebus. nulla pars nocturni temporis ad laborem ītermittitur. nō ægris nō uulneratis facultas quietis datur: quęcūq; ad proximi diei oppugnatiōem opus sūt: noctu comparātur: multę pręustę sudes: magnus muraliū pilorum numerus īstituitur. turres cōtabulātur. pinæ loricæq; ex cratibus attexūtur. ipse Cicero cū tenuissima ualitudine esset: ne nocturnum quidē tempus ad quietē relinquebat: ut ultro militum cōcursu: ac uocibus sibi pcere cogeretur. Tūc duces principesq; neruiorum: qui aliquē sermōis aditū: causāq; amiciciæ cū Cicerōe hēbāt: colloqui sese uelle dicūt. facta potestate: eadē quę Ambiorix cū Titurio egerat: cōmemorāt. oēm esse in armis galliā: germanos rhenū trāsisse: Cæsaris reliquorūq; hyberna oppugnasse. Addūt etiam de Sabini morte. Ambiorigem ostētāt fidei faciūdæ causa. tū errare eos dicūt si quicq ab his præsidii sperēt: q suis rebus diffidāt. sese tamen scire hoc esse in Cicerōe, po. q; ro. aīo: ut nihil nisi hyberna recusent: atq; hāc inueterascere cōsuetudinē nolint. licere illis īcolumibus p se ex hybernis discedere: et in quascūq; partes uelint sine metu proficisci. Cicero ad hæc unū mō respōdit. nō esse cōsuetudinē po. ro. accipere ab hoste armato cōditionē. si ab armis discedere uelint: se adiutorē utātur: legatosq; ad Cæsarem mittāt. sperare pro eius iustitia: quę petierint impetraturos. Ab hac spe repulsi neruii: uallo pedum. xi. et fossa pedū. xv. hyberna cingūt. hæc ex superiorū ānorum cōsuetudine a nobis cognouerāt: et quosdā de exercitu habebāt captiuos. ab his docebātur. Sed nulla ferramētorum copia: quæ esset ad hūc usum idonea: gladiis cespites circūcidere: māibus sagulisq; terrā exhaurire nitebātur. Qua quidē ex re hoīum multitudo cognosci potuit. nā minus horis tribus milium pedum quindecim in circuitu munitionem perfecerūt: reliquisq; diebus turres ad altitudinem ualli: falces: testudinesq;: quas iidem captiui docuerant facere: ac parare cœperunt. Septimo oppugnatiōis die maximo cohorto uento: feruentes fusili ex argilla glādes fundis: et feruefacta iacula ī casas: quę more gallico stramētis erāt tectæ: iacere cœperūt. Hæc celeriter ignem cōprehē

derunt: et uenti magnitudine in oēm locum distulerūt castrorum. Hostes maxio clamore sicuti parta iam atq; explorata uictoria: turres testudinesq; agere: et scalis uallū ascēdere cœperūt. At tāta militū uirtus: atq; ea pſentia animi fuit: ut cū ubiq; flāma torrerēt: maximaq; telorū multitudine premerentur: suaq; oīa impedimenta: atq; omnes fortunas cōflagrare intelligerent: non modo demigrādi causa de uallo decederet nemo: sed pene ne respiceret quidē quisq̃: ac tū oēs acerrime fortissimeq; pugnarēt. Hic dies nr̄is lōge grauissimus fuit: sed tñ hūc habuit euentū: ut eo die maxius numerus hostiū uulneraret: atq; īterficeret: ut se sub ipso uallo cōstipauerāt: recessumq; primis ultimi nō dabāt. Paulū quidē intermissa flāma: et quodā loco turri adacta: et cōtingente uallum tertiæ cohortis cēturiōes ex eo: quo stabāt loco recesserūt: suosq; oēs remouerūt: nutu uocibusq; hostes si introire uellent uocare cœperunt. quorum progredi ausus est nemo. tum ex omni parte lapidibus coniectis deturbati: turrisque succensa est. erant in ea legione fortissimi uiri centuriones: qui primis ordinibus appropinquarent. T. Pullo: et. L. Vorenus. ii perpetuas cōtrouersias inter se habebāt: quinā anteferretur: oībusq; ānis de locis summis simultatibus cōtēdebāt. Ex iis Pullo cum accerrime ad munitiōes pugnaretur: quid dubitas inquit Vorene: aut quem locū tuæ pro laude uirtutis spectas? Hic dies de nostris cōtrouersiis iudicabit. Hæc dū dixisset procedit ex castris: munitiōesq;: qua parte hostium cōfertissima uisa est erumpit. ne Vorenus quidem uallo sese cōtinet: sed oīum ueritus existimationē subsequit. Tū mediocri spatio relicto: Pullo pilum in hostes immittit: atq; unū ex multitudine procurrētē traiicit. quo percusso et exaīato: hunc scutis protegūt: ī hostem uniuersi tela cōiiciunt: neq; dant īgrediēdi facultatem. trāsfigitur scutum Pulloni: et uerutum in balteo defigitur. Auertit hic casus uaginā: et gladiū educere conātis dextrā morat manū: impeditūq; hostes circūsistunt. Succurrit inimicus illi Vorenus: et laborāti subuēit. ad hunc se cōfestim a Pullone oīs multitudo conuertit. illic uero occursat ocius gladio: cominusq; rē gerit Vorenus. atq; uno īterfecto: reliquos Paulū ꝓpellit. dū cupidius instat ī locum deiectus inferiorem concidit. Huic rursus circunuēto fert subsidium Pullo. atq; ambo īcolumes cōpluribus īterfectis: summa cum laude: sese intra munitiones recipiunt. sic fortuna ī contētione et certamine utrūq; seruauit: ut alter alteri inimicus auxilio salutiq; esset. neq; diiudicari posset uter utri anteferēdus uideretur. Quāto erat ī dies grauior atq; asperior oppugnatio: et maxime ꝙ magna parte militū confecta uulneribus: res ad paucitatē defensorum peruenerat: tanto crebriores lr̄æ: nuntiiq; ad Cæsarem mittebātur: quorum pars deprehensa ī cōspectu nostroꝝ militum cum cruciatu necabat. Erat unus ītus neruius noīe Vertico: loco natus honesto: qui a prima obsidiōe ad Ciceronē profugerat: suāq; ei fidē ꝓstiterat. hui⁹ seruo spe libertatis magnis pſuadet ꝓmiis: ut lr̄as ad Cęsarē deferat. Has ille ī iaculo alligatas effert: et gallus īter gallos sine ulla suspi-

cione uersatus ad Cęsarem peruenit. ab eo de periculo Ciceronis legiõisq́ cognoscitur. Cæsar acceptis litteris circiter hora. xi. diei: statim nũtium in bellouacos ad. M. Crassum q̃storẽ misit. cuius hyberna aberãt ab eo milia passuum. xxv. Iubet media nocte legiõem proficisci/celeriterq́ ad se ueni/re. exit cum nũtio Crassus. alterum ad. C. Fabium legatũ mittit: ut ĩ atre/batũ fines legiõem adducat: qua sibi sit iter faciẽdũ. Scribit Labieno si rei/pu. commodo facere posset: cum legiõe ad fines neruiorũ ueniat: reliquam partem exercitus: q̃ paulo aberat lõgius: nõ putat expectãdam. eqtes cir/citer q̃drigẽtos ex proximis hybernis colligit. Hora circiter tertia ab ãte/cursoribus de Crassi aduentu certior factus: eo die milia passuum. xx. pro/cedit. Crassum samarobrinæ præfecit: legionemq́ attribuit: q̃ ibi impedi/mẽta exercitus: obsides ciuitatũ: litteras publicas: frumẽtumq́ omne: qđ eo tolerãdæ hyemis causa deuexerat: relinquebat. Fabius ut imperatũ erat: nõ ita multum moratus in itinere cum legiõe occurrit. Labienus interitu Sabini: et cæde cohortium cognita: cum omnes ad eum treuirorum copię uenissẽt: ueritus ne ex hybernis fugæ similem profectiõem fecissent: ut ho/stium impetũ sustinere nõ posset: præsertim quos recẽti uictoria efferri sci/ret: litteras Cæsari dimittit: quanto cum periculo legiõem ex hybernis e/ducturus esset. rem gestam in eburonibus perscribit. docet omnes pedita/tus: equitatusq́ copias treuirorũ: tria milia passuũ lõge ab suis castris cõ/sedisse. Cæsar cõsilio eius probato: et si opiniõe triũ legionum deiectus ad duas redierat: tamen unum cõmunis salutis auxilium ĩ celeritate põebat. uenit magnis itineribus ĩ neruiorũ fines: ibi ex captiuis cognoscit: q̃ apud Ciceronem gerãtur: quãtoq́ in periculo res sit. tum cuidã ex eqtibus gal/lis magnis premiis p̃suadet: uti ad Ciceronem epistolam deferat. Hãc gręcis cõscriptam litteris mittit: ne intercepta epistola nostra ab hostibꝰ cõsi/lia cognoscãtur. si adire nõ possit: monet ut tragulam cũ epistola ad amẽ/tum deligata: intra munitionem castrorũ abiiciat. In litteris scribit se cum legiõibus profectũ celeriter affore. hortatur: ut pristinam uirtutẽ retineat. gallus periculum ueritus: ut erat præceptum: tragulam mittit. hæc casu ad turrim adhæsit: neq́ ab nostris biduo aĩaduersa. Tertio die a quodã mili/te cõspicitur. dempta ad Ciceronẽ defertur. ille perlectã in cõuentu militũ recitat. maximaq́ oẽs læticia afficit. tum fumi incẽdiorũ procul uidebãt: quæ res oẽm dubitationẽ aduentus legionũ expulit. Galli re cognita per exploratores: obsidionem relinquũt: ad Cæsarem oĩbus copiis cõtẽdunt. Eæ erant armatorum circiter milia. lx. Cicero data facultate: gallũ ab eo/dem Verticone: quem supra demonstrauimus/reperit: qui litteras ad Cæ/sarem deferat. hunc admonet: iter caute diligenterq́ faciat. perscribit in lit/teris: hostes ab se discessisse: omnemq́ ad eũ multitudinẽ cõuertisse. q̃bus litteris circiter media nocte Cæsar allatis: suos facit certiores: eosq́ ad di/micãdũ aĩo cõfirmat. Postero die luce prima mouet castra: et circiter milia passuum quattuor progressus trans uallem et riuum: hostiũ multitudinẽ

conspicatur. erat magni periculi res tantulis copiis iniquo loco dimicare. Tamen quoniam liberatum obsidiōe Ciceronem sciebat: æquo aīo remittendum de celeritate existimabat. consedit: et q̃ æquissimo loco potest castra cōmunit: atq; hęc et si erant exigua per se uix hominum miliū septē: præserti nullis cum impedimentis: tamen angustiis uiarū q̃maxime pōt cōtrahit eo cōsilio: ut in summā cōtēptionē hostibus ueniat. interim speculatoribus in oēs partes dimissis explorat quo cōmodissime itinere ualles trāsire possit. eo die paruulis eq̄strib⁹ p̄liis ad aquā factis: utriq; sese loco suo cōtinēt. Galli ꝙ āpliores copias: q̃ nōdū uenerāt expectabāt: Cęsar si forte timoris simulatiōe hostes in suū locū elicere posset: ut citra uallē ꝓ castris p̄lio cōtēderet. Si id efficere nō posset: ut exploratis itinerib⁹ minore cum periculo uallem riuūq; trāsiret. Prima luce hostiū equitatus ad castra accedit: prælium̄q; cum nostris equitib⁹ cōmittit. Cęsar cōsulto equites cedere: seq; in castra recipere iubet: simul ex oibus partib⁹ castra altiori uallo muniri: portasq; obstrui: atq; in his administrādis rebus q̃maxime cōcursari: et cū simulatiōe agi timoris iubet. Quibus oibus rebus hostes inuitati copias traducūt: aciemq; iniquo loco cōstituūt. nostris etiā uallo deductis propius accedūt: et tela intra munitionē ex oibus partib⁹ cōiiciūt. precōibusq; circūmissis pronūtiari iubēt: seu quis gallus: seu romanus uelit ante horam tertiam ad se trāsire: sine periculo licere: post id tempus non fore potestatem. ac sic nostros cōtempserūt: ut obstructis in speciem portis: singulis ordinib⁹ cespitū, ꝙ eas nō posse ītrorūpere uidebātur: alii uallum manu rescindere: alii fossas complere inciperēt. Tūc Cęsar oibus portis eruptione facta: equitatuq; emisso: celeriter hostes in fugam dat: sic uti omnino pugnādi causa resisteret nemo: magnūq; ex his numerū occidit: atq; oēs armis exuit. Lōgius prosequi ueritus: ꝙ siluæ paludesq; ītercedebāt: neq; etiam paruulo detrimēto illū locū relinqui uidebat. oibus suis īcolumib⁹ copiis eodē die ad Ciceronē ꝑuenit. Institutas turres: testudies: munitiōesq; hostiū admirat̄. legione ꝑducta cognoscit nō decimū quēq; eē reliquū militē sine uulnere. ex his oibus iudicat rebus quāto cū ꝑiculo: et quāta cū uirtute sint res administratæ. Ciceronē pro eius merito: legionēq; collaudat. cēturiōes sigillatim: tribunosq; militū appellat: quoꝝ egregiā fuisse uirtutē testimonio Cicerōis cognouerat. de casu Sabini et Cottæ certius ex captiuis cognoscit. Postero die cōciōe habita rem gestam ꝓpōit. milites cōsolatur: et cōfirmat: quod detrimētū culpa et temeritate legati sit acceptū: hoc æquiore aīo ferēdū docet: ꝙ beneficio deorum īmortaliū: et uirtute eorū expiato incōmodo: neq; hostibus diutina lętitia: neq; ipsis longior dolor reliquatur. Interim ad Labienū ꝑ remos īcredibili celeritate de uictoria Cæsaris fama ꝑfert̄: ut cū ab hybernis Ciceronis milia passuū abesset circiter sexagīta: eoq; post horā nonā diei Cæsar ꝑuenisset: ante mediā noctē ad portas castroꝝ clamor oriret̄. Quo clamor̄ significatio uictorię gratulatioq; ab remis Labiēo fieret. Hac fama ad treuiros pla/

ta: Indutiomarus: qui postero die castra Labieni oppugnare decreuerat: noctu profugit: copiasq; omnes in treuiros reducit. Cęsar cum sua legione Fabium remittit in hyberna. ipse cum tribus legionibus circum samarobrinam trinis hybernis hyemare cōstituit. et ꝙ tanti motus galliæ extiterant totā hyemē in exercitu ipse manere decreuit. Nā illo īcōmodo de Sabini morte perlato: oēs fere galliæ ciuitates de bello cōsultabāt. nūtios legatiōesq; in oēs partes dimittebāt. et quod reliqui cōsilii caperēt: atq; unde initiū belli fieret explorabāt. nocturnaq; in locis desertis cōsilia hēbāt. Neq; ullum fere totius hyemis tempus itercessit sine sollicitudīe Cæsaris: quin aliquē de cōsiliis et motu galloꝝ nūtiū acciperet. In his a. L. Roscio quæstore: quē legioni tertiæ decimæ præfecerat: certior est factus: magnas gallorū copias earū ciuitatū: q̄ armoricæ appellātur: oppugnādi sui causa conuenisse: neq; longius milia passuū octo ab hybernis suis abfuisse. Sed nuntio allato de uictoria Cæsaris discessisse: adeo ut fugæ similis discessus uideretur. ac Cæsar principibus cuiusq; ciuitatis ad se uocatis: alias territādo cū se scire quæ fierent: alias cohortādo denuntiaret: magnā partē gallię in officio tenuit. tamen senones q̄ est ciuitas ī primis firma: et magnę inter gallos auctoritatis Cauarinū: quē Cæsar apud eos regē cōstituerat: cuius frater Moritasgus aduentu in galliā Cęsaris: cuiusq; maiores regnū optinuerāt: interficere publico cōsilio conati: cū ille præsensisset: ac profugisset usq; ad fines insequuti regno domoq; expulerūt. et missis ad Cęsarē satisfaciundi causa legatis: cum is omnē ad se senatū uenire iussisset: dicto audientes nō fuerunt. tātū apud hoīes barbaros ualuit esse repertos aliquos principes belli inferendi: tātamq; oībus uolūtatū cōmutationē attulit: ut præter heduos: et remos: quos præcipuo semper honore Cæsar habuit: alteros pro uetere ac perpetua erga populū ro. fide: alteros pro recētibus belli gallici officiis: nulla fere fuerit ciuitas nō suspecta nobis. Idq; adeo haud scio mirādū ne sit: cū compluribus aliis de causis: tum maxime ꝙ ei: qui uirtute belli oībus gentibus pręferebātur: tātū se eius opiniōis depdidisse: ut quia populi ro. imperia ferrent: grauissime dolerēt. Treuiri uero atq; Indutiomarus totius hyemis nullū tempus intermiserūt: cū trans rhenū legatos mitterēt: ciuitates sollicitarēt: pecunias pollicerēt: magna parte exercitus nostri interfecta: multo minorē superesse dicerēt partē. neq; tamen ulli ciuitati germanoꝝ persuaderi potuit: ut rhenū trāsiret: cum se bis expertos dicerēt: Ariouisti bello: et tencatheroꝝ transitu nō esse fortunā amplius tentādā. Hac spe lapsus Indutiomarus nihilominus copias cogere: exigere a finitimis: equos parare: exules dānatosq; tota gallia magnis premiis ad se allicere cœpit. ac tātā sibi iam his rebus in gallia auctoritatē cōparauerat: ut undiq; ad eum legatiōes cōcurrerēt: gratiamq; atq; amiciciā publice priuatimq; peterēt. Vbi itellexit ultro ad se ueniri: altera ex pte senōes carnutesq; cōsciētiā facinoris īstigare: altera neruios aduaticosq; bellum romanis parare: neq; sibi uolūtarioꝝ copias defore: si ex finibus pro

gredi cœpisset: armatum concilium indicit. hoc more gallorum est initiũ bellorum: quo lege communi omnes puberes et armati conuenire consue/runt. Qui ex his nouissimus conuenit in conspectu multitudinis omni/bus cruciatibus affectus necatur. In eo concilio Cingentorigem alterius principem factionis generum suum: quem supra demonstrauimus Cæ/saris secutum fidem: ab eo non discessisse hostem iudicat: bonaq; eius pu/blicat. His rebus confectis in concilio pronuntiat accersitum se a senoni/bus et carnutibus: aliisq; q̃pluribus galliæ ciuitatibus. Huc iturum per fi/nes remorum: eorumq; agros populaturum: ac priusq̃ id faciat: castra La/bieni oppugnaturum: quæ q; fieri uelit præcipit. Labienus cũ et loci na/tura: et manu munitissimis castris sese contineret: de suo ac legionis peri/culo nihil timebat. Sed ne quam occasionem rei benegerendæ dimitteret cogitabat. Itaq; a Cingentorige atq; eius propinquis oratiõe Indutioma/ri cognita: quam in concilio habuerat: nuntios mittit ad propinquas ci/uitates: equitesq; undique euocat. Iis certum diem conueniendi dicit. In/terim prope quotidie cum omni equitatu Indutiomarus sub castris eius uagabatur: alias ut situm castrorũ cognosceret: alias colloquendi: aut ter/ritandi causa: equites plerumq; omnes tela intra uallum coniiciebant. La/bienus suos intra munitiones continebat: timorisque opinionem quibus/cũq; poterat rebus augebat. Cum maiore in dies contemptione Indutio/marus castra accederet: nocte una intromissis equitibus omnium finiti/marum ciuitatum: quos accersendos curauerat: tanta diligentia oẽs suos custodiis intra castra continuit: ut nulla ratione ea res enuntiari: aut ad tre/uiros perferri posset. Interim ex consuetudine quotidiana Indutiomarus ad castra accedit: atq; ibi magnã partem diei consumit. equites tela cõiici/unt: et magna contumelia uerborum nostros ad pugnam uocant. nullo ab nostris dato responso: ubi uisum est: sub uesperum dispersi: ac dissipati di/scedunt: subito Labienus duabus portis omnem equitatum emittit, præ/cipit: atq; interdicit perterritis hostibus, atq; in fugam coniectis: quod fo/re (sicut accidit) uidebat: omnes unum peterent Indutiomarũ: neu quis quemquam prius uulneret: q̃ illum interfectum uideret: q, mora reliquo/rum illum spatium nactum effugere nolebat. magna proponit: iis qui oc/ciderint premia: summittit cohortes equitibus subsidio. Comprobat ho/minis consilium fortuna: ut cum unum omnes peterent: in ipso fluminis uado deprehensus Indutiomarus ĩterficitur: caputq; eius refertur in castra. redeuntes equites quos possunt consectantur: atque occidunt. Hac re co/gnita omnes eburonum et treuirorum: quæ conuenerant copiæ discedũt: pauloq; habuit post id factum Cęsar quietiorem galliam.

# CAII IVLII CAESARIS COMMENTARIVS SEXTVS.

m VLTIS DE CAVSIS CAESAR MAIO/
rem galliæ motum expectans per. M. Syllanū. C.
Antistium reginum. T. Sextium legatos delectum
habere instituit. Simul a Cn. Pompeio proconsule
petit: quoniam ipse ad urbem cum imperio reipu.
causa maneret: quos ex cisalpina gallia consulis sa/
cramento rogauisset ad signa uenire: et ad se profici/
sci iuberet. magni interesse etiam in reliquum tempus: ad opinionem gal/
liæ existimans: tantas uideri italiæ facultates: ut si quid esset in bello detri/
menti acceptum: non modo id breui tempore resarciri: sed etiam maiori/
bus augeri copiis posset: quod cum Pompeius et reip. et amiciciæ tribuis/
set: celeriter confecto per suos delectu: tribus ante exactam hyemem: et cō/
stitutis: et adductis legionibus: duplicatoq; earum cohortium numero:
quas cum. Q. Titurio amiserat: et celeritate: et copiis docuit: quid populi.
ro. disciplina: atq; opes possent. Interfecto Indutiomaro (ut docuimus) ad
eius propīquos a treuiris imperium defertur. Illi finitimos germanos sol/
licitare: et pecuniam polliceri nō desistunt. cum ab proximis impetrare nō
possent: ulteriores tentant. Inuentis nōnullis: ciuitates inter se iureiurando
confirmant: obsidibusq; et de pecunia cauent. Ambiorigem sibi societate:
et fœdere adiungunt. Quibus rebus cognitis Cæsar: cū undiq; bellū para/
ri uideret: neruios aduaticos ac menappios: adiūctis cisrhenāis oībus ger/
manis esse in armis: Senones ad imperatū nō uenire: et cum carnutibus fi/
nitimisq; ciuitatibus cōsilia cōmunicare: a treuiris germanos crebris lega/
tionibus sollicitari: maturius sibi de bello cogitādū putauit. Itaq; nōdum
hyeme confecta: proximis quattuor legiōibus coactis de improuiso in fi/
nes neruiorū cōtēdit. et priusq̄ illi aut cōuenire: aut profugere possent: ma/
gno pecoris: ac hoīum numero capto: atq; ea p̄da militibus cōcessa: uasta/
tisq; agris: ī deditionē uenire: atq; obsides sibi dare coegit. Eo celeriter cō/
fecto negocio rursus legiōes in hyberna reduxit. Cōcilio galliȩ primo ue/
re: ut īstituerat indicto: cum reliqui prȩter senones: carnutes: treuirosq; ue/
nissent: initiū belli: ac defectiōis hoc esse arbitratus: ut oīa postponeř uide/
retur: cōciliū in luteciam parisiorū trāsfert. Cōfines erāt hi senōibus: ciui/
tatemq; patrū memoria cōiunxerāt. Sed ab hoc cōsilio abfuisse existima/
bātur. Hac re pro suggestu pronūciata: eodem die cū legiōibus in senones
proficiscitur: magnisq; itineribus eo peruenit. Cognito eius aduentu: Aci/
co: qui princeps eius cōsilii fuerat: iubet in oppida multitudinē cōuenire.
Conātibus priusq̄ id effici posset: adesse romanos nūtiať. necessario sentē/
tia desistūt. legatosq; deprecādi causa ad Cæsarē mittūt per heduos: quorꝫ
antiquitus erat ī fide ciuitas. libēter Cæsar petētibus heduis dat ueniam:

excusationeq; accipit: q aestiuũ tempus ĩstãtis belli nõ quaestiõis esse arbi/trabatur. Obsidibus imperatis Caesar hos heduis custodiẽdos tradit. eodẽ carnutes legatos obsidesq; mittũt: usi deprecatoribus remis: quorũ erant in clientela. eadẽ ferũt respõsa. peragit cõsiliũ Caesar. equites imperat ciuita/tibus. Hac pte galliae pacata: totus et mẽte et aĩo in bellũ treuirorũ et Am/biorigis ĩsistit. Cauarinũ cũ eqtatu senonũ secũ pficisci iubet: ne quis aut ex huius iracũdia: aut ex eo quod meruerat: odio ciuitatis motus existat. His rebus cõstitutis: q pro explorato habebat: Ambiorigẽ praelio nõ esse cõcertaturũ: reliqua eius cõsilia aĩo circunspiciebat. Erant menappii pro/pinqui eburonum finibus: perpetuis paludibus siluisq; muniti: qui ex gal/lia de pace ad Caesarem legatos nunq̃ miserant. cum his esse hospitium Ambiorigi sciebat. Item per treuiros uenisse germanos ĩ amiciciã cogno/uerat. haec prius illi detrahenda auxilia existimabat: q̃ ipsum bello lacesse/ret: ne desperata salute: aut se in menappios abderet: aut cum transrhena/nis congredi cogeretur. Hoc inito consilio totius exercitus impedimenta ad Labienum in treuiros mittit: duasq; legiones ad eum proficisci iubet. ipse cum legionibus expeditis quinq; in menappios proficiscitur. Illi nul/la coacta manu loci praesidio freti in siluas: paludesq; cõfugiũt: suaq; eodẽ cõferũt. Cęsar partitis copiis cum. C. Fabio legato: et. M. Crasso quaesto/re: celeriterq; effectis pontibus: adiit tripartito exercitu: aedificia uicosq; in/cendit. magno pecoris atq; hoĩum numero potitur. Quibus rebus coacti menappii legatos ad eum pacis petẽdae causa mittũt. Ille obsidibus accep/tis hostiũ se habiturũ numero cõfirmat: si aut Ambiorigẽ: aut eius legatos finibus suis recepissent. Iis confirmatis Comium atrebatem cum equita/tu: custodis loco in menappios relinquit. ipse ĩ treuiros proficiscitur. dum hęc a Caesare gerũtur: treuiri magnis coactis peditatus equitatusq; copiis: Labienum cum una legione: quae in eorum finibus hyemauerat: adoriri parabant: iamq; ab eo non longius bidui uia aberant: cum duas uenisse le/giones missu Caesaris cognoscunt. positis castris a milibus passuum. xv. auxilia germanorum expectare constituunt. Labienus hostium cognito consilio sperans temeritate eorum fore aliquam dimicandi facultatem: praesidio cohortium quinque cum impedimentis relicto: cum uiginti/quinq; cohortibus magnoq; equitatu contra hostem proficiscitur. et mil/le passuum intermisso spatio catio castra communit. Erat ĩter Labienum: atq; hostem difficili transitu flumen: ripisq; praeruptis. Hoc neq; ipse tran/sire habebat in animo: neq; hostes transituros existimabat. augebat quo/tidie spes. loquitur in consilio palam: quoniam germani appropinquare dicuntur: sese suas exercitusq; fortunas in dubium non deuocaturum: et postero die prima luce castra moturum. Celeriter haec ad hostes deferun/tur: ut ex magno gallorum equitum numero: nonnullos gallos gallicis reb9 fauere natura cogebat. Labienus noctu tribunis militũ primisq; ordi/nibus cõuocatis: quid sui cõsilii sit pponit. Et quo facilius hostib9 timo/

ris det suspicionem: maiore strepitu: et tumultu quam populi romani fert consuetudo: castra moueri iubet. His rebus fugæ similem profectionem fecit. Hæc quoq; per exploratores ante lucem in tãta propinquitate castro-rum: ad hostes deferuntur. Vix agmen nouissimum extra munitiones p-cesserat: cum galli cohortati inter se: ne speratam prædam ex manibus di-mitterent: longum esse perterritis romanis germanorum auxilium expec-tari: neq; suam pati dignitatem: ut tantis copiis tam exiguam manũ: præ-sertim fugientem: atq; impeditã adoriri nõ audeant. flumen trãsire: et ini-quo loco prælium committere non dubitant. Quæ fore suspicatus Labie-nus: ut omnes citra flumen eliceret: eadem usus simulatione itineris: placi-de progrediebatur. tum præmissis paulum impedimentis: atq; in tumulo quodam collocatis: habetis ĩquit milites: quã petistis facultatem: hostem impedito atq; iniquo loco tenetis. præstate eandẽ nobis ducibus uirtutẽ: quam sępe numero imperatori præstitistis. atq; illũ adesse: et hęc corã cer-nere existimate. Simul signa ad hostẽ cõuerti: aciẽq; dirigi iubet. et paucis turmis præsidio ad impedimẽta dimissis: reliquos eqtes ad latera dispõit. Celeriter nostri clamore sublato: pila ĩ hostes ĩmittũt. Illi ubi præter spem: quos fugere credebãt: infestis signis ad se ire uiderũt: impetum modo fer-re nõ potuerunt. ac primo cõcursu in fugam conuersi proximas siluas pe-tiuerũt. quos Labienus equitatu cõsectatus magno numero ĩterfecto: cõ-pluribus captis: paucis post diebus ciuitatem recepit. Nam germani: qui auxilio ueniebant: percepta treuirorum fuga: se domum receperũt. Cum iis propinqui Indutiomari: qui defectionis auctores fuerant comitati eos ex ciuitate excesserant. Cingentorigi: quem ab initio in officio permansis-se demonstrauimus: principatus atq; imperium est traditum. Cæsar postq̃ ex menappiis in treuiros uenit: duabus de causis rhenum transire consti-tuit. Quarum una erat: ꝙ auxilia contra se treuiris miserãt. Altera ne Am-biorix ad se receptum haberet. His constitutis rebus: paulum supra eũ lo-cum: quo antea exercitum traduxerat: facere põtem instituit: nota atq; in-stituta ratione: magno militum studio paucis diebus opus efficitur. firmo in treuiris ad pontem præsidio relicto: ne quis ab iis subito motus oriret̃: reliquas copias: equitatumq; traducit. Vbii qui ante obsides dederãt: atq; in ditionem uenerant: purgandi sui causa ad eum legatos mittũt: qui do-ceant: neq; ex sua ciuitate auxilia in treuiros missa: neque ab se fidem læ-sam: petũt atq; orant: ut sibi parcat: ne communi odio germanorum in-nocentes pro nocentibus pœnas pendant. si amplius obsidum uellet: da-re pollicentur. Cognita Cæsar causa reperit a sueuis auxilia missa esse. Vbi horum satisfactionem accepit: aditus uiasq; in sueuos perquirit. In-terim paucis post diebus fit ab ubiis certior: sueuos omnes in unum locũ copias cogere: atq; his natiõibus: quæ sub eorum sunt imperio denuntia-re: ut auxilia peditatus: equitatusq; mittant. His cognitis rebus rem fru-mentariam prouidet. castris idoneum locũ delegit. Vbiis ĩperat ut pecora

deducant:suaq; oĩa ex agris in oppida cõferant. sperans barbaros:atq; imperitos homines ĩopia cibariorum adductos:ad iniquam pugnãdi conditionẽ posse deduci. Mãdat ut crebros exploratores ĩ sueuos mittãt: quę q; apud eos gerantur cognoscant. Illi imperata faciunt:et paucis diebus intermissis:referunt sueuos omnes posteaq̃ certiores nuntii de exercitu romanorum uenerant:cum omnibus suis sotiorumque copiis :quas coegissent:penitus ad extremos fines sese recepisse. Siluam esse ibi infinita magnitudine: quæ appellatur bacenis:ac longe introrsus ꝑtinere:et pro natiuo'muro obiectam. cheruscos a sueuis:sueuosque a cheruscis iniuriis incursionibusque prohibere. ad eius initium siluæ sueuos aduentum romanorum expectare constituisse. Quoniam ad hunc locum peruentum est: non alienum esse uidetur: de galliæ germaniæque moribus: et quo differant eæ nationes inter se proponere. In gallia non solum in omnibus ciuitatibus:atq; in omnibus pagis:partibusque:sed pene etiam singulis domibus factiones sunt. earumq; factionum principes sunt : qui summam auctoritatem eorum iudicio habere existimantur : quorum ad arbitrium iudiciumq; summa omnium rerum cõsiliorumq; redeat. Idq; eius rei causa antiquitus institutum uidetur:ne quis ex plebe cõtra potẽtiorem auxilii egeret. Suos enim opprimi quisq;:et circũueniri nõ patitur. neq; aliter si faciat:ullam ĩter suos habet auctoritatem. Hæc eadem ratio est in summa totius gallię. namq; omnes ciuitates ĩ partes diuisæ sũt duas. Cum Cæsar in galliam uenit:alterius factionis prĩcipes erãt hedui:alterius sequani. Ii cum per se minus ualerẽt: q; sũma auctoritas antiquitus erat ĩ heduis:magnæq; eorum erãt clientelæ:germanos atq; Arioiustum sibi adiunxerant. eosq; ad se magnis iacturis pollicitatiõibusq; perduxerãt. Præliis uero cõpluribus factis secũdis:atq; omni nobilitate heduorum ĩterfecta:tãtũ potẽtia antecesserãt:ut magnam partem cliẽtium ab heduis ad se traducerẽt: obsidesq; ab his principum filios acciperẽt:et publice iurare cogerẽt: nihil se cõtra sequanos cõsilii inituros:et partem finitimi agri per uim occupatam possiderent:galliæque totius principatum optinerent. qua necessitate adductus Diuitiacus:auxilii petendi causa romam ad senatum profectus imperfecta re redierat. Aduentu Cæsaris : facta commutatione rerum obsidibus heduis redditis:ueteribus clientelis restitutis:nouis per Cæsarem comparatis:q; ii qui se ad eorum amiciciam aggregauerant:meliore conditione:atque imperio æquiore se uti uidebant:reliquis rebus eorum gratia dignitateq; amplificata:sequani principatum dimiserant. In eorum locum remi successerant. quos q; adæquare apud Cæsarem gratia intelligebatur:ii qui propter ueteres inimicicias nullo modo cum heduis coniũgi poterãt:se remis ĩ cliẽtelam dederãt. hos illi diligẽter tuebãtur. ita et nouã et repente collectam auctoritatem tenebãt. eo tum statu res erat, ut longe prĩcipes haberentur hedui:secundum locum dignitatis remi optinerent. In oĩ gallia eorum hominum:qui aliquo sũt numero:atq; honore:genera

ſunt duo. nam plebs pene ſeruorum habetur loco: quæ nihil habet per ſe:
nullo adhibet̃ cõſilio. Pleriq; cum aut ære alieno: aut magnitudĩe tribu/
toꝝ: aut iniuria potẽtioꝝ ꝑmũt̃: ſeſe ĩ ſeruitutẽ dicãt nobilibꝰ. In hos eadẽ
oĩa ſunt iura: quæ dominis in ſeruos. Sed de his duobus generibus alterũ
eſt druidum: alteꝝ equitum. Illi rebus diuinis ĩterſũt. ſacrificia publica: ac
priuata procurãt. religiones interpretãtur. ad hos magnus adoleſcẽtiũ nu/
merus diſciplinæ cauſa concurrit. magnoq; ii ſunt apud eos honore. Nam
fere de omnibus cõtrouerſiis publicis priuatiſq; conſtituunt. et ſi quod eſt
admiſſum facinus: ſi cædes facta: ſi de hęreditate: de finibus cõtrouerſia ẽ:
iidem diſcernunt. premia pœnaſq; cõſtituunt. Si quis aut priuatus: aut pu/
blicus eoꝝ decreto nõ ſtetit: ſacrificiis interdicunt. Hæc pœna apud eos eſt
grauiſſima. quibus ita eſt interdictum: ii numero impiorum: ac ſceleratoꝝ
habentur. iis omnes decedũt. aditum: ſermonemq; defugiunt: ne quid ex
contagione incommodi accipiant. neq; iis petentibus ius reddit̃: neq; ho/
nos ullus communicatur. His autem omnibus druidibus præeſt unus: q
ſũmã ĩter eos habet auctoritatẽ. hoc mortuo: aut ſi qs ex reliqs excellit di/
gnitate ſuccedit: aut ſi ſunt plures pares ſuffragio druidum: Nõnunq̃ etiã
de principatu armis cõtendunt. Ii certo anni tempore in finibus carnutũ:
quę regio totius gallię media habetur: conſidunt in loco conſecrato. Huc
omnes undiq;: qui controuerſias habent: conueniunt. eorumque iudiciis
decretiſque parent. diſciplina in britannia reperta: atq; inde in galliã trãſ/
lata eſſe exiſtimatur. Et nunc qui diligẽtius eam rem cognoſcere uolunt:
plerumq; illo diſcendi cauſa proficiſcuntur. druides a bello abeſſe conſue/
runt: neq; tributa una cum reliquis pendunt. militiæ uacatiõem: omniũq;
rerum habent immunitatem. tantis excitati premiis: et ſua ſponte multi
in diſciplinam conueniunt: et a propinquis parentibuſque mittuntur. ma/
gnum ibi numerum uerſuum ediſcere dicuntur. Itaq; nonnulli annos ui/
ginti in diſciplina permanent. neq; fas eſſe exiſtimant ea litteris mandare:
cum in reliquis fere rebus publicis: priuatiſq; ratiõibus gręcis litteris utã/
tur. Id mihi duabus de cauſis inſtituiſſe uidentur: q neq; in uulgus diſci/
plinam efferri uolunt: neq; eos q diſcunt litteris confiſos minus memoriæ
ſtudere. quod fere pleriſque accidit: ut pręſidio litterarum diligẽtiam in ꝑ/
diſcendo ac memoriam remittant. In primis hoc uolunt perſuadere: non
interire animas: ſed ab aliis poſt mortem tranſire ad alios. atq; hoc maxi/
me ad uirtutem excitari putant metu mortis neglecto. multa præterea de
ſyderibus: atque eorum motibus: de mundi ac terrarum magnitudine: de
rerum natura: de deoꝝ ĩmortalium ui: ac poteſtate diſputant: et iuuentuti
tradunt. Alterum genus eſt equitum: ii cum eſt uſus: atq; aliquod bellum
incidit: quod fere ante Cæſaris aduentum quot annis accidere ſolebat: uti
aut ipſi iniurias inferrent: aut illatas propulſarent: omnes in bello uerſan/
tur. atq; eorum ut quiſq; eſt genere copiiſq; ampliſſimus: ita plurimos cir/
cum ſe ambactos clienteſq; habet. Hãc unã gratiã potentiamq; nouerunt.

Natio est oium gallorum admodum dedita religioibus: atq; ob eã causam: qui sunt affecti grauioribus morbis: qui q; ĩ præliis periculisq; uersantur: aut p uictimis hoies ĩmolant: aut se ĩmolaturos uouent. administrisq; ad ea sacrificia druidibus utuntur: q pro uita hois nisi uita hois reddatur: nõ posse deorũ ĩmortalium numen placari arbitrãtur. publiceq; eiusdẽ generis habẽt instituta sacrificia. alii immani magnitudine simulacra habẽt. quorum cõtexta uiminibus membra uiuis hoibus complẽt. quibus succensis circũuenti flamma exanimãtur hoies. Supplicia eorũ: qui in latrocinio: aut in aliqua noxa sint deprehensi: gratiora diis ĩmortalibus esse arbitrãtur. Sed cum eius generis copia deficit: etiam ad innocẽtium supplicia descẽdũt. deum maxime Mercurium colũt. huius sunt plurima simulacra. hũc omnium ĩuẽtorem artium ferũt. Hũc uiarum atq; itinerũ ducẽ. hũc ad quæstus pecuniæ mercaturasq; habere uim maximã arbitrãt. Post hũc Apollinẽ: et Martem: et Iouem: et Mineruam. de his eãdem fere: quã reliquæ gẽtes habẽt opinionẽ. Apollinẽ morbos depellere. Mineruã operum atq; artificiorũ initia tradere. Iouem imperiũ cœlestium tenere. Martem bella gerere. Huic si prælio dimicare cõstituerũt: ea quæ bello cœperunt: plerũq; deuouẽt. quæ superauerũt aĩalia capta ĩmolant. reliquasq; res in unum locum cõferũt. multis in ciuitatibus harũ rerũ extructos tumulos locis cõsecratis cõspicari licet. neq; sæpe accidit: ut neglecta quispiam religione: aut capta apud se occultare: aut posita tollere auderet. grauissimũq; ei rei supplicium cũ cruciatu cõstitutum est. Galli se omnes ab Dite patre prognatos prædicãt. Idq; ab druidibus proditũ dicũt. ob eã causam spatia omnis temporis nõ numero dierum: sed noctium finiũt. dies natales: et mensium: et annorũ initia sic obseruãt: ut noctẽ dies subsequatur. In reliquis uitæ institutis hoc fere a reliquis differũt: q suos liberos: nisi cum adoleuerint: ut munus militiæ sustinere possint: palã ad se adire nõ patiũtur. filiũq; in puerili ætate ĩ publico ĩ cõspectu patris assistere turpe ducũt. Viri quãtas pecũias ab uxoribus dotis noie acceperũt: tãtas ex suis bonis existimatiõe facta cũ dotibus communicãt. Huius oĩs pecuniæ cõiũctim ratio habetur: fructusq; seruantur. uter eorũ uita suparit ad eũ pars utriusq; cum fructibus superiorũ temporum peruenit. Viri in uxores sicuti in liberos uitæ necisq; habẽt potestatem. et cũ pater familiæ illustriore loco natus decessit: eius propinqui cõueniũt. et de morte: si res in suspiciõem uenit: de uxoribus in seruilem modũ quæstionẽ habẽt. et si compertum est: igni atq; oĩbus tormẽtis excruciatas interficiũt. Funera sũt pro cultu gallorum magnifica: et sumptuosa oĩa: quæ q; uiuis cordi fuisse arbitrãtur: in ignem inferũt: etiam aĩalia: ac paulo supra hãc memoriã serui et clientes: quos ab iis dilectos esse cõstabat: iustis funeribus cõfectis una cremabãt. Quæ ciuitates cõmodius suam rẽpublicã administrare existimantur: habent legibus sancitum. Si quis quid de repu. a finitimis rumore: aut fama acceperit: uti ad magistratum deferat. neue cum alio communicet: q sæpe

homines temerarios: atq; imperitos falsis rumoribus terreri: et ad facinus impelli: et de summis rebus cõsilium capere cognitum est. magistratus q̃ uisa sunt: occultant. quæ q; esse ex usu iudicauerint: multitudini produnt. de republica nisi per consilium loqui non conceditur. Germani hac multum ab consuetudine differũt. nam neq; druides habẽt: qui rebus diuinis præsint: neq; sacrificiis studẽt. Deoꝝ numero eos solos ducunt: quos cernunt: et quoꝝ opibus aperte iuuãtur: Solem: et Vulcanum: et Lunam. reliquos ne fama quidem acceperũt. Vita oĩs in uenatiõibus: atq; ĩ studiis rei militaris cõsistit. ab paruulis duriciei ac labori studẽt. qui diutissime impuberes permãserunt: maximam inter suos ferũt laudem. Hoc alii staturã: alii uires neruosq; cõfirmari putãt. Intra ãnum uero uicesimũ fœminę noticiam habuisse in turpissimis habent rebus. cuius rei nulla est occultatio: q̃ et promiscue in fluminibus perluuntur: et pellibus aut paruis renonum tegumentis utuntur: magna corporis parte nuda. Agriculturę nõ student. maiorq; pars uict⁹ eoꝝ in lacte: caseo: carne cõsistit. Neq; quisq̃ agri modum certum: aut fines habet proprios: sed magistratus ac principes in annos singulos gentibus cognationibusq; hoĩum: qui una coierũt: quãtum eis: et quo loco uisum est: agri attribuũt: atq; ãno post alio trãsire cogunt. eius rei multas afferũt causas: ne assidua cõsuetudine capti studiũ belli gerendi agricultura commutent. ne latos fines parare studeant: potentioresq; humiliores possessionibus expellãt. ne accuratius ad frigora: atq; æstus uitãdos ædificent. ne qua oriatur pecuniæ cupiditas: qua ex re factiones diuisionesq; nascũtur. ut animi æquitate plebẽ cõtineãt: cũ suas quisq; opes cum potẽtissimis æquari posse uideat. Ciuitatibus maxima laus est: q̃ latissime circum se uastatis finibus solitudines habere. Hoc proprium uirtutis existimant: expulsos agris finitimos cedere: neq; quẽq̃ prope audeꝛ cõsistere. Simul hoc se fore tutiores arbitrãtur: repẽtinę icursiõis timore sublato. cum bellũ ciuitas aut illatũ defendit: aut ifert: magistratus qui ei bello præsint: ut uitę necisq; habeãt potestatem deligũtur. In pace nullus cõmunis est magistratus: sed principes regionum; atq; pagorũ inter suos ius dicunt: cõtrouersiasq; minuũt. Latrocinia nullã habẽt infamiã: quæ extra fines cuiusq; ciuitatis fiunt. atq; ea iuuẽtutis exercẽdæ: ac desidiæ minuẽdę causa fieri prædicãt. Atq; ubi quis ex principib⁹ in cõcilio se dixit ducem fore: qui sequi uelint profiteantur: cõsurgũt ii: qui et causam: et hominem probant: suumq; auxilium pollicẽtur: atq; ab multitudine collaudantur. Qui ex iis sequuti non sunt: in desertorũ ac proditoꝝ numero habentur: omniumq; rerum iis postea fides derogatur. Hospitem uiolare fas nõ putant. qui quaq; de causa ad eos uenerũt: ab iniuria prohibẽt: sanctos habent: iisq; oĩum domus patent: uictusq; cõmunicatur. Ac fuit antea tẽpus cum germanos galli superarent uirtute: ut ultro bella inferrent propter hominum multitudinem: agriq; inopiam trans rhenum colonias mitterent. Itaq; ea quæ fertilissima sũt germaniæ loca circũ hercyniã siluã: quã

Eratostheni et quibusdam græcis fama notam esse uideo: quam illi orcy-
niam appellant: uulgo tectosages occuparũt: atq; ibi cõsederunt. quę gens
ad hoc tempus his sedibus sese cõtinet: summãq; habet iustitiæ et bellicæ
laudis opinionem. nunc q; in eadem inopia: egestate: patiẽtia: qua germa-
ni permanent. eodem uictu et cultu corporis utuntur: Gallis autem pro-
uinciarum propinquitas: et transmarinarum rerum noticia multa ad copi-
am atq; usus largitur: paulatim assuefacti superari multisq; uicti præliis: ne
se quidem ipsi cum illis uirtute comparant. Huius hercyniæ siluæ: quæ
supra demonstrata est: latitudo nouem dierum iter expedito patet. non. n.
aliter finiri potest: neq; mensuras itinerum nouerunt. oritur ab heluetiorũ
et nemetum et tauriacorum finibus: rectaq; fluminis danubii regionibus
pertinet ad fines dacorũ et anartium. hinc se flectit sinistrorsus: diuersis a
flumine regionibus multarum gentium fines propter magnitudinẽ attin-
git. Neq; quisq̃ ẽ huius germanię: q se aut audisse aut adisse ad initiũ eius
siluæ dicat: cum dierum iter. xl. processerit: aut quo ex loco oriatur: acce-
perit. Multa in ea genera ferarum nasci cõstat: quę reliquis in locis uisa nõ
sint. ex quibus quæ maxime differant ab cæteris: et memoriæ tradẽda ui-
deantur: hæc sunt. Est bos cerui figura: cuius a media fronte inter aures
unum cornu existit excelsius magisq; directum his: quæ nobis nota sũt:
cornibus. ab eius summa sicut palmæ: ramiq; late diffunduntur. eadem est
fœminæ marisq; natura: eadem forma: magnitudoq; cornuum. Sunt item
quæ appellantur alces. harum est consimilis capris figura: et uarietas pel-
lium: sed magnitudine paulo antecedunt: mutilæq; sunt cornibus. et cru-
ra sine nodis articulisq; habent. neq; quietis causa procumbũt: neq; si quo
afflictæ casu conciderũt: erigere sese ac subleuare possunt. His sunt arbores
pro cubilibus. ad eas se applicant. atq; ita paulum modo reclinatæ quietẽ
capiũt: quarum ex uestigiis cum est animaduersum a uenatoribus quo se
recipere consuerunt: omnes eo loco subruunt: aut incidũt ab radicibus ar-
bores: tantum ut summa species earum stantium relinquatur. huc cum
se consuetudine reclinauerint: infirmas pondere affligunt: atque una ipsæ
concidunt. Tertium est genus eorum: qui uri appellantur. ii sunt magni-
tudine paulo intra elephantos: specie: et colore: et figura tauri: magna uis
eorũ: et magna uelocitas. neq; homini: neq; feræ: quã conspexerũt: parcũt.
hos studiose foueis captos interficiũt. hoc se labore durãt adolescẽtes. atq;
hoc genere uenationis exercent. et qui plurimos ex his interfecerunt: rela-
tis in publicum cornibus: quæ sint testimonio: magnam ferunt laudem.
Sed assuescere ad hoĩes: et mansueti fieri: ne paruuli quidẽ excepti possũt.
amplitudo cornuũ: et figura: et species: multum nostrorum boum corni-
bus differt. hæc studiose conquisita ab labris argento circuncludunt: atq;
in amplissimis epulis pro poculo utuntur. Cæsar postq̃ per ubios explo-
ratores comperit sueuos sese in siluas recepisse: inopiam frumenti ueritus:
ꝙ (ut supra demonstrauimus) minime omnes germani agriculturę stu-

dent:constituit non progredi longius.sed ne omnino metum reditus sui barbaris tolleret:atq; ut eorum auxilia tardaret:reducto exercitu partem ultimam pontis:quæ ripas ubiorum contingebat:in longitudinem pedū ducentorum rescindit.atq; in extremo ponte turrim tabulatorum quat/tuor constituit : præsidiumque cohortium duodecim::pontis tuēdi causa ponit.magnisq; eum locum munitionibus firmat. Ei loco præsidioq;.C. Vulcatium Tullium adolescentem præfecit.ipse cum maturescere frumē/ta inciperent:ad bellum Ambiorigis profectus:per arduennam siluā: quæ est totius galliæ maxima:atq; ab ripis rheni finibusq; treuirorum ad ner/uios pertinet:milibusq; amplius quingētis in lōgitudinē patet. L. Minu/tium Basilium cū omni equitatu præmittit:si quid celeritate itineris: atq; opportunitate temporis proficere possit.monet ut ignes fieri ī castris pro/hibeat:ne qua eius aduentus procul significatio fiat.sese confestim subse/qui dicit. Basilius ut imperatum est:facit celeriter.contraq; omnium opi/nionem confecto itinere:multos in agris inopinantes deprehendit.eorum indicio ad ipsum Ambiorigem cōtendit:quo in loco cum paucis equiti/bus esse dicebatur . Multum cum in omnibus: tum in re militari fortuna potest.nam magno accidit usu:ut in ipsum incautum atq; etiam impara/tum incideret:priusq; eius aduentus ab hoībus uideretur:q̄ fama ac nūtiis afferretur.sic magnæ fuit fortunæ omni militari instrumēto:quod circum se habebat erepto:rhedis equisq; cōprehensis:ipsum effugere mortem.Sed hoc quoq; factum est:ꝙ ædificio circūdato silua:ut sūt fere domicilia gal/lorum:qui uitandi æstus causa plerumq; siluarum ac fluminum petunt ꝓ/pinquitates:comites familiaresq; eius:angusto in loco equitum nostrorū uim paulisper sustinuerunt.iis pugnantibus:illum in equum quidam ex suis intulit.fugientem siluæ texerunt.sic ad subeundum periculum : et ad uitandum multū fortuna ualuit.Ambiorix an copias suas iudicio nō cō/duxerit:ꝙ prælio dimicādum nō existimauerit:an tēpore exclusus : et re/pentino equitum aduentu prohibitus fuerit:cum reliquum exercitū sub/sequi crederet:dubium est.sed certe dimissis per agros nuntiis sibi quenq; consulere iussit.quorum pars in arduennam siluam :pars ī cōtinētes palu/des profugit.qui proximi oceano fuerunt:in siluis sese occultauerūt. quas æstus efficere consuerint.multi ex suis finibus egressi:se suaq; omnia alie/nissimis crediderunt.Catauoleus rex dimidiæ partis eburonum : qui una cum Ambiorige consilium inierat:ætate iam cōfectus:cum laborem bel/li:aut fugæ ferre non posset:omnibus præcibus detestatus Ambiorigem: qui eius consilii auctor fuisset:taxo:cuius magna in gallia germaniaq; co/pia est : se exanimauit·Segni condrusiq; ex gente et numero germanorū: qui sunt inter eburones treuirosq;:legatos ad Cæsarem miserunt oratum: ne se in hostium numero duceret:neue omnium germanorum : qui essent citra rhenum causam esse unam iudicaret.nihil se de bello cogitasse . nulla Ambiorigi auxilia misisse.Cæsar explorata re:quæstione captiuorum :si/

qui ad eos eburones ex fuga conuenissent: ad se ut reducerent: imperauit. Si ita fecissent: fines eorum se uiolaturum negauit. Tum copiis ĩ tres partes distributis: impedimenta omnium legionum ad uatucam contulit. Id castelli nomen est. hoc fere est in mediis eburonum finibus: ubi Titurius atq; Arunculeius hyemandi causa consederant. hunc cũ reliquis rebus locum probarat: tũ q; superioris anni munitiones integræ manebant: ut militũ laborẽ subleuaret. p̃sidio impedimentis legionem quartamdecimã reliquit: unam ex iis tribus: quas proxime conscriptas ex italia traduxerat. Ei legioni castrisq;. Q. Tullium Ciceronẽ prefecit: ducentosq; equites attribuit. partito exercitu. T. Labienum cum legiõibus tribus ad oceanum uersus in eas partes: quæ menappios attingunt: proficisci iubet. Caiũ Trebonium cum pari legionum numero: in eam regionẽ: quæ aduaticis adiacet: depopulandam mittit. Ipse cum reliquis tribus ad flumen scalden: quod influit in mosam: extremasq; arduennæ partes ire constituit. quo cũ paucis equitibus profectum Ambiorigem audiebat. discedens post diem septimum sese reuersurum confirmat. quam ad diẽ ei legioni: quæ in præsidio relinquebatur: deberi frumentum sciebat. Labienum Treboniumq; hortatur: si reipublicæ commodo facere possint: ad eum diem reuertantur: ut rursus communicato consilio: exploratisque hostium rationibus: aliud initium belli capere possint. Erat ( ut supra demonstrauimus ) manus certa nulla: non præsidium: non oppidum : quod se armis defenderet: sed in omnes partes dispersa multitudo/ ubicunq; aut uallis abdita: aut locus siluestris: aut palus impedita spem præsidii aut salutis aliquã offerebat: cõsederat. hæc loca uicinitatibus erant nota: magnamq; res diligentiam requirebat: nõ in summa exercitus tuenda( nullum enim poterat uniuersis perterritis ac dispersis periculum accidere )sed in singulis militibus conseruãdis. quæ tamen ex parte res ad salutem exercitus pertinebat. nam et predę cupiditas multos longius euocabat: ac siluæ ĩcertis occultisque itineribus conferros adire prohibebant. Si negocium confici: stirpemque hominum sceleratorum interfici uellent: dimittendæ plures manus: diducendiq; erãt milites . Si continere ad signa manipulos uellet: ut instituta ratio: et consuetudo exercitus romani postulabat: locus ipse erat p̃sidio barbaris . neq; ex occulto insidiandi: et dispersos circũueniendi singulis deerat audacia. et in eiusmodi difficultatibus: quantum diligentia prouideri poterat: prouidebatur : ut potius in nocendo aliquid prætermitteretur: et si omnium animi ad ulciscendum ardebant : q̃ cum aliquo detrimento militum noceretur . dimittit ad finitimas ciuitates nuntios Cæsar. omnes ad se uocat spe prædæ ad diripiendos eburones: ut potius ĩ siluis gallorum uita: q̃ legionarius miles periclitetur: simul ut magna multitudine circumfusa pro tali facinore: stirps ac nomen ciuitatis tollatur. Magnus undique numerus celeriter conuenit. Hæc in omnibus eburonum partibus gerebantur. diesque apparebat septimus: quem ad diem Cæsar ad impedimẽta legio-

nemq; reuerti constituerat. Hic quãtum in bello fortuna possit: quãtos af/ferat casus cognosci potuit. dissipatis ac perterritis hostibus (ut demõstra/uimus) manus erat nulla: quæ paruam modo timoris causam afferret. trãs rhenum ad germanos peruenit fama: diripi eburones: atq; ultro omnes ad prædam euocari. cogunt equitum duomilia sicambri: qui sunt proximi rheno. a quibus receptos ex fuga tencatheros atq; usipetes supra docui/mus. transeuntes rhenum nauibus ratibusq;: triginta milibus passuum in/fra eum locum ubi pons erat imperfectus: præsidiumq; a Cęsare relictum: primos eburonum fines adeunt. multos ex fuga dispersos excipiunt. ma/gno pecorum numero: cuius sunt cupidissimi barbari potiuntur. Inuitati præda longius procedunt. non hos palus in bello latrociniisque natos: nõ siluæ morantur. quibus in locis sit Cæsar ex captiuis quærunt: profectum longius reperiunt: omnemq; exercitum discessisse cognoscunt. atq; unus ex captiuis: quid uos inquit hãc miseram ac tenuem sectamini prædam? quibus iam licet esse fortunatissimos? tribus horis ad uatucam uenire po/testis. Huc omnes suas fortunas exercitus romanorum contulit. præsidi/um tãtum est: ut murus quidem angi possit. neq; quisq̃ egredi extra mu/nitiones audeat. oblata spe germani: quam nacti erant prædam in occul/to relinquunt. ipsi ad uatucam contendunt: usi eodem duce: cuius hęc in/dicio cognouerant. Cicero: qui omnes superiores dies præceptis Cæsaris cum summa diligentia milites in castris continuisset: ac ne calonem qui/dem quenq̃ extra munitionem egredi passus esset: septimo die diffidens Cæsarem de numero dierum fidem seruaturum: ꝙ lõgius progressum au/diebat: neq; ulla de eius reditu fama afferebatur: simul eorũ permotus uo/cibus: qui illius patientiam pene obsessionem appellabant: si quidẽ ex ca/stris egredi non liceret: nullum eiusmodi casum expectans: quo nouẽ op/positis legionibus: maximoq; equitatu dispersis: ac pene deletis hostibus: in milibus passuum tribus offendi posset: quinq; cohortes frumentatum ĩ proximas segetes mittit: quas inter et castra unus omnino collis intererat. Complures erant ex legiõibus ægri relicti: ex quibus qui hoc spatio die/rum cõualuerant: circiter. ccc. sub uexillo una mittuntur. magna præterea multitudo calonum: magna uis iumentorum: quæ sub castris subsederãt: facta potestate sequitur. hoc ipso tempore: et casu germani equites interue/niunt: protinusq; eodem illo quo uenerant cursu: ab decumana porta in castra irrumpere conantur. nec prius sunt uisi obiectis ab ea parte siluis: q̃ castris propinquarent usq; eo: ut qui sub ualle tenderent mercatores: reci/piendi sui non haberent facultatem. Inopinantes nostri re noua perturbã/tur: ac uix primum impetum cohors in statione sustinet. circunfundun/tur ex reliquis hostes partibus: si quem aditum reperire possent. ægre no/stri portas tuẽtur. reliquos aditus locus ipse per se: munitioq; defendit. to/tis trepidatur castris. atq; alius ex alio causam tumultus quærit. neq; quo signa ferantur: neq; quam in partem quisq; conueniat: prouident. Alius iã

capta castra pronuntiat. alius deleto exercitu atqꝫ imperatore uictores barbaros uenisse contendit. Plerique nouas sibi ex loco religiones fingunt. Cottæque et Titurii calamitatem: qui in eodem occiderint castello ante oculos ponunt. tali timore omnibus perterritis confirmatur opinio barbaris: ut ex captiuo audierant: nullum esse intus præsidium. perrumpere conantur. se qꝫ ipsi adhortantur: ne tantam fortunam ex manibus dimittãt. Erat æger cum præsidio relictus. P. Sestius Baculus: qui primum pilum apud Cæsarem duxerat: cuius mentionem superioribus præliis fecimus: ad diem quintum cibo caruerat. hic diffisus suæ: ac omnium saluti inermis ex tabernaculo prodit. uidet imminere hostes: atque in summo esse rem discrimine. capit arma a proximis: atqꝫ in porta consistit. Consequitur hunc centurio eius cohortis: quæ in statione erat. paulisper prælium una sustinent. relinquit animus Sestium: grauibus acceptis uulneribus ægre per manus tractus seruatur. Hoc spatio interposito reliqui sese confirmant: tantum ut in munitionibus consistere audeant: speciemque defensorum præbeant. Interim confecta frumentatione milites nostri clamorem exaudiunt. præcurrunt equites. quanto res sit in periculo cognoscũt. Hic uero nulla munitio est: quæ perterritos recipiat. modo conscripti atqꝫ usus militaris imperiti ad tribunum militum centurionesque ora conuertunt. quid ab his præcipiatur: expectãt. Nemo est tam fortis: quin rei nouitate perturbetur. barbari signa procul conspicati oppugnatione desistũt. redisse primo legiões credunt: quas longius discessisse ex captiuis cognouerant. postea despecta paucitate ex omnibus partibus impetum faciunt: calones in proximum tumulum procurrunt. hinc celeriter deiecti: se in signa manipulosque coniiciunt. Eo magis timidos perterrent milites. alii cuneo facto: ut celeriter perrumperent: censent: quoniam tam propinqua sint castra: et si pars aliqua circunuenta ceciderit: at reliquos seruari posse confidunt. Alii ut iugo consistant: atque eundem omnes ferant casum. hoc ueteres non probant milites: quos sub uexillo una profectos docuimus. itaque inter se cohortati duce. C. Trebonio equite romano: qui eis erat præpositus per medios hostes perrumpunt. incolumesque ad unum in castra perueniunt omnes. hos subsequuti calones: equitesque eodem impetu militum uirtute seruantur. At ii qui in iugo constiterant: nullo etiamnum usu rei militaris percepto: neque in eo: quod ante probauerant: consilio permanere: ut se loco superiore defenderent: neque eam: quam ꝑdesse aliis uim celeritatemqꝫ uiderant: imitari poterant: sed se in castra recipere conati in iniquum locum dimiserunt. Centuriones: quorum nonnulli ex inferioribus ordinibus reliquarum legionum: causa uirtutis in superiores erant ordines huius legionis traducti: ne ante partam rei militaris laudem amitterent: fortissime pugnantes conciderũt. Militum pars horum uirtute summotis hostibus, præter spem incolumis in castra peruenit. pars a barbaris circunuenta periit. Germani desperata expugnatio-

ne castrorum: ꝙ nostros iam constitisse in munitionibus uidebant: cum ea præda: quam in siluis deposuerant: trans rhenum se receperunt. ac tantus fuit etiam post discessum hostium terror: ut ea nocte cum. C. Voluscenus missus cum equitatu ad castra uenisset: fidem non faceret: adesse cum incolumi Cæsarem exercitu. Sic omnino timor animos præoccupauerat: ut pene alienata mente: deletis omnibus copiis: equitatum se ex fuga recepisse dicerent: neque incolumi exercitu germanos castra oppugnaturos fuisse contenderent. quem timorem Cæsaris aduentus substulit. Reuersus ille euentus belli non ignarus unum: ꝙ cohortes ex statione et præsidio essent emissæ, questus: ne minimo quidem casu locum relinqui debuisse: multum fortunam in repentino hostium aduẽtu potuisse iudicauit. multo etiam amplius: ꝙ pene ab ipso uallo portisq; castrorum barbaros auertisset. Quarum rerum omnium maxime admirandum uidebatur: ꝙ germani qui eo consilio rhenum transissent: ut Ambiorigis fines depopularentur: ad castra romanorum delati: optatissimum Ambiorigi beneficium optulerint. Cæsar ad uexandos rursus hostes profectus: magno coacto numero: ex finitimis: in omnes partes dimittit. omnes uici: atque omnia ædificia: quæ quisque conspexerat: incendebantur. præda ex omnibus locis agebatur. frumenta non solum tanta multitudine iumentorum atque hoĩum cõsumebãtur: sed etiã anni tempore: atq; himbribus ꝓcubuerãt: ut si qui etiam ĩ præsentia se occultassent: tamen iis deducto exercitu: rerum omnium inopia pereundum uideretur: ac sæpe in eum locum uentum est: tãto ĩ omnes partes diuiso equitatu: ut non modo uisum ab se Ambiorigem in fuga circumspicerẽt captiui: sed nec plane etiam abiisse ex conspectu contenderent: ut spe consequendi illata: atque infinito labore suscepto: qui se summam a Cæsare gratiam inituros putarent: pene naturam studio uincerent: semperque paulum ad summam felicitatem defuisse uideretur. atq; ille latebris: aut saltibus se eriperet. et noctu occultatus alias partes: regionesque petere: non maiore equitum præsidio q̃ quattuor: quibus solis uitam suam committere audebat. tali modo uastatis regionibus exercitum Cæsar duarum cohortium damno durocoterum remorum reducit. Conciliocq; in eum locum galliæ indicto: de coniuratione senonum et carnutum quæstionem habere instituit. Et de Accone: qui princeps eius cõsilii fuerat: grauiore sententia pronuntiat: ac more maiorum supplicium sumpsit. Nonnulli iudicium ueriti profugerunt: quibus cum aqua et igni interdixisset: duas legiones ad fines treuirorum: duas in lingonibus: et reliquas in senonum finibus adduxit: et in hybernis collocauit. frumentoq; exercitui prouiso: ut instituerat: in italiam ad conuentus peragendos profectus est.

# CAII IVLII CAESARIS COMMENTARIVS SEPTIMVS.

q

VIETA GALLIA CAESAR: VT INSTI-
tuerat: in italiam ad conuentus peragendos profici-
ſcitur. ibi cognoſcit de Clodii cæde. Senatuſq; con-
ſulto certior factus: ut omnes italiæ iuniores coniu-
rarent: delectum tota prouincia habere inſtituit. Eæ
res in galliam tranſalpinam celeriter perferũtur. ad-
dunt ipſi et affigunt rumoribus galli: quod res po-
ſcere uidebantur: retineri urbano motu Cæſarem: neq; in tantis diſſenſio-
nibus ad exercitum uenire poſſe. hac impulſi ocaſione: qui iam ante ſe po-
puli romani imperio ſubditos dolerent: liberius atq; audacius de bello in-
ire cõſilia incipiunt. indictis inter ſe principes galliæ conſiliis ſilueſtribus:
ac remotis locis queruntur de Acconis morte. poſſe hunc caſum recidere
ad ipſos demonſtrant. miſerantur communem galliæ fortunam. omnibus
pollicitationibus: ac premiis depoſcunt qui belli initia faciant: et ſui capi-
tis periculo galliam in libertatem uindicent. In primis rationem haben-
dam: priuſq̃ eorum clãdeſtina conſilia efferantur: ut Cæſar ab exercitu in-
tercludatur. Id eſſe facile: q; neq; legiones abſente imperatore audeant ex
hybernis egredi: neq; imperator ſine præſidio ad legiones peruenire poſ-
ſet. poſtremo in acie præſtare interfici: q̃ non ueterem belli gloriam liber-
tatemq;: quam a maioribus acceperant: recuperare. Iis rebus agitatis pro-
fitentur carnutes ſe nullum periculum communis ſalutis cauſa recuſare.
principeſq; ſe ex omnibus bellum facturos pollicẽtur. et quoniam in pręe-
ſentia de obſidibus cauere inter ſe non poſſent: ne res efferatur: ut iureiurã-
do ac fide ſanciatur petunt collatis militaribus ſignis: quod more eorum
grauiſſima cerimonia continetur: ne facto initio belli a reliquis deſerãtur.
Tunc collaudatis carnutibus: dato iureiurando: ab omnibus qui aderant
tempore eius rei conſtituto a conſilio diſceditur. Vbi ea dies uenit: carnu-
tes Cotuato et Conetodumo ducibus deſperatis hominibus genabin da-
to ſigno concurrunt. ciueſq; romanos qui negociandi cauſa ibi conſtite-
rant: in iis. C. Fuſium Cottam honeſtum equitem romanum: qui rei fru-
mẽtariæ iuſſu Cæſaris præerat: interficiũt. bonaq; eoꝝ diripiũt. celerter ad
omnes galliæ ciuitates fama perfertur. Nam ubi maior atq; illuſtrior in-
cidit res: clamore per agros regioneſq; ſignificant. hanc alii deinceps exci-
piunt: et proximis tradunt: ut tunc accidit. nam quæ genabi oriente ſole
geſta eſſent: ante primam confectam uigiliam in finibus aruernorum au-
dita ſũt. quod ſpatiũ eſt miliũ paſſuũ circiter. clx. Simili ratiõe ibi Vercĩ-
gẽtorix Celtili filius aruernus ſũmę potẽtię adoleſcẽs: cuius pater prĩcipa-
tũ galliæ totius optinuerat: et ob eã cauſã: q; regnũ apperebat: ab ciuitate
erat interfectus: conuocatis ſuis clientibus facile eos incẽdit. cognito eius

consilio ad arma concurrunt. prohibetur ab Gorgobio patruo suo: reliquisque principibus: qui hanc tentandam fortunam non existimabãt. expellitur ex oppido gergobiæ. non tamen desistit: atque in agris habet delectum egentium ac perditorum. hac coacta manu: quoscumqꝫ adit ex ciuitate in suam sententiam perducit. hortatur ut cõmunis libertatis causa arma capiant. magnisque coactis copiis aduersarios suos: a quibus paulo ante erat eiectus: expellit ex ciuitate. rex ab suis appellatᷣ. dimittit quoquo uersus legationes: obtestatur ut in fide maneant. celeriter sibi senones: parisios: pictones: cadurcos: turões: aulercos: lemonices: andos: reliquosqꝫ omnes: qui oceanum attingunt: adiungit. omnium consensu ad eum defertur imperium. qua oblata potestate omnibus his ciuitatibus obsides imperat: certum numerum militum celeriter ad se adduci iussit. Armorũ quantum quæqꝫ ciuitas domi: quodque ante tempus efficiat: constituit. In primis equitatui studet. summæ diligentiæ summam imperii seueritatem addit. magnitudine supplicii dubitantes cogit. nam maiore commisso delicto igne atque omnibus tormentis necat. Leuiori de causa: auribus desectis: aut singulis effossis oculis: domum remittit: ut sint reliquis documẽto: et magnitudine pœnæ perterreant alios: His suppliciis celeriter coacto exercitu: Lucterium Cadurcum summæ hominem audaciæ cũ parte copiarum in rutenos mittit. ipse in bituriges proficiscitur. eius aduentu bituriges ad heduos: quoꝝ erant in fide, legatos mittunt subsidium rogatum: quo facilius hostium copias sustinere possint. hedui de consilio legatorum: quos Cæsar ad exercitum reliquerat, copias equitatus: peditatusque subsidio biturigibus mittunt. qui cum ad flumen ligerim uenissent: quod bituriges ab heduis diuidit: paucos dies ibi morati: neqꝫ flumen transire ausi: domum reuertuntur. Legatisque nostris renuntiant: se biturigum perfidiam ueritos reuertisse: quibus id consilii fuisse cognouerint: ut si flumen trãsissent: una ex parte ipsi: altera aruerni se circunsisterẽt. Id ea ne de causa: quam legatis pronuntiarunt: an perfidia adducti fecerĩt: quod nihil nobis constat: non uidetur pro certo esse proponendum. Bituriges eoꝝ decessu: statim cũ aruernis iunguntur. his rebus in italiam Cæsari nuntiatis: cũ iam ille uirtute Cn. Pompei urbanas res commodiorem in statum peruenisse intelligeret: in transalpinam galliam profectus est. eo cum uenisset: magna difficultate afficiebatur: qua ratione ad exercitum ꝑuenire posset. Nam si legiones in prouinciam accerseret: se absente ĩ itinere prælio dimicaturas intelligebat. si ipse ad exercitum contenderet: ne iis quidẽ: qui eo tẽpore quieti uiderentur: suam salutẽ recte cõmitti uidebat. Interim Lucterius Cadurcus ĩ rutenos missus eã ciuitatẽ aruernis cõciliat. ꝓgressus ĩ nitiobriges et gabales ab utrisqꝫ obsides accipit. et magna coacta mãu ĩ ꝓuĩciã narbonẽ uersus eruptionẽ facere cõtẽdit. Qua re nũciata Cęsar oĩbꝰ cõsiliis ãteuertẽdũ existimauit: ut narbonẽ ꝓficisceretᷣ. eo cũ uenisset: timẽtes cõfirmat: ꝑsidia ĩ rutẽis ꝓuĩcialibꝰ, uolcis: artomicis, tolosatibꝰ:

circumq; narbonem: quæ loca erãt hostibus finitima cõstituit. partem copiarum ex prouincia supplementumq;: quod ex italia adduxerat: in heluios: qui fines aruernorum contingunt: conuenire iubet. His rebus comparatis: represso iam Lucterio: et remoto: q̄ intrare intra præsidia periculosum putabat: in heluios proficiscitur. et si mons cebenna qui aruernos ab heluiis discludit: durissimo tempore anni altissima niue iter impediebat: tamen discussa niue sex ĩ altitudine pedum: atq; ita uiis patefactis militũ sudore ad fines aruernorum peruenit. quibus oppressis inopinãtibus: q̄ se cebenna ut muro munitos existimabant: ac ne singulari quidem homini unq̄ eo tempore anni semitæ patuerant: militibus imperat: ut q̄latissime possunt uagent̃: et q̄maximum hostibus terrorem inferant. Celeriter hæc fama ac nuntiis ad Vercingentorigem perferuntur: quem perterriti omnes aruerni circunsistunt: atq; obsecrant: ut suis fortunis consulat. neue ab hostibus diripiantur: præsertim cum uideat omne ad se bellum translatum. quorum ille præcibus permotus castra ex biturigibus mouet in aruernos uersus. At Cæsar biduum in his locis moratus: q̄ hæc de Vercingentorige usu uentura opinione perceperat: pro causa supplemẽti: equitatusq; cogendi ab exercitu discedit. Brutum adolescentem his copiis præfecit. Hũc monet: ut in omnes partes equites q̄latissime peruagentur: daturũ se operam ne longius triduo a castris absit. his constitutis rebus: suis inopinantibus: q̄maximis potest itineribus uiennam peruenit. ibi nactus recentem equitatum: quem multis ante diebus eo præmiserat: neque diurno: neque nocturno itinere intermisso: per fines heduorum in lingones contẽdit: ubi duæ legiones hyemabant: ut si quid etiam de sua salute ab heduis iniretur consilii: celeritate præcurreret. eo cum peruenisset: ad reliquas legiões mittit: priusq; in unum locum omnes cogit: q̃ de eius aduentu aruernis nunciari posset. Hac re cognita Vercingentorix rursus in bituriges exercitum reducit: atq; inde profectus gergobiam boioꝝ oppidum: quod ibi heluetico prælio uictor Cæsar collocauerat: heduisq; attribuerat: oppugnare instituit. magnam hæc res Cæsari difficultatem ad consilium capiendum afferebat: si reliquam partem hyemis uno in loco legiones contineret: ne stipẽdiariis heduorum expugnatis cuncta gallia deficeret: q̄ nullum eo in amicis præsidium uideretur positum esse: si maturius ex hybernis educeret: ne ab re frumẽtaria duris subuectionibus laboraret. præstare uisum est tamen omnes difficultates perpeti: q̃ tanta contumelia accepta oĩum suorum uoluntates alienare. Itaq; cohortatus heduos de supportando commeatu: præmittit ad boios: qui de suo aduentu doceãt: hortenturq; ut ĩ fide maneant: atq; hostium impetum magno aĩo sustineãt. duabus agedinci legionibus atq; impedimentis totius exercitus relictis ad boios proficiscitur. Altero die cũ ad oppidũ senonum Vellaunodunũ uenisset: ne quẽ post se hostẽ relinqueret: quo expeditiore re frumẽtaria uteret̃: oppugnare instituit. Idq; biduo circunuallauit: tertio die missis ex oppido legatis de

deditione/arma conferri:iumenta produci:sexcentos obsides dari iubet. ea qui cõficeret. C. Trebonium legatum reliquit. ipse ut q̃primum iter faceret genabum carnutum proficiscitur:qui tũc primũ allato nũtio de oppugnatiõe Vellaunoduni:cum longius eam rem ductum iri existimarẽt: præsidiũ genabi tuendi causa:quod eo mitterent:cõparabant. Huc biduo peruenit:castris ante oppidũ positis/diei tempore exclusus in posterũ oppugnatiõem differt:quæ q; ad eam rem usui sint:militibus imperat. et qd' oppidum genabum pons fluminis ligeris cõtinebat:ueritus ne noctu ex oppido ꝓfugerẽt:duas legiones in armis excubare iubet. Genabẽses paulo ante mediam noctem:silẽtio ex oppido egressi flumen trãsire cœperũt: qua re p exploratores nuntiata Cęsari legiões:quas expeditas esse iusserat: portis incensis intromittit:atq; oppido potitur perpaucis ex hostium numero desideratis/quin cuncti caperentur:q; pontis atq; itinerum angustiæ multitudinis fugam intercluserant. oppidum diruit:atq; incẽdit. prædam militibus donat. exercitũ ligerim traducit. atq; in biturigũ fines peruenit. Vercingentorix ubi de Cæsaris aduentu cognouit oppugnatiõe destitit: atq; obuiam Cæsari proficiscitur. Ille oppidũ oppugnare instituerat. Quo ex oppido cum legati ad eum uenissent oratũ ut sibi ignosceret:suæq; uitæ consuleret:ut celeritate reliquas res cõficeret:quarum pleraq; erat consequutus:arma cõferri:equos produci:obsides dari iubet. parte iam obsidum tradita:cum reliqua administrarentur:centurionibus:et paucis militibus intromissis qui arma iumẽtaq; cõquirerent:equitatus hostium procul uisus est:qui agmen Vercingentorigis antecesserat. quẽ simulatq; oppidani conspexerunt:atq; in spem auxilii uenerunt:clamore sublato arma capere:portas claudere:murum complere cœperunt. Centuriones in oppido cum ex significatione gallorum noui aliquid ab iis iniri consilii intellexissent:gladiis districtis portas occupauerunt:suosq; omnes incolumes receperunt. Cæsar ex castris equitatum educi iubet. prœlium equestre cõmittit. Laborantibus iam suis germanos equites circiter. cccc. summittit: quos ab initio secum habeř instituerat. eorum impetum galli sustinere nõ potuerunt. atq; in fugam coniecti multis amissis:sese ad agmen receperũt. quibus profligatis rursus oppidani perterriti comprehensos eos : quorum opera plebem concitatam existimabant ad Cæsarem perduxerunt : seseq; ei dediderũt. Quibus cõfectis Cæsar ad oppidũ auaricũ:quod erat maximũ:munitissimũq; ĩ finibus biturigũ:atq; agri fertilissima regiõe ꝓfectus est. q; eo oppido recepto ciuitatẽ biturigũ se in potestatẽ redacturũ cõfidebat. Vercingẽtorix tot cõtinuis ĩcõmodis Vellaunoduni:genabi: nouioduni acceptis suos ad cõciliũ cõuocat. docet lõge alia ratiõe esse bellũ gerẽdũ:atq; antea gestũ sit. oĩbus modis huic rei studẽdũ:ut pabulatiõe: ut commeatu romani prohibeantur. Id esse facile:et q; equitatu ipsi abundẽt: et q; anni tempore subleuentur:pabulum secari non posse:necessario dispsos hostes ex ædificiis petere:hos oẽs quotidie ab equitibus diripi posse.

prӕterea salutis causa cõmoda negligẽda: uicos atq; ӕdificia incẽdi oportere hoc spatio a boia quoquo uersus: quo pabulandi causa adire posse uideãtur. Harum ipsis rerũ copiam suppetere: quorũ in finibus bellũ gerat: eorum opibus subleuẽtur. romanos aut iopiã nõ laturos: aut magno periculo longius a castris processuros: neq; interesse: ipsos ne iteficiãt: impedimentis ue exuant: quibus amissis bellum geri non possit. prӕterea oppida incẽdi oportere: quӕ nõ munitiõe: et loci natura ab omni sint periculo tuta: neu suis sint ad detrectãdum militiã receptacula: neu romanis proposita ad copiam cõmeatus: prӕdamq; tollẽdam. Hęc si grauia aut acerba uideãtur. multo illa grauius ęstimare: liberos cõiuges in seruitutem abstrahi: ipsos interfici: quӕ sit necesse accidere uictis. omnium cõsensu hac sententia probata: uno die amplius. xx. urbes biturigum incẽduntur. hoc idẽ fit in reliquis ciuitatibus. in omnibus partibus incẽdia cõspiciunt. quӕ etsi magno cum dolore oẽs ferebãt: tñ hoc sibi solatii proponebãt: q explorata uictoria: celeriter amissa recuperaturos cõfidebãt. deliberatur de auarico in cõmuni cõcilio: incẽdi placeret: an defendi. procumbũt gallis oĩbus ad pedes bituriges: ne pulcherrimam prope totius gallię urbem: quӕ pręsidio et ornamẽto sit ciuitati suis manibus incẽdere cogerẽtur. facile se loci natura defensuros dicunt: q prope ex oĩbus partibus flumine: et palude circundata: unum habeat et perangustum aditum. datur petẽtibus uenia: dissuadente primo Vercingentorige: post cõcedẽte et precibus ipsorum et misericordia uulgi. defensores idonei oppido deliguntur. Vercingentorix minoribus Cęsarem itineribus subsequitur. et locum castris deligit: paludibus siluisq; munitũ ab auarico longe milia passuũ. xvi. ibi per certos exploratores: in singula diei tempora: quę ad auaricũ agerẽtur: cognoscebat: et quid fieri uellet imperabat. oẽs nostras pabulatiões frumẽtatiõesq; obseruabat: dispersosq; cum longius necessario procederẽt: adoriebatur: magnoq; icommodo afficiebat. et si quãtum ratiõe prouideri poterat: ab nostris occurrebat: ut incertis temporibus: diuersisq; itineribus iretur. Castris ad eam partem oppidi positis Cӕsar: quӕ intermissa a flumĩe et a paludibus aditũ (ut supra diximus) angustũ habebat: aggerem apparare: uineas agere: turres duas cõstituere cœpit. nam circũuallare loci natura phibebat. de re frumentaria boios: atq; heduos adhortari non destitit. quorũ alteri q nullo studio agebãt: nõ multũ adiuuabãt. alteri nõ magnis facultatib9: q ciuitas erat exigua et infirma: celeriter quod habuerũt: cõsumpserũt. summa cum difficultate rei frumẽtariӕ affecto exercitu: tenuitate boiorũ: indiligentia heduorũ: incẽdiis ӕdificiorũ usq; eo: ut cũ plures dies milites frumento caruerint: et pecore longinquioribus uicis abacto extremam famẽ sustentarent. nulla tamen uox est ab his audita populi. ro. maiestate: et superioribus uictoriis indigna. Quinetiam Cӕsar cum in opere singulas legiones appellaret: et si acerbius inopiam ferrent: se dimissurum oppugnatioñe diceret: uniuersi ab eo (ne id faceret) petebãt. sic se cõplures ãnos illo

imperante meruisse: ut nullam ignominiam acciperent. nusq̄ infecta re di/scederent. hoc se ignominiæ laturos loco: si inceptam oppugnationem re/liquissent: præstare omnes perferre acerbitates: q̄ non ciuibus romanis: qui genabi perfidia gallorum interissent: parentarent. Hæc eadem centurioni/bus: tribunisq; militum mandabant: ut per eos ad Cæsarem deferrentur. Cũ iam muro appropinquassent turres: ex captiuis Cæsar cognouit: Ver/cingentorigem consumpto pabulo castra mouisse propius auaricum: atq; ipsum cum equitatu expeditisq;: qui inter equites præliari consuessent: in/sidiarum causa eo profectum: quo nostros postero die pabulatum uentu/ros arbitrabatur. Quibus rebus cognitis media nocte silentio profectus: ad hostiũ castra mane peruenit. Illi celeriter per exploratores aduentu Cę/saris cognito: carros impedimentaq; sua in arctiores siluas abdiderũt. Co/pias omnes in loco edito atq; aperto instruxerunt: qua re nuntiata Cæsar celeriter sarcinas conferri: arma expediri iussit. Collis erat breuiter ab infi/mo accliuus. hũc ex omnibus fere partibus palus difficilis: atq; impedi/ta cingebat nõ latior pedibus quinquaginta. hoc se colle interruptis pon/tibus galli fiducia loci continebant. Generatimq; distributi in ciuitates: omnia uada: ac saltus eius paludis optinebãt: sic animo parati: ut si eã pa/ludem romani perrumpere conarentur: hæsitantes præmerent ex loco su/periore: ut qui iniquitatem conditionis perspicerent: inani simulatione sese ostentare cognoscerent. Indignantes milites Cęsar: ꝙ conspectũ suum ho/stes perferre possent: tantulo spatio interiecto: et signum prælii exposcẽres edocet quanto detrimẽto: et quot uirorum fortium morte necesse sit con/stare uictoriam: quos cum sic animo paratos uideret: ut nullũ pro sua lau/de periculum recusarent: summæ se iniquitatis condemnari debere: nisi eorum uitam: sua salute habeat cariorem. Sic milites consolatus: eodẽ die reducit in castra. reliquaq;: quæ ad oppugnationẽ oppidi pertinebant: ad/ministrare instituit. Vercingentorix: cum ad suos redisset: proditionis in/simulatus: ꝙ castra ꝓpius romanos mouisset: ꝙ cũ omni equitatu disces/sisset: ꝙ eius disscessu romani tanta opportunitate et celeritate uenissent. nõ hæc omnia fortuitu: aut sine consilio accidere potuisse. regnum illum gal/liæ malle Cęsaris concessu: q̄ ipsorum habere beneficio. tali modo accusa/tus ad hæc respondit. Quod castra mouisset: factum inopia pabuli: etiam ipsis hortantibus: ꝙ propius romanos accessisset: persuasum loci opportu/nitate: qui se ipsum munitione defenderet: equitum uero operam: neq; in loco palustri desiderari debuisse: et illis fuisse utile: quo sint profecti: sum/mam imperii se consulto nulli discedentem tradidisse: ne is multitudinis studio ad dimicandum impelleretur. cui rei propter animi molliciem stu/dere omnes uideret: ꝙ diutius laborem ferre non possent. Romani si casu interuenirent / fortunæ: si alicuius i(n)dicio uocati / huic habendam gratiam: ꝙ et paucitatem eorum ex loco superiore cognoscere: et uirtutem despice/re potuerint: qui dimicare non ausi turpiter se in castra receperint. Imperiũ

se a Cæsare per proditióem nullú desiderare: quod habere uictoria posset: quæ iam esset sibi ac oíbus gallis explorata. quinetiá ipsis remitteret: si sibi magis honores tribuere: q̃ a se saluté accipere uideátur. Hæc ut intelligatis íquit sincere a me pronútiari: audite romanos milites. ꝑducitq; seruos: quos í pabulatióe paucis ante diebus excepat: et fame uinculisq; excruciauerat. Ii iam áte edocti: quæ íterrogati pronútiarét: milites se esse legionarios dicút: fame et íopia adductos clam ex castris exisse: si quid frumenti: aut pecoris in agros reperire possent: simili oém exercitú íopia premi: nec iam uires sufficere cuiusq;: nec ferre operis laborem posse. Itaq; statuisse imperatoré: si nihil í oppugnatióe oppidi ꝑfecissent: triduo exercitú deducere. Hęc íquit a me Vercingétorix beneficia habetis: qué proditióis insimulatis. cuius opa sine uestro sanguine: tantú exercitú uictorem: fame cósumptú uidetis: qué turpiter se ex fuga recipiéré: ne qua ciuitas suis finibus recipiat: a me ꝓuisum est. Cóclamat oís multitudo: et suo more armis cócrepat: quod facere í eo cósuerút: cuius rationé approbant: summú esse Vercígétorigé ducé: nec de eius fide dubitádú: ne maiori bellú administraret. Statuút ut decé milia hoíum delecta ex oíbꝰ locis í oppidú mittátur. nec solis biturigibꝰ cóem saluté cómittédá césent: q penes eos: si id oppidú retinuissent: summá uictoriæ cóstare ítelligebát. Singulari militú nostroꝝ uirtuti cósilia cuiusq; modi galloꝝ occurrebát: ut est súmę genus sollertiæ: atq; ad oía imitanda et efficiéda: quæ ab quoquo tradútur: aptissimum. ná et laqueis falces auertebát: quas cú destinauerát tormétis ítrorsus reducebát. Et aggeré cuniculis subtrahebát: eo sciétiꝰ: q apud eos magnæ sút ferrariæ: atq; omne genus cuniculoꝝ notú atq; usitatú est. totum auté murú ex oí parte turribus cótabulauerát. Atq; has coriis intexerát. tú crebris diurnis nocturnisq; eruptionibus: aut aggeri ignem inferebant: aut milites occupatos in opere adoriebátur: et nostrarú turriú altitudiné: quátum has quotidianus agger expresserat: cómissis suarú turriú malis adæquabát. Præusta etiam præacuta materia et pice feruefacta: et maximi póderis saxis morabátur: mœnibusq; appropinquare prohibebát. Muri auté oés gallici hac fere forma sunt. trabes directę perpetuæ in longitudiné paribus íterualłis distátes inter se binos pedes in solo collocátur: ęre uinciút extrorsus: et multo aggere uestiunt. ea auté: quæ diximus interualla: grádibus in fronte saxis effarciútur. his collatis et coagminatis: et coagmentatis: alius ísup ordo adiicit: ut idé illud íteruallú seruet: neq; inter se cótingant trabes: sed paribus intermissæ spatiis: singulæ singulis saxis interiectis apte contineátur. sic deinceps omne opus cótexit: dú iusta muri altitudo expleat. hoc cú í speciem uarietatéq; opus deforme nó est: alternis trabibꝰ ac saxis: quæ rectis lineis suos ordíes seruát: tú ad utilitaté: et defensionem urbium summá habet opportunitatem: q et ab incédio lapis: et ab ariete materia defendit. quæ perpetuis trabibus pedes quadragenos plerumq; introrsus reuincta neq; perrumpi: neq; distrahi potest. His tot re

bus; impedita oppugnatione: milites cũ toto tẽpore frigore: et assiduis imbribus turbarentur: tñ cõtinẽti labore oĩa hæc superauerũt: et diebus. xxv. aggerẽ latũ pedes. ccc. xxx. altũ pedes. lxxx. extruxerũt. cũ is murũ hostium pene cõtingeret: Cæsar cũ ad opus cõsuetudine excubaret: militesꝗ hortaretur: ne quod oĩno tẽpus ab opere ĩtermitteret: pauloante tertiã uigiliam est aĩaduersum fumare aggerẽ: quẽ cuniculo hostes succenderant. Eodemꝗ tẽpore toto muro clamore sublato: duabus portis ab utroꝗ latere turriũ eruptio fiebat. Alii faces atꝗ aridã materiã de muro in aggerẽ eminus iaciebãt. picẽ: reliquasꝗ res: quib9 ignis excitari potest: fundebãt: ut quo primũ curreretur: aut cui rei ferret auxiliũ uix ratio iniri posset. tñ ꝙ ĩstituto Cæsaris: semper duæ legiões ꝓ castris excubabãt: pluresꝗ partitis temporibus in opere erãt: celeriter factũ est: ut alii eruptiõibus resisterent: alii turres reducerẽt: aggerẽꝗ interscinderẽt. Oĩs uero ex castris multitudo ad restinguẽdũ cõcurreret. cũ in oĩbus locis cõsumpta iam reliqua parte noctis pugnaretur: semperꝗ hostibus spes uictoriæ redintegraret: eo magis ꝙ deustos pluteos turriũ uidebãt: nec facile adire apertos ad auxiliandum aĩaduertebant: semperꝗ ipsi recentes defessis succederẽt: oẽmꝗ galliæ salutẽ in illo uestigio tẽporis positã arbitrarẽtur: accidit inspectantibus nobis: quod dignũ memoria uisum prætermittẽdum nõ existimauimus: qdã ante portã oppidi gallus per manus seui ac picis traditos globos in ignem proiiciebat. e regione turris scorpiõe ab latere dextro traiectus exanimatusꝗ cõcidit. hũc ex proximis unus iacentẽ transgressus eodem illo munere fungebatur. eadem ratiõe ictu scorpiõis examinato alteri successit tertius. et tertio quartus. Nec ille prius est a ꝓpugnatoribus uacuus relictus locus: quam restĩcto aggere atꝗ omni ea parte sũmotis hostibus finis est pugnãdi factus. oĩa experti galli: ꝙ res nulla successerat: postero die cõsilium cœperunt ex oppido profugere: hortãte et iubente Vercingentorige. id silentio noctis conati: nõ magna iactura suoꝝ sese effecturos sperabãt: ꝓptera ꝙ neꝗ longe ab oppido castra Vercingentorigis aberant: et palus: quę perpetua intercedebat: romanos ad insequẽdũ tardabat. iamꝗ hoc facere noctu apparabãt: cum matres familiæ repente in publicũ procurrerũt: flentesꝗ proiectæ ad pedes suorum oĩbus precibus petierunt: ne se et cõmunes liberos hostibus ad supplicium dederẽt: quas ad capiendam fugã natura et uirium infirmitas impediret. ubi eos perstare in sentẽtiam uiderunt: quod plerumꝗ in summo periculo timor misericordiã nõ recipit: cõclamare et significare de fuga romanis cœperũt: quo timore perterriti galli: ne ab equitatu romanorum uiæ præoccuparentur: cõsilio destiterunt. Postero die Cæsar promota turri: perfectisꝗ operibus: quæ facere instituerat: magno cohorto imbre: non inutilem hanc ad capiendũ cõsilium tempestatẽ arbitratus est: ꝙ paulo incautius custodias ĩ muro dispositas uidebat. suosꝗ lãguidius in opere uersari iussit: et quid fieri uellet: ostendit. legiones intra uineas in occulto expeditas cohortatur: ut aliquã

do pro tantis laboribus fructum uictoriæ perciperent. Iis qui primi murũ ascendissent: premia proposuit: militibusq; signũ dedit. illi subito ex omnibus partibus euolauerunt: murumq; celeriter complerunt. Hostes re noua perterriti: muro turribusq; deiecti in foro ac locis patentioribus cuneatim constiterunt: hoc animo: ut si qua ex parte obuiam contrauenirentur: acie instructa depugnarent. ubi neminem in ęquum locum sese dimittere: sed toto undique muro circunfundi uiderunt: ueriti ne omnino spes fugæ tolleretur: abiectis armis: ultimas oppidi partes continenti impetu petiuerunt. parsq; ibi, cum angusto exitu portarum se ipsi premerẽt: a militibus: pars iam egressa ab equitibus est interfecta. nec fuit quisq̃: qui prædæ studeret: sic et genabi cæde et labore operis incitati non ætate confectis: non mulieribus: non infantibus pepercerunt. deniq; ex omni numero: qui fuit circiter milium. xl. uix. dccc. qui primo clamore audito se ex oppido eiecerunt: incolumes ad Vercingẽtorigem peruenerunt. quos ille multa iam nocte silentio ex fuga excepit: ueritus ne qua in castris ex eorum concursu et misericordia uulgi seditio oriretur: ut procul in uia dispositis familiaribus suis principibusq; ciuitatum disparandos deducendosq; ad suos curaret: quæ cuiq; ciuitati pars castrorum ab initio obuenerat. Postero die concilio conuocato consolatus hortatusq; est: ne se admodum animo demitterent: ne perturbarentur incommodo: non uirtute neq; acie uicisse romanos: sed artificio quodam: et scientia oppugnationis. cuius rei fuerint ipsi imperiti: errare si qui in bello omnes secundos rerum prouẽtus expectent. sibi nunq̃ placuisse auaricum defendi: cuius rei testes ipsos haberet: sed factum imprudentia biturigum: et nimia obsequentia reliquorum uti hoc incommodum acciperetur. id tamen se celeriter maioribus commodis sanaturum. Nam quæ ab cæteris gallis ciuitates dissentirent: has sua diligentia adiuncturum: atq; unum consilium totius galliæ effecturum. cuius consensu ne orbis quidem terrarum possit obsistere. Idq; se prope iã effectum habere. interea æquum esse ab iis communis salutis causa impetrari: ut castra munire instituerent: quo facilius hostium repentinos impetus sustinerent. fuit hæc oratio non ingrata gallis: et maxime q; ipse animo nõ defecerat tanto accepto incommodo: neq; se in occultum abdiderat: et conspectum multitudinis fugerat. plusque animo præuidere et præsentire uidebatur: q; re integra primo incendendum auaricum: post deserendum censuerat: itaq; ut reliquorum imperatorum res aduersæ auctoritatem minuunt: sic huius ex contrario dignitas incommodo accepto in dies augebatur. simul in spem ueniebant eius affirmatione: de reliquis adiungendis ciuitatibus. primumque eo tẽpore galli castra munire instituerunt: et sic sunt animo consternati homines insueti laboris: ut omnia quæ imperarentur: sibi patienda existimarent: nec minus: q̃ est pollicitus Vercingentorix animo laborabat: ut reliquas ciuitates adiũgeret: atq; eas bonis pollicitationibus alliciebat. huic rei idoneos homines deligebat: quo-

rum quisq; aut oratione subdola: aut amicitia facillime posset. qui auarico expugnato refugerant: armandos: uestiendosq; curat. simul ut diminutæ copiæ redintegrarentur: imperat certum numerum militum ciuitatibus: quem et quam ad diem in castra adduci uelit. sagittarios omnes: quorum erat permagnus numerus in gallia, conquiri et ad se mitti iubet. His reb9 celeriter quod auarici deperierat expletur. interim Teutomatus Ollouiconis filius rex nitiobrigum: cuius pater ab senatu nostro amicus erat appellatus: cum magno equitum suorum numero: et quos ex aquitania cōduxerat: ad eum peruenit. Cæsar auarico complures dies commoratus: summamq; ibi copiam frumenti: et reliqui commeatus nactus: exercitum ex labore atq; inopia refecit. iam prope hyeme confecta: cum ipso anni tempore ad gerendum bellum uocaretur: et ad hostem proficisci constituisset: siue eum ex paludibus siluisq; elicere: siue obsidione premere posset: legati ad eum principes heduorum ueniunt oratum: ut maxime necessario tempore ciuitati subueniat: summo esse in periculo rem: q cum singuli magistratus antiquitus creari atq; regiam potestatem annum optinere consuessent: duo magistratum gerant: et se uterq; eorum legibus creatum esse dicat. horum esse alterum Conuictolitanem florētem et illustrem adolescētem: alterum Cotum antiquissima familia natum: atq; ipsum hominem summæ potentiæ et magnæ cognationis: cuius frater Valetiacus proximo anno eundem magistratum gesserit: ciuitatē omnem esse in armis: diuisum senatum: diuisum populum: suas cuiusq; eorum cliētelas: q si diutius alatur cōtrouersia: fore uti pars cum ciuitatis parte confligat. id ne accidat: positum in eius diligentia: atq; auctoritate. Cæsar et si a bello atque hoste discedere detrimentosum esse existimabat: tamen nō ignorans quāta ex dissensionibus incommoda oriri cōsuessent: ne tanta et tam coniūcta populo romano ciuitas: quam ipse semper aluisset: omnibusq; rebus ornasset: ad uim atq; arma discederet: atq; ea pars: quæ minus confideret: auxilia a Vercingentorige accerseret: huic rei præuertendum existimauit: et q legibus heduorum iis: qui summum magistratum optinerent: finibus excedere non liceret: ne quid de iure aut legibus diminuisse uideretur: ipse in heduos proficisci statuit: senatumq; omnem et quos inter controuersia esset: etiam ad se euocauit. Cum prope omnis ciuitas eo conuenisset: doceretur q; paucis clam uocatis: alio loco, alio tempore atq; oportuerit: fratrem a fratre renunciatum: cum leges duos ex una familia uiuo utroq; nō solum magistratus creari uetarent: sed etiā in senatu esse prohiberent: Cotum magistratum deponere cogit. Cōuictolitanē: qui per sacerdotes more ciuitatis: intermissis magistratibus esset creatus: potestatem optinere iussit. Hoc decreto interposito: hortatur heduos: ut controuersiarū ac dissensionis obliuiscerentur: atq; oībus omissis rebus huic bello seruirent: eaq; quæ meruissent premia ab se deuicta gallia expectarent: equitatumq; omnem: et peditū milia decem sibi celeriter mitterent: quæ in præsidiis rei frumē-

tariæ causa disponeret. exercitum in duas partes diuisit. iiii. legiones in se/
nones parisiosq; Labieno ducẽdas dedit. vi. ipse ĩ aruernos ad oppidũ ger/
goniã secũdũ flumen elauer duxit. equitatus partẽ illi attribuit: partem si/
bi reliqt. Qua re cognita Vercingentorix: oĩbus interruptis eius fluminis
pontibus: ab altera fluminis parte iter facere cœpit. Cũ uterq; utrinq; exis/
set exercitus, in cõspectu fereq; e regione castris castra ponebant: dispositis
exploratoribus: necubi effecto ponte romani copias traducerẽt. erat in ma/
gnis Cæsaris difficultatibus res: ne maiorem æstatis partem flumine im/
pediret̃: ꝗ nõ fere ante autũnum elauer uado trãsiri soleat. itaq; ne id acci/
deret: siluestri loco castris positis e regione unius eorũ põtium: quos Ver/
cingentorix rescindẽdos curauerat: postero die cum duabus legionibus in
occulto restitit. reliquas copias cũ omnibus impedimentis: ut cõsueuerat:
misit demptis quibusdã cohortibus uti numerus legionũ cõstare uidere/
tur. Iis q̃longissime possent ꝓgredi iussis: cũ iam ex diei tempore coniec/
turam caperet in castra peruentũ: iisdem sublicis: quarũ pars inferior inte/
gra remanebat: pontem reficere cœpit. celeriter effecto opere, legiõibusq; et
loco castris idoneo delecto, reliquas copias reuocauit. Vercingentorix re
cognita: ne contra suam uoluntatem dimicare cogeretur magnis itinerib9
antecessit. Cæsar ex eo loco quintis castris gergoniam peruenit. equestriq;
prœlio eo die leui facto: perspecto urbis situ: quæ posita in altissimo mon/
te: omnes aditus difficiles habebat: de expugnatione non prius agendum
constituit: q̃ rem frumẽtariam expedisset. at Vercingentorix castris prope
oppidum positis: mediocribus circum se interuallis seperatim singularum
ciuitatum copias collocauerat: atq; omnibus eius iugi collibus occupatis:
qua despici poterat: horribilem speciem præbebat. principesq; earum ciui/
tatum: quos sibi ad consilium capiẽdum delegerat: prima luce ad se quo/
tidie conuenire iubebat: seu quid communicandum: seu quid administrã/
dum uideretur. neq; ullum fere diem intermittebat: quin equestri prœlio:
interiectis sagittariis: quid in quoquo esset animi ac uirtutis suorum peri/
clitaret̃. Erat e regiõe oppidi collis sub ipsis radicibus mõtis egregie mu/
nitus: atq; ex omni parte circuncisus: quem si tenerent nostri: et aquæ ma/
gna parte: et pabulatione libera: prohibituri hostes uidebãtur. Sed is locus
præsidio ab iis non nimis firmo tenebatur. tamen silentio noctis Cęsar ex
castris egressus: priusq̃ subsidiũ ex oppido uenire posset: deiecto præsidio
potitus loco: duas ibi legiões collocauit: fossamq; duplicem duodenũ pe/
dum a maioribus castris ad minora perduxit: ut tuto ad repentinum ho/
stium incursum: etiam singuli commeare possent. Dum hæc ad gergoniã
geruntur: Cõuictolitanis heduus: cui magistratum adiudicatum a Cęsare
demonstrauimus: sollicitatus ab aruernis pecunia cum quibusdam adole/
scentibus colloquitur: quoꝝ erat princeps Litauicus atq; eius fratres am/
plissima familia nati adolescentes. Cum iis primum communicat: horta/
turq; ut se liberos natos meminerint. unam esse heduorum ciuitatem: quę

certissimam galliæ uictoriam detineat:eiusq; auctoritate reliquas cõtineri: qua traducta locum consistendi romanis in gallia non fore. esse non nullo se Cæsari beneficio affectum. sic tamen ut iustissimam apud eum causam optinuerit:sed plus communi libertati tribuere. cur enim potius hedui de suo iure:et de legibus ad Cæsarem disceptaturi:q̃ romani ad heduos ueniant: Celeriter adolescentibus:et oratione magistratus:et premio deductis:cũ se uel principes eius consilii fore profiterentur:ratio perficiendi quęrebatur: q; ciuitatem temere ad suscipiendum bellum: adduci non posse confidebant:placuit:ut Litauicus decem illis milibus:quę Cęsari ad bellum mitterentur:præficeretur:atq; ea ducẽda curaret:fratresq; eius ad Cęsarem præcurrerent. reliqua qua ratione agi placeat:constituunt. Litauicus accepto exercitu:cum milia passuũ circiter. xxx. ab gergonia abesset: conuocatis subito militibus lachrymans:quo ꝓficiscimur:inquit milites: oĩs noster equitatus:nobilitas omnis interiit. principes ciuitatis Eporedorix: et Viridomarus insimulati proditionis a romanis indicta causa interfecti sunt. Hæc ab ipsis cognoscite:qui ex ipsa cæde fugerũt:nam ego fratribus atq; omnibus ꝓpinquis meis interfectis:dolore prohibeor:quæ gesta sunt pronuntiare. producuntur ii: quos ille edocuerat: quæ dici uellet: atq; eadem:quę Litauicus pronũtiauerat:multitudini exponũt. multos eqtes heduorum interfectos:q; collocuti cum aruernis dicerentur:ipsos se inter multitudinem militum occultasse:atq; ex media cæde profugisse. Cõclamant hedui:et Litauicum obsecrant:ut sibi cõsulat. quasi uero inquit ille consilii sit res:ac non necesse sit nobis gergoniam contendere:et cũ aruernis nosmet coniungere: an dubitamus quin nefario facinore admisso romani una ad nos interficiendos concurrant: proinde si quid in nobis animi est:persequamur eorum mortem:qui indignissime interierint:atq; hos latrones interficiamus:ostendit ciues romanos:qui eius præsidii fiducia una erant. magnum numerum frumenti commeatusq; diripit. ipsos crudeliter excruciatos interficit. nuncios tota ciuitate heduorum dimittit: eodem mendacio de cæde equitum et principum permonet. hortatur ut simili ratione:atque ipse fecerit:suas iniurias persequãtur. Eporedorix heduus summo loco natus adolescens: et summæ domi potentiæ: et una Viridomarus pari ætate et gratia:sed genere dispari:quem Cæsar ab Diuitiaco sibi traditum ex humili loco ad summam dignitatem ꝓduxerat: in equitum numero conuenerant nominatim ab eo euocati. iis erat inter se de principatu cõtentio:et in illa magistratus cõtrouersia alter pro Cõuictolitane:alter pro Coto summis opibus pugnauerant. ex iis Eporedorix cognito Litauici consilio:media fere nocte rem ad Cæsarem defert. orat ne patiatur ciuitatem prauis adolescentium consiliis ab amicitia populi romani deficere. quod futurum prouideat:si se tot hominũ milia cũ hostibus coniunxerint. quorũ salutem neq; ꝓpinqui negligere:neq; ciuitas

leui momento existimare posset. magna affectus sollicitudine hoc nuntio Cęsar: q semper heduorum ciuitati præcipue idulserat: nulla interposita dubitatione: legiones expeditas quattuor: equitatumq; oem ex castris educit. nec fuit spatiu tali tepore ad cotraheda castra: q res in celeritate posita esse uidebat. Fabiu legatu cu legioibus duabus castris præsidio relinquit. fratres Litauici cu coprehendi iussisset: pauloante reperit ad hostes fugisse. adhortatus milites ne necessario tepore itineris labore pmoueatur: cupidissimis oibus pgressus milia passuu. xxv. agmen heduorum cospicatus: imisso eqtatu iter eorum morat: atq; ipedit. interdicitq; oibus: ne queq interficiat. Eporedorige et Viridomarum: quos illi iterfectos existimabat: iter eqtes uersari: suosq; appellare iubet. His cognitis et Litauici fraude pspecta: hedui manus tendere: deditione significare: et piectis armis morte deprecari icipiut. Litauicus cu suis clietibus: qbus nefas more gallorum est etia i extrema fortuna deserere patronos gergonia pfugit. Cęsar nutiis ad ciuitate heduoru missis: qui suo beneficio coseruatos docerent: quos iure belli interficere potuisset: tribusq; horis noctis exercitui ad quiete datis: castra ad gergoniam mouit. Medio fere itinere eqtes a Fabio missi: quato res in periculo fuerit: exponut. summis copiis castra oppugnata demonstrant: cu crebro integri defessis succederet: nostrosq; assiduo labore defatigarent. qbus pter magnitudine castrorum perpetuo esset iisde eode in uallo pmanedu. multitudine sagittarum atq; ois generis telorum multos uulneratos. ad hæc sustinenda magno usui fuisse tormenta: Fabium discessu eorum: duabus relictis portis obstruere cæteras: pluteosq; uallo addere: et se in posterum diem: similemq; casum apparare. His rebus cognitis Cæsar: summo studio militum ante ortum solis in castra peruenit. dum hęc ad gergonia geruntur: hedui primis nuntiis a Litauico acceptis: nullum sibi ad cognoscendum spatiu relinquut. impellit alios auaritia: alios iracudia: et temeritas: quæ maxime illi hominum generi est innata: ut leuem auditionem habeant pro re comperta. bona ciuium romanoru diripiut. cædes faciut. in seruitutem abstrahunt. adiuuat rem proclinatam Couictolitanis: plebemq; ad furorem impellit: ut facinore admisso: ad sanitatem reuerti pudeat. M. Aristu. tri. militum iter ad legionem facientem: fide data ex oppido cauillono educunt. idem facere cogunt eos: qui negotiandi causa ibi constiterant. hos continuo in itinere adorti: omnibus impedimentis exuunt: repugnantes diem noctemq; obsident. multis utrinq; interfectis: maiorem multitudinem armatorum concitant. interim nuntio allato omnes eorum milites in potestate Cęsaris teneri cocurrut ad Aristiu: nihil publico factu cosilio demostrat: quæstione de bonis direptis decernunt. Litauici fratruq; bona publicat. legatos ad Cæsare sui purgadi gratia mittut. hæc faciut recuperadorum suorum causa: Sed contaminati facinore et capti copendio ex direptis bonis: q ea res ad multos pertinebat: timore pœnę exterriti cosilia cla de bello inire incipiunt: ciuitatesq; reliquas legationibus sollicitant. quę tametsi

Cæsar intelligebat: tamen q̃ mitissime pōt legatos appellat: nihil se propter insciétiá: leuitatéq; uulgi grauius de ciuitate iudicare: neq; de sua ĩ heduos beniuoléntia diminuere: ipse maiorem galliæ motũ expectans: ne ab oĩbus ciuitatibus circũsisteretur cõsilia inibat: quéadmodũ a gergonia discederet: ac rursus oém exercitum cõtraheret: ne profectio nata a timore defectionis similis fugæ uideret̃. Hęc cogitãti accidere uisa est facultas bene rei gerendæ. nã cũ minora in castra operis perspiciẽdi causa uenisset: aĩaduertit collem: qui ab hostibus tenebatur nudatũ hoĩbus: qui superioribꝰ diebus uix præ multitudine: cerni poterat. admiratus quærit ex perfugis causam: quorum magnus ad eum quotidie numerus confluebat. Constabat inter oés: q; iam ipse Cæsar per exploratores cognouerat dorsum esse eius iugi prope æquũ: sed hunc siluestrẽ et angustũ: qua esset aditus ad alterã partẽ oppidi. uehemẽter huic illos loco timere. nec iam aliter sentire: uno colle ab romanis occupato si alterũ amisissent: quin pene circũuallari: atq; omni exitu: et pabulatione interclusi uideret̃. ad hũc muniẽdũ: oẽs a Vercingentorige euocatos. Hac re cognita Cæsar mittit cõplures equitũ turmas. eisdẽ media nocte imperat: ut paulo tumultuosius oĩbus in locis uagarentur. prima luce magnum numerũ impedimentoꝝ ex castris detrahi: muliõesq; cũ cassidibus: eqtũ specie ac simulatiõe collibꝰ circũuehi iubet. His paucos addit equites: qui latius ostentatiõis causa: uagarentur. longo circuitu easdẽ oẽs iubet petere regiones. hæc ꝑcul ex oppido uidebãtur: ut erat a gergonia despectus ĩ castra: neq; tãto spatio: certi quid esset explorari poterat. Legionẽ unam eodẽ iugo mittit: et paulũ ꝓgressam ĩferiore loco cõstituit. siluisq; occultat. augetur gallis suspicio: atq; oẽs illo munitionũ copiæ traducũtur. uacua castra hostiũ Cæsar cõspicatus: tectis insignibus suorũ: occultatisq; signis militaribus: raros milites: q ex oppido aĩaduerterẽt: ex maioribꝰ castris ĩ minora traducit: legatisq; quos singulis legionibus præfecerat: qd fieri uellet: ostẽdit. in primis monet: ut cõtineãt milites: ne studio pugnãdi aut spe prædæ longius ꝓgrediãtur. qd iniquitas loci habeat incõmodi ꝓponit. hoc una celeritate posse mutari: occasiõis esse rẽ: nõ prœlii. His rebus expositis signũ dat. et ab dextera parte alio ascẽsu eodẽ tẽpore ad heduos mittit. oppidi murus ab planitie atq; initio ascensus: recta regione: si nullus anfractus ĩtercederet. M. cc. passus aberat. qcqd huic circuitus ad molliẽdũ cliuũ accesserat: id spatium itineris augebat. a medio fere colle in lõgitudine: ut natura montis ferebat: ex grãdibꝰ saxis sex pedũ muꝝ: q nostroꝝ impetũ tardaret: ꝑduxerãt galli. atq; inferiore oĩ spacio uacuo relicto supiorẽ partẽ collis: usq; ad murũ oppidi: densissimis castris cõpleuerãt. milites signo dato celeriter ad munitionẽ ꝑueniũt: eãq; trãsgressi trinis castris potiũt̃. Ac tãta fuit ĩ castris capiẽdis celeritas: ut Tõtomatus rex nitiobrigum subito in tabernaculo oppressus: ut meridie cõquieuerat: supiore corporis parte nudata: uulnerato equo uix se ex manibus prædantium militum eriperet. cõsequutus id: quod animo ꝓposuerat

Cęsar:receptui cani iussit:legioniq; decimę:qua cum erat concionatus/si/gna cõstituit.at reliquarũ milites legionũ:nõ exaudito tubæ sono:q; satis magna uallis intercedebat:tñ a tribunis militũ legatisq;:ut erat a Cęsare præceptũ retinebâtur. Sed elati spe celeris uictoriæ:et hostiũ fuga:et superiorũ tẽpo℞ secundis præliis:nihil arduũ adeo sibi esse existimauerunt: quod nõ uirtute cõsequi possẽt.neq; pri⁹ finẽ sequẽdi fecerũt:q̃ muro oppidi portisq; appropinquarũt.tum uero ex oĩbus urbis partibus orto clamore: qui lõgius aberãt:repẽtino tumultu pterriti:cũ hostẽ intra portas eẽ existimarẽt/sese ex oppido eiecerũt.matresfamilię de muro uestẽ argẽtũq; iactabant:et pectore nudo ꝓminẽtes:passis manibus obtestabâtur romanos:ut sibi parcerẽt:neu sicut auarici fecissent:ne a mulieribus qdẽ atq; infantibus abstinerẽt.nõnullæ de muris p manus demissæ sese militibꝯ tradebãt. Fabius cẽturio legiõis octauę:quẽ ĩter suos eo die dixisse cõstabat: excitari se auaricensib⁹ premiis :neq; commissurum:ut prius quisq̃ mu℞ ascenderet:tres suos nactus manipulares:atq; ab his subleuatus mu℞ ascẽdit.hos ipse rursus singulos expectans ĩ murum extulit.Interim ii:qui ad alteram partem oppidi(ut supra demonstrauimus)munitionis causa cõuenerant:primo exaudito clamore:inde etiam crebris nuntiis incitati:oppidum ab romanis teneri præmissis equitibus magno concursu eo contẽderunt.eorum ut quisq; primus uenerat sub muro consistebat:suorũq; pugnantium numerum augebat.quorum cum magna multitudo cõuenisset:matresfamilię.quæ paulo ante romãis de muro manus tendebãt: suos obtestari:et more gallico passum capillum ostentare:liberosq; in conspectum proferre cœperunt.erat romanis neq; numero:neq; loco æqua contẽtio.simul et concursu et spatio pugnæ defatigati:non facile recentes atq; integros sustinebant.Cæsar cum iniquo loco pugnari: hostiumq; augeri copias uidisset:præmetuens suis ad.T.Sextum legatum:quem minorib⁹ castris præsidio reliquerat:mittit:ut cohortes ex castris celeriter educeret: et sub infimo colle ab dextro latere hostium constitueret:ut si nostros depulsos loco uidisset:quo minus libere hostes ĩsequerẽtur terreret:ipse paulum ex eo loco cũ legione ꝓgressus:ubi constiterat:euentũ pugnæ expectabat.cum acerrime comminus pugnaretur:hostes loco et numero: nostri uirtute cõfiderent:subito sunt hedui uisi ab latere nr̃is apto:quos Cęsar ab dextera parte alio ascensu manus distinendæ causa miserat.ii similitudine armorum uehementer nostros perterruerunt:ac tametsi dextris humeris exertis animaduertebâtur: quod insigne pacatum esse consueuerat:tamen id ipsum sui fallendi causa milites ab hostibus factum existimabant.eodẽ tempore.L.Fabius centurio:qui q; una murum ascenderãt:circũuẽti atq; interfecti muro præcipitantur.M.Petronius eiusdem legionis centurio cũ portas excidere conatus esset : a multitudine oppressus : ac sui desperans: multis iam uulneribus acceptis/manipularibus suis:qui illũ sequuti erãt: quoniam inquit me una uobiscum seruare non possum uestrę qdem certe

ſaluti proſpiciam:quos cupiditate gloriæ adductus ĩ periculũ deduxi.uos data facultate uobis cõſulite.ſimul irrupit ĩ medios hoſtes:duobus interfectis reliquos a porta paulum ſummouit.conãtibus auxiliari ſuis:fruſtra inquit meæ uitæ ſubuenire conamini.quem iam ſanguis uireſq; deficiũt. proinde hinc abite dum eſt facultas:uoſq; ad legionẽ recipite. Ita pugnãs poſt paulum concidit.ac ſuis ſaluti fuit.noſtri cũ undiq; premerẽtur.xlvi. centuriõibus amiſſis deiecti ſũt loco.Sed intolerãtius gallos inſequentes legio decima tardauit:quæ pro præſidio paulo æqore loco cõſtiterat. Hãc rurſus.xiii.legionis cohortes exceperũt:quæ ex caſtris minoribus eductę cum.T.Sexto legato cœperant locum ſuperiorẽ.Legiones ubi primũ planiciem attigerũt:ĩfeſtis cõtra hoſtes ſignis cõſtiterũt.Vercingẽtorix a radicibus collis ſuos ĩtra munitiones reduxit.eo die milites ſunt paulominus ſeptingenti deſiderati.Poſtero die Cęſar cõcione aduocata temeritatẽ cupiditatẽq; militũ reprehẽdit:ꝗ ſibi ipſi iudicauiſſent quo ꝓcedẽdũ: aut quid agẽdũ uideretur:neq; ſigno recipiẽdi dato cõſtitiſſẽt:neq; a tri.militum legatiſq; retineri potuiſſent.expoſuit quid iniquitas loci poſſet. quid ipſe ad auaricũ ſenſiſſet.cũ ſine duce et ſine eqtatu deprehenſis hoſtibꝰ exploratã uictoriã dimiſiſſet:ne paruũ mõ detrimẽtũ ĩ cõtẽtione ꝓpter iniqtatẽ loci accideret.ꝗ̃topere eoꝝ aĩ magnitudinẽ admiraret̃:ꝗ nõ caſtroꝝ munitiones:nõ altitudo montis:nõ murus oppidi tardare potuiſſet:tantopere licẽtiam arrogantiamq; reprehendere:ꝗ plus ſe:ꝗ̃ imperatorem de uictoria atq; exitu rerum ſentire exiſtimarent:nec minus ſe ab milite modeſtiam et continentiã:ꝗ̃ uirtutẽ atq; animi magnitudinẽ deſiderare. Hac habita concione:et ad extremũ oratione confirmatis militibus:ne ob hãc cauſam aĩo permouerẽtur:neu qđ iniquitas loci attuliſſet:id uirtuti hoſtiũ tribuerent.eadem de profectione cogitans:quæ ante ſenſerat: legiones ex caſtris eduxit:aciemq; idoneo loco cõſtituit.Cũ Vercingẽtorix nihilominus in ęquũ locũ deſcẽderet:leui facto equeſtri prœlio atq; ſecũdo ĩ caſtra exercitum reduxit.Cũ hoc idẽ poſtero die feciſſet:ſatis ad gallicã oſtẽtationẽ minuẽdam:militũq; aĩos confirmandos:factũ exiſtimans ĩ heduos caſtra mouit:ne tũ qdẽ inſecutis hoſtibus.tertio die ad flumen elauer põtes refecit:atq; exercitũ traducit.ibi a Viridomaro:atq; Eporodorige heduis appellatus diſcit cum oĩ equitatu Liuitauicũ ad ſollicitãdos heduos profectũ.opus eſſe ipſos præcedere ad cõfirmãdam ciuitatem. et ſi multis iam rebus Cæſar perfidiã heduoꝝ ꝑſpectã habebat:atque horum diſceſſu admaturari defectionem ciuitatis exiſtimabat:tamen retinendos eos non conſtituit:ne aut inferre iniuriã uideret̃:aut dare timoris aliquã ſuſpicionem.diſcedentibus his breuiter ſua in heduos merita exponit: quos et ꝗ̃ humiles accepiſſet:et cõpulſos ĩ oppida mulctatos agris:omnibus ereptis copiis:impoſito ſtipẽdio:obſidibus ſumma cũ cõtumelia extortis:et quã in fortunã:quã ꝗ; in amplitudinem deduxiſſet:ut nõ ſolum in priſtinum ſtatum rediſſent:ſed oĩum tempoꝝ dignitatẽ et grãm anteceſſiſſe uideret̃.

His datis mandatis eos ab se dimisit. Nouiodonum erat oppidũ heduorũ ad ripas ligiris opportũo loco positum. huc Cæsar omnes obsides galliæ: frumentum: pecuniam publicam: suorum atq; exercitus impedimentorũ magnam partem contulerat. huc magnum numerum equorũ huius belli causa in italia atq; hispania coemptorũ miserat. eo cum Eporodorix Viridomarusq; uenissent: et de statu ciuitatis cognouissent: Litauicũ libracte ab heduis receptũ: quod est oppidũ apud eos maxĩe auctoritatis: Cõuictolitaueni magistratũ: magnãq; partẽ senatus ad eũ cõuenisse: legatos ad Vercingentorigẽ de pace et amicitia concilianda publice missos: nõ prætermittendum tantum commodũ existimauerũt. Itaq; interfectis nouioduni custodibus: qui q; eo negociandi causa conuenerant: pecuniam atq; equos ĩter se partiti sunt. obsides ciuitatũ libracte ad magistratũ deducẽdos curauerũt. oppidũ qđ a se teneri nõ posse iudicabãt: ne quo esset usui romanis incenderũt. frumẽti quod subito potuerũt nauibus auexerũt. reliquũ flumine atq; incẽdio corruperũt. ipsi ex finitimis regionibus copias q̃rere: cogere presidia: custodiasq; ad ripas ligeris dispõere: eqtatũq; oĩbus locis iniiciẽdi timoris causa ostẽtare cœperũt: si ab re frumẽtaria romanos excludere: aut adductos inopia ex ꝓuincia expellere possent. quã ad spem multum eos adiuuabat: q; liger ex niuibus creuerat: ut omnino uado trãsiri nõ posse uideret᷑. quibus rebus cognitis Cæsar maturandũ sibi cẽsuit: si esset in perficiẽdis pontibus periclitãdũ: ut priusq̃ essent maiores eo copiæ coactæ dimicaret. Nam ut cõmutato cõsilio iter in prouinciã cõuerteret: id ne metu quidem necessario faciundum existimabat: cum infamia atq; indignitas rei: et oppositus mons cebennæ: uiarumq; difficultas impediebat: tum maxime q; abiuncto. T. Labieno: atq; his legionibus: quas una miserat uehementer timebat. Itaq; demum magnis diurnis atq; nocturnis itineribus confectis: contra omnium opinionem ad ligerim peruenit. uadoq; per equites inuento pro rei necessitate opportuno: ut brachia modo: atq; humeri ad sustinẽda arma liberi ab aqua esse possent: disposito equitatu: qui uim fluminis refringeret: atq; hostibꝰ primo aspectu perturbatis incolumem exercitum traduxit. frumentũq; in agris et copiã pecoris nactus: repleto his rebꝰ exercitu iter in senões facere instituit. Dũ hæc apud Cæsarem geruntur: Labienus eo supplemento: quod nuper ex italia uenerat: relicto agendnici: cum quattuor legiõibus lutetiam proficiscitur. Id est oppidũ parisiorũ: quod positũ est in insula fluminis sequanæ. cuius aduentu ab hostibus cognito magnæ ex finitimis ciuitatibus copię cõuenerũt. Summa imperii traditur Camulegino Aulerco: qui prope cõfectus ætate tamen propter singularem scientiam rei militaris: ad eum est honorem euocatus. Is cum animaduertisset perpetuam esse paludem: quæ influeret in sequanam: atq; illum omnem locũ magnopere impediret: hic consedit: nostrosq; trãsitu prohibere instituit. Labienus primo uineas agere: cratibus atq; aggere paludẽ explere: atq; iter munire conabat᷑. postq̃ id

difficilius fieri animaduertit: silentio e castris tertia uigilia egressus: eodem quo peruenerat itinere meledunum peruenit. id est oppidum in insula sequana positum: ut paulo ante de lutetia diximus. deprehẽsis nauibus circiter. L. celeriterq; coniunctis: atq; eo militibus iniectis: et rei nouitate perterritis oppidanis: quorum magna pars erat ad bellum euocata: sine contentione oppido potitur. refecto ponte quem superioribus dieb9 hostes resciderãt: exercitum traducit: et secundo flumine lutetiam iter facere cœpit. Hostes re cognita ab iis: qui a meleduno fugerant: Lutetiam incendi: põtesq; eius oppidi rescindi iubent. ipsi prospecta palude ad ripas sequanæ e regione lutetiæ contra Labieni castra cõsidunt. iam Cæsar a gergonia discessisse audiebatur. iam de heduorum defectione: et secundo galliæ motu rumores afferebantur. galliq; in colloquiis ĩterclusum itinere et ligeri Cæsarem, et inopia frumenti coactum in prouinciã contendisse confirmabãt. bellouaci autem defectione heduorum cognita: qui ante erant per se infideles manus cogere: atq; aperte bellum parare cœperunt. Tũ Labienus tãta rerum mutatione longe aliud sibi capiendum consilium: atq; antea senserat: intelligebat. Neq; iam ut aliquid acquireret: prœlioq; hostes lacesseret: sed ut incolumem exercitum agendnicum reduceret cogitabat. Nãq; altera ex parte bellouaci: quæ ciuitas in gallia maximam habet opiniõem uirtutis instabant: alteram Camuloginus parato atq; instructo exercitu tenebat. tum legiones a præsidio atq; impedimentis interclusas maximum flumen distinebat: tantis subito difficultatibus obiectis ab aĩ uirtute auxilium petendum uidebat. Sub uesperum consilio conuocato cohortatus ut ea: quæ imperasset diligenter industrieq; administrarẽt: naues quas a meleduno deduxerat: singulas equitibus romanis attribuit. et prima confecta uigilia: quattuor milia passuum secundo flumine progredi silẽtio: ibiq; se expectari iubet: quinq; cohortes quas minime firmas ad dimicandum esse existimabat: castris præsidio reliquit. quinq; eiusdem legiõis reliquas de media nocte cum omnibus impedimẽtis: aduerso flumine magno tumultu proficisci imperat. conquirit etiam litres: has magno sonitu remorum incitatas in eandem partem mittit. ipse postpaulum silentio egressus: cum tribus legiõibus eum locum petit: quo naues appelli iusserat. eo cum esset uentum: exploratores hostium ut omni fluminis parte erant dispositi: ĩopinãtes: ꝙ magna subito erat cohorta tempestas, ab nostris opprimũtur. exercitus equitatusq; equitibus romanis administrãtibus: quos ei negocio præfecerat: celeriter transmittitur. Vno fere tempore sub lucem hostibus nuntiatur in castris romanorum præter cõsuetudinem tumultuari: et magnum ire agmen aduerso flumine: sonitumq; remorum in eadẽ parte exaudiri: et paulo infra milites nauibus transportari. Quibus rebus auditis: ꝙ existimabant tribus locis transiri legiones, atque omnes perturbatos defectione heduorum: fugam parare: suas quoq; copias in tres partes distribuerunt. Nam præsidio e regione castrorũ relicto: et parua manu:

et Iosedum uersus missa: quæ tantum progrederetur: quātum naues pro/
cessissent: reliquas copias contra Labienum duxerunt. prima luce et nostri
omnes erant transportati: et hostium acies cernebantur. Labienus milites
cohortatus: ut suæ pristinæ uirtutis et secundissimoꝝ ꝓliorū tenerēt mēo/
riam: atq; ipsum Cæsarē: cuius ductu sæpenumero hostes superassent præ/
sentem esse existimarent: dat signū prœlii. primo concursu ab dextro cor/
nu: ubi septima legio constiterat: hostes pelluntur: atq; in fugam coniiciū/
tur. ab sinistro: quem locum quintadecima legio tenebat: cum primi ordi/
nes hostium transfixi telis cōcidissent: tamen acerrime reliqui resistebant:
nec dabat suspitionem fugę quisq̄. Ipse dux hostium Camulogenus suis
aderat: atq; eos cohortabatur. incerto nunc etiam exitu uictoriæ, cum sep/
timæ legionis tribunis esset nunciatum quæ in sinistro cornu gererentur:
post tergum hostium legionem ostenderunt: signaq; intulerunt: nec eo q/
dem tempore quisq̄ loco cessit. sed circunuenti omnes interfecti sunt. ean/
dem fortunam tulit Camulogenus. At ii qui præsidio contra Labienum
erant relicti: cum prœlium commissum audissent: subsidio suis ierunt: col/
lemq; cœperunt: neq; nostrorum militum uictorumq; impetum sustinere
potuerunt. sic cum suis fugientibus permixti: quos non siluæ montesque
texerunt: ab equitatu sunt interfecti. Hoc negocio confecto Labienus re/
uertitur ad agendnicum: ubi impedimenta totius exercitus relicta erant.
inde cum omnibus copiis ad Cæsarem peruenit. defectione heduorū co/
gnita: bellum augetur. legationes in omnes partes circūmittuntur: quātū
gratia: auctoritate: pecunia ualent ad sollicitādas ciuitates nitūtᷣ: nacti ob/
sides: quos Cæsar apud eos deposuerat: horum supplicio dubitantes terri/
tant. petunt a Vercingentorige hedui ad se ueniat: rationesq; belli gerendi
communicet. re impetrata contendunt: ut ipsis summa imperii tradatur.
et re in controuersiam deducta totius galliæ concilium bibracte indicitᷣ.
eodem conueniunt undiq; frequentes multitudines: suffragiis res permit/
titur. ad unum omnes Vercingentorigem probant imperatorem. Ab hoc
concilio remi: Lingones: Treuiri absuerunt. illi ꝙ amicitiam romanorum
sequebantur. Treuiri ꝙ aberant longius: et ab germanis premebantur. quę
fuit causa: quare toto abessēt bello: et neutris auxilia mitterēt. magno do/
lore hedui ferunt se deiectos principatu. queruntur fortunę commutatio/
nem: et Cęsaris indulgentiā in se requirunt: neq; tamen suspecto bello suū
consilium ab reliquis separare audent. inuiti sūmę spei adolescentes Epo/
redorix et Viridomarus Vercingentorigi parent. ipse imperat reliquis ci/
uitatibus obsides. deniq; ei rei constituūt diē. huc oēs equites uiginti mi/
lia numero celeriter cōuenire iubet. peditatu: quē ante habuerat: se fore cō/
tentū dicit: neq; fortunā tentaturꝝ: aut in acie dimicaturū: sed quoniā abū/
det equitatu: perfacile esse factu: frumentationibus pabulationibusq; ro/
manos prohibere: æquo aīo mō sua ipsi frumenta corrumpant: ædificiaq;
incendāt: qua rei familiaris iactura perpetuū imperium libertatemq; con/

ſequi uideãt. His cõſtitutis rebus/heduis ſeguſianiſq; q ſunt finitimi eius prouinciȩ: decẽ milia peditum impat. Huc addit equites. dccc. iis præficit fratrem Eporedorigis: bellumq; inferri allobrogibus iubet. altera ex parte gaballos proximoſq; pagos aruernorum ĩ heluios: item ruthenos cadurcoſq; ad fines uolgarum aremicorũq; depopulãdos mittit. Nihilominus clandeſtinis nuntiis legatiõibuſq; allobrogas ſollicitat: quoꝝ mẽtes nõdũ a ſuperiore bello reſediſſe ſpabat. horum principibus pecunias: ciuitati aũt imperium totius prouinciæ pollicetur. Ad hos omnes caſus promiſa erant prȩſidia cohortum duarum et uiginti: quȩ ex ipſa ꝓuincia a. L. Cæſare legato ad omnes partes opponebantur. heluii ſua ſponte cum finitimis prœlio congreſſi pelluntur: et. C. Valerio Doninotaurocaburi filio principe ciuitatis: compluribuſq; aliis interfectis: intra oppida et muros compelluntᷣ. Allobroges crebris ad rhodanum diſpoſitis præſidiis magna cum cura ac diligentia ſuos fines tuentur. Cȩſar/q; hoſtes equitatu ſuperiores eſſe intelligebat: et interclufis omnibus itineribus nulla re ex prouincia atq; italia ſubleuari poterat/trans rhenum in germaniã mittit ad eas ciuitates: quas ſuperioribus ãnis pacauerat: equiteſq; ab his accerſit: et leuis armaturæ pedites: qui inter eos prœliari conſuerant. eorum aduentu/q; nimis idoneis equis utebãtur/a tribunis militum reliquiſq; equitibus romanis: atq; euocatis equos ſumit: germaniſq; diſtribuit. Interea dum hæc gerũtur: hoſtiũ copiæ ex aruernis: equiteſq;: qui toti galliæ erant impati: conueniunt. magno eorum coacto numero: cum Cȩſar in ſequanos per extremos lĩgonũ fines iter faceret: quo facilius ſubſidium ꝓunciæ ferri poſſet: circiter milia paſſuum decem a romanis trinis caſtris Vercingentorix conſedit. conuocatiſque ad concilium præfectis equitum: ueniſſe tẽpus uictoriæ demonſtrat: fugere ĩ prouinciam romanos: galliaque excedere. Id ſibi ad præſentem optinendam libertatem ſatis eſſe. ad reliqui tẽporis ſpatiũ atque ociũ parum profici. maioribus enim coactis copiis reuerſuros: neq; finẽ bellãdi facturos. proinde agmine impeditos adoriantur: ſi pedites ſuis auxilium ferant: atque in eo morentur: iter facere non poſſe. ſi id quod magis futurũ confidebat: relictis impedimentis: ſuæ ſaluti cõſulant: et uſu rerum neceſſariarum et dignitate ſpoliatum iri. Nam de equitibus hoſtium: quin nemo eorum progredi modo extra agmen audeat: et ipſos quidem non debere dubitare. id quo maiore faciant animo: copias ſe oẽs ꝓ caſtris habiturum: et terrori hoſtibus futurum: conclamant equites ſanctiſſimo iureiurando confirmari oportere: ne tecto recipiãtur: ne ad liberos: ne ad parẽtes: ne ad uxorem aditus habeat: qui non bis per hoſtiũ agmen pequitaſſet. probata re ab omnibus iureiurãdo adactis: poſtero die ĩ tres partes diſtributo equitatu: duȩ ſe acies a duobus lateribus oſtendunt. una prĩo agmine iter impedire cœpit. Q ua re nuntiata Cæſar ſuum quoq; eqtatũ tripartito diuiſum ire contra hoſtem iubet. pugnatur una omnibus in partibus: conſiſtit agmen. impedimenta inter legiones recipiuntᷣ. ſi qua ĩ parte

noſtri laborare:aut grauius premi uidebãtur:eo ſigna inferri Cæſar aciẽq; conſtitui iubebat.quæ res et hoſtes ad inſequendũ tardabat:et noſtros ſpe auxilii cõfirmabat.tandẽ germani e dextro latere ſummũ iugũ nacti: ho/ ſtes loco depellũt.fugiẽtes uſq; ad flumen:ubi Vercingẽtorix cũ pedeſtri/ bus copiis conſiderat:perſequũtur:compluresq; interficiunt. Qua re aĩad/ uerſa reliqui:ne circũuenirent̃:ueriti:ſe fugæ mãdãt.oĩbus locis fit cędes. Tres nobiliſſimi hedui capti ad Cęſarem ꝑducunt̃:Cotus pręfectus eqtũ: qui controuerſiam cũ Cõuictolitaue ꝓximis comitiis habuerat:et Caua/ rillus:qui poſt defectionẽ Litauici pedeſtribus copiis præfuerat:et Epore/ dorix:quo duce ante aduentum Cęſaris hedui cũ ſequanis bello cõtende/ rant.fugato omni eqtatu Vercígẽtorix copias ſuas ut ꝓ caſtris collocaue/ rat:reduxit.protinuſq; alexiã:quod eſt oppidũ mãdubiorũ:iter facere cœ/ pit.celeriterq; impedimẽta ex caſtris educi:et ſe ſeq iuſſit. Cæſar impedi/ mentis in proximũ collẽ deductis:duabus legionibꝰ præſidio relictis: ſe/ cutus quãtũ diei tẽpus eſt paſſum circiter tribus milibus hoĩum ex nouiſ/ ſimo agmine interfectis:altero die ad alexiã caſtra fecit.ꝓſpecto urbis ſitu: perterritiſq; hoſtibus:ꝙ eqtatus:quo maxima ꝑte exercitus cõfidebat:erat pulſus:adhortatus ad laborem milites:alexiã circũuallare inſtituit. ipſum erat oppidũ in colle ſũmo:admodũ edito loco:ut niſi obſidiõe expugna/ ri nõ poſſe uideret̃.cuius collis radices duo duabꝰ ex ꝑtibus flumina ſub/ luebãt.ante id oppidũ planities circiter milia paſſuũ tria ĩ longitudinẽ pa/ tebat.reliquis ex oĩbus partibus colles:mediocri interiecto ſpatio:pari al/ titudinis faſtigio oppidũ cingebãt.ſub muro: quę pars collis ad orieẽtẽ ſo/ lem ſpectrabat:hũc oẽm locũ copiæ galloꝶ cõpleuerant:foſſãq; et maceriã ſex in altitudinẽ pedũ ꝑduxerãt.eius munitiõis:q̃ ab romanis ĩſtituebat̃: circuitus undecim milia paſſuum tenebat.Cęſaris caſtra opportunis locis erãt poſita.ibiq; caſtella uigintiquatuor facta: in qbus caſtellis ĩterdiu ſta/ tiones ponebãt̃:ne qua ſubito eruptio fieret.hęc eadẽ noctu excubitoribꝰ ac firmis præſidiis tenebãt̃.Opere inſtituto fit equeſtre prœliũ in ea plani/ tie:quã intermiſſã collibus triũ.M.paſſuũ patere ſupra demonſtrauimus: ſũma ui ab utriſq; cõtendit̃.laborãtibꝰ noſtris Cęſar germanos ſũmittit: legiõeſq; ꝓ caſtris cõſtituit:ne qua ſubito eruptio ab hoſtiũ peditatu fiat. præſidio legionũ addito nr̃is aĩus auget̃:hoſtes ĩ fugã cõiecti ſe ipſi mul/ titudine ĩpediũt:atq; anguſtioribus portis relictis coaceruant̃:tũ germani acrius uſq; ad munitionẽ ſequunt̃.fit magna cædes.nõnulli relictis equis foſſam tranſire:et maceriã trãſcendere:conãt̃.paulũ legiões Cęſar:quas ꝓ uallo cõſtituerat:ꝓmoueri iubet:nõ minus q intra munitiones erãt: ꝑtur/ bantur.Galli uenire ad ſe cõfeſtim exiſtimãtes ad arma cõclamãt. nõnul/ li ꝑterriti ĩ oppidũ irrumpũt.Vercingẽtorix iubet portas claudi: ne caſtra nudent̃:multis interfectis:cõpluribus eqs captis germani ſeſe receperunt. Vercingẽtorix priuſq̃ munitiões ab romanis ꝑficiant̃ cõſiliũ capit:oẽm a ſe eqtatũ noctu dimittere.diſcedentibus mãdat:ut ſuã quiſq; eoꝶ ciuitatẽ

adeat: oẽsq; q̃ p ætatẽ arma ferre possẽt: ad bellũ cogãt. sua in illos merita ꝓponit: obtestaturq; ut suę salutis rõnẽ habeãt. neu se optĩe de cõi libertate meritũ hostibus ĩ cruciatũ dedãt. q si ĩdiligẽtiores fuerĩt: milia delecta octuagita una secũ interitura demõstrat. rõne inita exigue dierũ triginta frumẽtũ: sed paulo longius etiam tolerari posse: parcẽdo. His datis mãdatis: qua opus erat ĩtermissum: secũda uigilia silẽtio eqtatũ emittit. frumẽtũ omne ad se cõferri iubet. capitis pœnam iis: q nõ paruerint: cõstituit. pecus cuius magna erat copia ab mãduuiis cõpulsa: uiritim distribuit. frumentũ parce et paulatim metiri instituit. copias oẽs quas ꝓ oppido collocauerat: in oppidum recepit. his rationibus auxilia galliæ expectare: et bellũ parat administrare. Quibus rebus cognitis ex ꝑfugis et captiuis Cęsar: hæc genera munitionis instituit. fossam pedũ uiginti directis lateribus duxit. ut eius fossæ solũ tantũdem pateret: quãtũ summæ fossæ labra distarẽt. reliquas oẽs munitiões ab ea fossa pedes. cccc. reduxit. Id hoc cõsilio: quoniã tantũ esset necessario spatiũ cõplexus: ne facile totũ corpus militũ corona cingeret. ne de improuiso: aut noctu ad munitiões hostiũ multitudo aduolaret: aut interdiu tela ĩ nostros operi destinatos cõiicere possent. hoc ĩtermisso spatio duas fossas quindecim pedes latas eadẽ altitudine ꝑduxit. quarũ interiorẽ cãpestribus ac demissis locis aqua ex flumine deriuata cõpleuit. post eas aggerẽ et uallũ duodecim pedũ extruxit. huic loricã pinnasq; adiecit grãdibus ceruis eminentibus ad cõmissuras pluteoꝝ atq; aggeres: q ascensum hostiũ tardarẽt. et turres toti opi circũdedit: quæ pedes .lxxx. ĩter se distarẽt. erat eo tpre et materiari: et frumẽtari: et tãtas munitiones fieri necesse diminutis nostris copiis: quæ longius ab castris ꝓgrediebant: et nõnũq̃ opa nostra galli tẽtare: atq; eruptionẽ ex oppido pluribus portis facere sũma ui conabant. Quare ad hæc rursus opa addendum Cęsar putauit: quo minori numero militũ munitiões defẽdi possent. Itaq; truncis arboꝝ aut admodũ firmis ramis abscisis: atq; hoꝝ dolabratis atq; præacutis cacuminibus: perpetuæ fossæ quinos pedes altæ ducebant. huc illi stipites demissi et ab infimo reuincti: ne reuelli possent: ab ramis eminebãt. qui ordines reuincti ĩter se atq; impliciti: quo q intrauerãt: se ipsi acutissimis uallis induebãt. hos cippos appellabãt: quibus obliqs ordinibus ĩ acumine quincũcem dispositis: scrobes tres in altitudinẽ pedes fodiebãt: paulatim angustiore ad infimũ fastigio. Huc teretes stipites semissis crassitudine ab sũmo præacuti: et pręusti demittebãt: ita ut nõ amplius quatuor digitis ex terra eminerent. Simul cõfirmãdi et stabiliẽdi causa singuli ab infimo solo pedes tres terra occultabantur. reliqua pars scrobis ad occultandas ĩsidias: uiminibus ac uinculis impediebat. huius generis octoni ordines uincti ternos inter se pedes distabant. id ex similitudĩe floris lilium appellabãt. Ante hæc taleæ pedem longæ ferreis hamis infixæ totæ in terram fodiebantur: mediocribusq; intermissis spatiis oĩbus locis disserebantur: quos stimulos nominabant. His perfectis regiones secutus q̃po

tuit æqſſimas ꝑ loci natura quatuordecĩ milia paſſuũ cõplexus pares eiuſ⸗
dem generis munitiões diuerſas ab his contra exteriorẽ hoſtẽ ꝑfecit: ut ne
magna qdẽ multitudine ſi ita accideret: eius diſceſſu munitionũ præſidia
circũfundi poſſẽt: aut cũ ꝑiculo ex caſtris egredi cogerẽť. dieꝶ trigĩta pa⸗
bulũ frumẽtũq; habere oẽs cõuectũ iubet. dũ hęc apud alexiã gerũť: galli
cõcilio principũ ĩdicto nõ oẽs hos q arma ferre poſſẽt: ut cẽſuit Vercigẽ⸗
torix: cõuocandos ſtatuũt: ſed certũ numeꝶ cuiq; ciuitati imꝑandum: ne
tãta multitudĩe cõfuſa: nec moderari: nec diſcernere ſuos: nec frumẽtatio⸗
nẽ habeř poſſẽt. Imꝑant heduis atq; eoꝶ cliẽtib9 ſegutianis: ambluaretis:
aulercis: brãnouicibus: brannouiis milia trigintaquinq;. parem numerum
aruernis adiunctis heleutetis: cadurcis: gaballis: uellauiis: q ſub imꝑio ar⸗
uernorũ eſſe cõſueuerũt: Senõibus: ſequanis: biturigibus: ſantõis: rutenis:
carnutib9 duodena milia. bellouacis decẽ. totidẽ lemouicib9. octona pic⸗
tonibus: et turonis: et pariſiis: et heluetiis. Senonibus: ambianis: medio⸗
matricis: petrocoriis: neruiis: morinis: nitiobrogibɔ q̃na milia. aulercis: ce⸗
nomanis totidẽ. attrebatibus quatuor. bellocaſſis: lixouiis et aulercis: ebu⸗
ronibus trina. rauracis et bois triginta. Vniuerſis ciuitatibus quæ oceanũ
attingunt: quęq; eoꝶ cõſuetudĩe armoricæ appellanť: quo ſunt ĩ numero
corioſolites: rodones: ãbibari: cadetes: oſiſſimi: lemõices: unelli ſeni. ex his
bellouaci ſuũ numeꝶ nõ cõpleuerũt: q͂ ſe ſuo noĩe atq; arbitrio: cũ romãis
bellũ geſturos dicebãt. rogati tñ a Cõmio ꝑ eius hoſpitio. xxii. milia mi⸗
ſerunt. huius oꝑa Cõmii (ut ante demõſtrauimus) fideli atq; utili ſuꝑiori⸗
bus annis erat uſus ĩ britãnia Cęſar. qbus ille pro meritis ciuitatẽ eius im⸗
munẽ eſſe iuſſerat: iura legeſq; reddiderat: ipſiq; morinos attribuerat. tñ tã⸗
ta uniuerſæ galliæ cõſenſio fuit libertatis uindicãdæ: et priſtinæ belli lau⸗
dis recuperãdæ: ut neq; beneficiis: neq; amicitiæ memoria mouerẽť: oẽſq;
et aĩo et opib9 in id bellũ ĩcũberẽt. coactis eqtũ ſeptẽ milib9 et peditũ cir⸗
citer. ccxl. hæc ĩ heduoꝶ finibus recẽſebãť: numeruſq; inibať. pręfecti cõ⸗
ſtituebãť Cõmio atrebati: Viridomaro et Eporedorigi heduis: Vercaſſia⸗
ueuno aruerno cõſobrino Vercĩgẽtorigis ſũma ĩperii tradiť. iis delecti ex
ciuitatibus attribuuntur: quorum conſilio bellum adminiſtraretur. oẽs
alacres et fiduciæ pleni ad alexiam proficiſcuntur. neq; erat omnium q̃ſq̃:
qui aſpectum modo tantæ multitudinis ſuſtineri poſſe arbitrareť. præſer⸗
tim amcipiti prœlio: cũ ex oppido eruptione pugnareť: et foris tantæ co⸗
piæ equitatus peditatuſq; cernerenť. at ii qui alexiæ obſidebanť præterita
die: q̃ auxilia ſuoꝶ expectauerãt: cõſumpto omni frumento inſcii quid in
heduis gereretur: concilio coacto de exitu ſuarum fortunarũ conſultabãt:
Ac uariis dictis ſententiis: quarum pars deditionem: pars dum uires ſup⸗
peterent: eruptionem cenſebant: non prætereunda oratio Critognati uide⸗
tur: propter eius ſingularem et nefariam crudelitatẽ. Hic ſummo in aruer⸗
nis natus loco et magnæ habitus auctoritatis: nihil ĩqt de eoꝶ ſnĩa dictu⸗
rus ſum: q turpiſſimã ſeruitutẽ deditiõis noĩe appellãt: neq; hos habẽdos

ciuium loco:neqꝫ ad cōſilium adhibēdos cenſeo:cum iis mihi res ſit: qui
eruptionē probāt:quoꝝ ī cōſilio oīum noſtꝝ cōſenſu priſtinę reſidere uir/
tutis memoria uidet᷑.animi eſt iſta mollicies:nō uirtus:pauliſper īopiam
ferre nō poſſe.qui ſe ultro morti offerant facilius reperiantur:q̄ q patienter
dolorē ferant. Atq ego hāc ſnīam probarem:tantū apud me dignitas pōt:
ſi nullā præterq̄ uitæ noſtrę iacturā fieri uiderē. Sed ī cōſilio capiēdo oēm
galliam reſpiciamus:quam ad noſtrū auxilium cōcitauimus . qd hoīum
milibus octuaginta uno loco interfectis:ꝓpinquis cōſanguineiſqꝫ noſtris
animi fore exiſtimatis?ſi pene in ipſis cadaueribꝰ prœlio decertare cogēt᷑?
nolite hos ueſtro auxilio expoliar᷑:q nr̄æ ſalutis cā ſuū ꝑiculū neglexerūt.
nec ſtulticia ac temeritate ueſtra:aut aī imbecillitate oēm galliā ꝓſternere:
ac ꝑpetuæ ſeruituti ſubiicere. An quod ad diē nō uenerūt:de eoꝝ fide cō/
ſtantiaqꝫ dubitatis? Quid ergo romanoꝝ aīos in illis ulterioribꝫ munitio/
nibus ſine cauſa quotidie exerceri putatis?ſi illoꝝ nūtiis cōfirmari nō po/
teſtis:omni aditu præſepto:iis utimini teſtibus:appropinquare eoꝝ aduē/
tum.cuius rei timore exterriti diē noctēqꝫ in oꝑe uerſant᷑. Quid ergo mei
conſilii eſt facere?quod noſtri maiores nequaq̄ pari bello cimbroꝝ teuto/
nūqꝫ fecerūt:qui ī oppida cōpulſi ac ſimili īopia ſubacti:eoꝝ corporibus:
qui ætate ad bellum īuteles uidebāt᷑:uitā tolerauerūt:neqꝫ ſe hoſtibus tra/
diderūt.cuius rei exemplū ſi nō hr̄emus:tn̄ libertatis cā īſtitui:et poſteris
prodi pulcherrimū iudicarē. Nā qd illi ſimile bello fuit?depopulata gallia
cimbri:magnaqꝫ illata calamitate:finibꝫ qdē noſtris aliqn̄ exceſſerūt: atqꝫ
alias terras petierūt.iura leges:agros:libertatē nobis reliquerūt.romāi ue/
ro quid petunt aliud:aut quid uolunt:niſi inuidia adducti:quos fama no/
biles:potēteſqꝫ bello cognouerūt:hoꝝ in agris ciuitatibuſqꝫ cōſidere: atqꝫ
his æternā iniungere ſeruitutem.neqꝫ.n.ulla alia cōditione bella geſſerūt.
Quod ſi ea:quæ in longinquis nationibus gerūtur:ignoratis:reſpicite fi/
nitimam galliā:quæ in ꝓuinciā redacta:iure et legibus cōmutatis:ſecuri/
bus ſubiecta ꝑpetua premit᷑ ſeruitute.ſententiis dictis cōſtituūt:ut ii q ua/
litudine aut ætate inutiles ſūt bello:oppido excedāt. Atqꝫ prius oīa expiā/
tur:q̄ ab Critognati ſentētia diſcedāt. Illo tn̄ tꝑe potius utendū cōſilio:ſi
res cogat:atqꝫ auxilia morent᷑:q̄ deditionis:aut pacis ſubeūdā cōditionē.
Mandubii:qui eos oppido recepant:cū liberis atqꝫ uxoribꝰ exire cogunt᷑.
ii cum ad munitiones romanorū acceſſiſſent flētes oībus precibus orāt: ut
ſe in ſeruiturem receptos cibo iuuarent. At Cæſar diſpoſitis in uallo cuſto/
dibus recipi prohibebat. Interea Cōmius:reliquiqꝫ duces:quibꝫ ſūma im/
perii permiſſa erat:cum oībus copiis ad alexiam ꝑueniūt:et colle exterio/
re occupato nō lōge mille paſſibus a noſtris munitiōibus cōſidūt. Poſtera
die equitatu ex caſtris educto:oēm eā planitiē:quā ī longitudinē quatuor
milia paſſuū patere demonſtrauimus:cōplent.pedeſtreſqꝫ copias paulū ab
eo loco abditas ī locis ſuperioribꝫ cōſtituūt.erat ex oppido alexia deſpec/
tus in campum.concurritur his auxiliis uiſis. fit gratulatio īter eos:atque

oĩum animi ad lætitiam excitantur. itaq; productis copiis ante oppidum considunt: et ꝓximã fossam cratibus integunt: atq; aggere explent: seq; ad eruptionẽ atq; oẽs casus cõparãt. Cæsar oĩ exercitu ad utranq; partẽ munitionis disposito: ut si usus ueniat: suũ quisq; locũ teneat: et nouerit: equitatũ ex castris educi: et prœliũ cõmitti iubet. Erat ex oĩbus castris: q̃ summum undiq; iugũ tenebant despectus: atq; oẽs milites intenti pugnę euẽtum expectabãt. Galli inter equites raros sagittarios expeditosq; leuis armaturæ interiecerant: qui suis cedentibus auxilio succurrerent: et nostrorũ equitũ impetũ sustinerẽt. ab his cõplures uulnerati de ĩprouiso prœlio excedebãt. Cũ suos pugna sũpiores eẽ galli cõfiderẽt: et nostros premi multitudine uiderẽt: ex oĩbus partibus: et ii qui munitionibus cõtinebãtur: et ii qui ad auxilium conuenerãt: clamore et ululatu suoꝝ aĩos confirmabãt: q̄ ĩ cõspectu oĩum res gerebãt: neq; tegi ac turpiter celari poterat: utrosque et laudis cupiditas: et timor ignominiæ ad uirtutẽ excitabãt. Cũ a meridie prope ad solis occasum dubia uictoria pugnaretur: germani una in pte cõfertis turmis ĩ hostes ĩpetũ fecerũt. eosque pepulerũt: quibus ĩ fugã cõiectis sagittarii circũuenti ĩterfecti sũt. Item ex reliq̃s partibus nostri cedẽtes usque ad castra insequuti sui colligendi facultatem nõ dederũt. At ii q ab alexia processerant mœsti prope uictoria desꝑata se ĩ oppidũ receperũt.
Vno die intermisso galli: atque hoc spatio magno cratiũ scalarum harpagonum numero effecto: media nocte silentio ex castris egressi ad campestres munitiones accedunt. Subito clamore sublato: q̃ significatiõe qui in oppido obsidebãtur de suo aduentu cognoscere possent: Crates proiicere: fundis sagittis lapidibus nostros de uallo perturbare: reliquaque: quæ ad oppugnationem ꝑtinent: parant administrare. eodẽ tpe clamore exaudito dat tuba signũ suis Vercingẽtorix: atq; ex oppido educit. nostri ut sũperioribus diebus unicuiq; erat locus attributus: ad munitiões accedũt. fundis librilib⁹ sudibusque: quas ĩ ope disposuerãt: gallos glãdibus pterrent. ꝓspectu tenebris adempto multa utrinque uulnera accipiũt̃: complura tormentis tela cõiiciunt̃. At. M. Antonius et. C. Trebonius legati: quibus eæ partes ad defendendũ obuenerãt: qua ex parte premi nr̃os intellexerãt: iis auxilio ex ulterioribus castellis deductos summittebant. dum longius ab munitiõe erãt galli plus multitudĩe telorũ ꝓficiebãt. posteaq̃ propius successerunt: aut se stimulis inopinantes induebãt: aut in scrobes delati transfodiebant̃: aut ex uallo et turribus traiecti pilis muralib⁹ ĩteribant. multis undique uulneribus acceptis: nulli munitione ꝑrupta: cum luxa ꝑpareret: ueriti ne latere apto ex superioribus castris eruptione circũuenirent̃: se ad suos receperunt. At interiores dũ ea: quæ a Vercingetorige ad eruptionem præpauerãt ꝓferunt: priores fossas explent. diutius ĩ his rebus administrandis morati prius suos abscessisse cognouerunt: q̃ munitionibus apꝓpinq̃rẽt. ita re ĩfecta ĩ oppidũ reuerterũt. Bis magno cũ detrimẽto repulsi galli quid agãt cõsulũt. locorũ pitos adhibẽt. ex his sũpiorũ castroꝝ situs:

munitionesq; cognoscũt. Erat a septemtrionibus collis: quẽ quia propter magnitudinem circuitus opere circumpleti non potuerunt nostri necessa-rio pene iniquo loco et leniter decliui castra fecerũt. hæc. C. Antistius Re-ginus et. L. Caninius Regulus legati cum duabus legionibus optinebãt. cognitis per exploratores legiõibꝯ: duces hostiũ sexaginta milia ex omni numero deligunt: earum ciuitatum quę maximam uirtutis opinionẽ ha-bebant. quid quoquo pacto agi placeat occulte inter se constituũt. adeun-di tempus definiunt: cum meridies esse uideat̃. iis copiis Vercasiuellaunũ aruernum unum ex quatuor ducibus propinquum Vercingẽtorigis prę-ficiunt. Ille ex castris prima uigilia egressus prope cõfecto sub lucẽ itinere post montem se occultauit. militesq; ex nocturno labore sese reficere iussit. cum iam meridies appropinquare uideretur ad ea castra: quę supra demõ-strauimus: contendit. eodem tempore equitatus ad campestres munitio-nes accedere: et reliquæ copiæ sese pro castris ostendere cœperunt. Vercin-gẽtorix ex arce alexiæ suos conspicatus ex oppido egreditur: castris lon-gurios: musculos: falces: reliquaq; : quæ eruptiõis causa parauerat: profert. pugnatur uno tempore omnibus locis: atq; omnia tentãtur. quæ minime uisa pars firma est: huc concurritur. romanorum manus tantis munitioni-bus distinetur. nec facile pluribus locis occurrit. multum ad terrendos no-stros ualuit clamor: qui post tergum pugnantibus extitit. ꝙ suum pericu-lum in aliena uident salute consistere. Omnia enim plerumq; : quę absunt: uehementiꝰ hominum mẽtes perturbant. Cæsar idoneum locum nactus: quid quaq; ex parte geratur: cognoscit. laborantibus summittit. utrisque ad animum occurrit: unum esse illud tempus: quo maxime contendi cõ-ueniat. Galli nisi ꝑfregerint munitiones de omni salute desperant. Roma-ni si rem optinuerint: finem omnium laborum expectant. maxime ad su-periores munitiones laboratur: quo Vercasiuellaunũ missum demonstra-uimus. Iniquum loci ad decliuitatem fastigium magnum habet momẽ-tum. Alii tela coniiciunt. alii testudine facta subeunt. defatigatis inuicem integri succedũt. agger ab uniuersis in munitionem cõiectus et ascensum dat gallis: et ea quæ in terra occultauerant romani contegit: nec iam arma nostris: nec uires suppetunt. Iis rebus cognitis Cæsar Labienum cum co-hortibus sex subsidio laborantibus mittit. Et imperat: si sustineri non pos-sit: deductis cohortibus eruptione pugnaret: id nisi necessario non faciat. Ipse adit. reliquos cohortatus ne labori succumbant: omnium superiorum dimicationum fructum in eo die atque hora docet consistere. interiores desperatis campestribus locis propter magnitudinem munitionum loca prærupta ex ascensu tentant. huc ea quæ parauerant conferũt. multitudine telorum ex turribus propugnantes deturbãt. aggere et cratibus fossas ex-plent. falcibus uallum ac loricam rescindunt. mittit primo Brutum adole-scentem cum cohortibus Cæsar: post cum aliis. C. Fabium legatũ. Post-remo ipse, cũ uehementius pugnaret̃: integros subsidio adducit. Restituto

prœlio ac repulsis hostibus: eo quo Labienum miserat: contendit. cohortes quatuor ex proximo castello deducit. equitum partem sequi: partem circũire exteriores munitiones: et ab tergo hostes adoriri: iubet. Labienus postq̃ neq; aggeres neq; fossæ uim hostium sustinere poterãt: coactis una quadraginta cohortibus: quas ex proximis præsidiis deductas sors optulit/ Cæsarem per nuntios facit certiorem: quid faciendum existimet. accelerat Cęsar: ut prœlio intersit. eius aduẽtus ex colore uestitus cognito: quo insigni in prœliis uti consueuerat: turmisq; equitum et cohortibus uisis: quas se sequi iusserat: ut de locis superioribꝰ hæc decliua et deuexa cernebantur: hostes committunt prœlium: utrinq; clamore sublato. excipit̃ rursus ex uallo atq; omnibus munitiõibus clamor. Nostri omissis pilis: gladiis rem gerunt. repente post tergum equitatus cernitur. cohortes aliæ appropinquabant. Hostes terga uertunt. fugientibus equites occurrunt. fit magna cędes. Asedulus dux et princeps germanorum occiditur. Vercasiuellaunus aruernus in fuga comprehenditur. signa militaria septuaginta quatuor ad Cæsarẽ referuntur. pauci ex tãto numero se incolumes in castra recipiunt. conspicati ex oppido cædem et fugam suorum despata salute copias a munitionibus reducunt. fit protinus hac re audita ex castris gallorum fuga: q nisi crebris subsidiis ac totius diei labore milites essent defessi: omnes hostium copiæ deleri potuissent. de media nocte missus eq̃tatus nouissimum agmen consequitur. magnus numerus capitur: atq; interficitur. reliqui ex fuga in ciuitates discedunt. Postero die Vercingentorix concilio conuocato: id se bellum suscepisse non suarũ necessitatum: sed cõmunis libertatis causa demonstrat. et quoniam sit fortunæ cedendũ: ad utrãq; rem se illis offerre: seu morte sua romãis satisfacere: seu uiuũ tradere uelint. Mittuntur de his rebus ad Cæsarem legati. iubet arma tradi: principes ꝓduci. ipse in munitiõe ꝓ castris cõsedit. eo duces ꝓducũt̃. Vercingentorix deditur. arma ꝓiiciũtur. reseruatis heduis atq; aruernis: si per eos ciuitates recupare posset: ex reliquis captiuis toto exercitui capita singula prædæ noĩe distribuit. His rebus cõfectis in heduos proficiscit̃. ciuitatem recipit. eo legati ab aruernis missi quæ ĩpet: se facturos pollicẽtur. impat magnum numerũ obsidum. legiones in hyberna mittit. captiuoꝵ circiter uiginti milia heduis aruernisq; reddit. T. Labienum cũ duabus legiõibus et equitatu in sequanos ꝓficisci iubet. Huic. M. Semproniũ Rutiliũ attribuit. C. Fabiũ et. L. Minutiũ Basiliũ cũ duabus legionibus in remis collocat: ne quã a finitimis bellouacis calamitatẽ accipiãt. C. Antistium Reginum in ambibaretos. T. Sextium in bituriges. C. Caninium Rebilum in ruthenos cum singulis legionibus mittit. Q. Tullium Cicerõem et. P. Sulpitiũ cabillonii et matissanæ in heduis ad ararim rei frumentariæ causa collocat. ipse bibracte hyemare constituit. His rebus litteris Cæsaris cognitis romæ dierum uiginti supplicatio redditur.

## .A.HIRTII IN NOVISSIMVM COMMENTARIVM PRAEFATIO.

c

OACTVS ASSIDVIS TVIS Vocibus Balbe cũ quotidiana mea recuſatio nõ difficultatis excuſatiõem: ſed inertiæ uideretur deprecationẽ habere: difficillimam rem ſuſcepi. Cæſaris noſtri cõmentarios reꝝ geſtarũ galliæ: non cõparãdos ſuperiorib9 atqꝫ inſequẽtibꝰ eius ſcriptis: cõtexui. nouiſſimũqꝫ imperfectũ ab rebus geſtis alexandriæ confeci uſqꝫ ad exitum: nõ quidem ciuilis diſſenſionis: cuius finem nullum uidemus: ſed uitæ Cęſaris. quos utinam qui legẽt: ſcire poſſint: q̃inuitus ſuſceperim ſcribẽdos: quo facilius careã ſtultitiæ atqꝫ arrogãtiæ crimine: qui me medium interpoſuerim Cęſaris ſcriptis. Cõſtat enim inter oẽs nihil tã opoſe ab aliis eſſe ꝑfectũ: quod nõ hoꝝ elegãtia cõmẽtarioꝝ ſupeꝛ. q ſũt editi: ne ſcĩa tãtaꝝ reꝝ ſcriptoribꝰ deſit. Adeoqꝫ ꝓbãꝛ oĩum iudicio: ut ꝑrepta non prębita facultas ſcriptoribus uideaꝛ. Cuius tñ rei maior noſtra: q̃ reliquoꝝ eſt admiratio. Cęteri enim q̃ bene: q̃ emẽdate: nos etiã q̃ facile: ac celeriter eos perfecerit ſcimus. Erat aũt in Cæſare cũ facultas: atqꝫ elegẽtia ſumma ſcribẽdi: tũ ueriſſima cõſcĩa ſuorũ cõſilioꝝ explicãdoꝝ. mihi ne illud qdẽ accidit: ut alexãdrino atqꝫ africano bello intereſſem: q̃ bella quãq̃ ex parte nobis Cæſaris ſermõe ſũt nota: tñ aliter audimus ea: quę reꝝ nouitate: aut admiratiõe nos capiunt: aliter q̃ teſtimõio ſumus dicturi. Sed ego nimiꝝ dũ oẽs excuſatiõis cãs colligo: ne cũ Cęſare cõferar: hoc ipſum crimen arrogãtię ſubeo: ꝙ me iudicio cuiuſq̃ exiſtimẽ poſſe cũ Cęſare cõpari. Vale.

## .A.HIRTII COMMENTARIVS NOVISSIMVS.

o

MNI GALLIA deuicta Cæſar cũ a ſupiori ęſtate nullũ bellãdi tẽpus intermiſiſſet: militeſqꝫ hybernoꝝ qete reficere a tãtis laboribꝰ uellet: cõplures eodẽ tẽpore ciuitates renouare belli cõſilia nũciabãꝛ: cõiurationeſqꝫ faceꝛ: cui9 rei ueriſimilis cã afferebaꝛ: ꝙ gallis oĩbꝰ cognitũ eẽt: neqꝫ ulla multitudĩe ĩ unũ locũ coacta r̃ſiſti poſſe romãis: nec ſi diuerſa bella cõplures eodẽ tpe ĩtuliſſẽt cĩtates: ſatis auxlii: aut ſpatii: aut copiaꝝ habituꝝ exercitũ po. ro. ad oĩa pſequẽda. Nõ eẽ aũt alicui ciuitati ſortẽ ĩcõmodi recuſãdã: ſi tali mora reliq̃ poſſẽt ſe uĩdicare ĩ libertatẽ. Quæ ne opinio galloꝝ cõfirmareꝛ Cæſar .M. Antoniũ q̃ſtorem ſuis ꝑfecit hybernis. ipſe eqtũ ꝑſidio pridie kalẽdas ianuarii ab oppido bibracte ꝓficiſciꝛ ad legionẽ duodecimã: quã nõ longe a finibꝰ heduoꝝ collocauerat ĩ finibꝰ biturigũ: eiqꝫ adiũgit legionẽ undecimã: q̃ ꝓxia fuerat: biniſ cohortibꝰ ad ĩpedimẽta tuẽda relictis. reliquũ

exercitum in copiosissimos agros biturigum íducit: qui cũ latos fines: et q̃plura oppida haberent: unius legionis hybernis non potuerunt cõtineri: quin bellum pararent: coniurationesq; facerent. repẽtino aduentu Cæsaris accidit: quod imparatis deiectisq; accidere fuit necesse: ut sine timore ullo rura colentes prius ab equitatu opprimerentur: q̃ cõfugere in oppida possent. nam etiam illud uulgare incursionis hostium signum: quod incẽdio ædificiorum intelligi consueuit: Cęsaris erat interdicto sublatum. ne aut copia pabuli frumẽtiq; : si longius progredi uellet: deficeret: aut hostes incendiis terrerentur. multis hominum milibus captis perterriti bituriges: qui primum aduentum effugere putauerant romanorum: in finitimas ciuitates: aut priuatis hospitiis confisi: aut societate consiliorum confugerãt frustra: Nam Cęsar magnis itineribus omnibus locis occurrit: nec dat ulli ciuitati spatium de aliena potius: q̃ de domestica salute cogitandi. qua celeritate et fideles amicos retinebat: et dubitantes terrore ad conditiões pacis reducebat. Tali conditione proposita bituriges: cum sibi uiderent clæmentia Cæsaris reditum patere in eius amicitiam: finitimasq; ciuitates sine ulla pœna dedisse obsides: atq; í fidem receptas esse: idem fecerunt. Cęsar militibus pro tanto labore ac patientia: qui brumalibus diebus itineribus difficillimis: frigoribus intolerandis studiosissime permanserant in labore: ducentos sextertios: centurionibusq; tot milia nummũ prædæ noĩe condonãda pollicetur: legionibusq; in hyberna remissis: ipse se recepit die .xl. bibracte. ibi cum ius diceret: bituriges ad eum legatos mittunt auxilium petitum contra carnutes: quos intulisse bellum sibi querebãtur. Quare cognita cum dies nõ amplius decemnouem in hybernis esset commoratus: legiões quartamdecimam et sextã ex hybernis ab arare ducit: quas ibi collocatas explicandæ rei frumentariæ causa superiore cõmentario demonstratum est. Ita cum duabus legionibus ad persequendos carnutes ꝓficiscitur. Cum fama exercitus ad hostes esset perlata calamitate cæterorũ ducti carnutes: uicis desertis oppidisq; : quæ tolerandæ hyemis causa cõstitutis repente exiguis ad necessitatem ædificiis incolebant (nuper enim deuicti complura oppida dimiserant) dispersi confugiunt. Cæsar erumpẽtes eo maxime tempore acerrimas tempestates cum subire milites nollet: in oppido carnutũ cenabo castra ponit: atq; í tecta partim galloꝝ: partimq; coniectis celeriter stramentis: quæ tentoriorum integendorum gratia erãt inædificata: milites contegit. equites tamen et auxiliarios pedites í omnes partes mittit quascunq; petisse dicebantur hostes: nec frustra. nam plerũq; magna præda potiri nostri reuertuntur. oppressi carnutes hyemis difficultate: terrore periculi: cum tectis expulsi nullo loco consistere diutius auderent: nec siluarum præsidio tempestatibus durissimis tegi possent: dispersi magna parte amissa suorum: dissipãtur in finitimas ciuitates. Cæsar tempore anni difficillimo: cum satis haberet conuenientes manus dissipare: ne quod initium belli nasceretur: quantumq; in ratione esset exploratũ hr̃et:

ſub tempus æſtiuoꝝ nullũ bellũ ſummum poſſe conflari. C. Trebonium cum duabus legionibus: quas ſecum habebat: in hybernis cenabi collocauit. ipſe cum crebris legationibus Remorum certior fieret bellouacos: qui belli gloria gallos omnes belgaſq; præſtabant: finitimaſq; iis ciuitates duce Corbeo bellouaco et Commio atrebate exercitus compare: atq; in unũ locũ cogere: ut omni multitudĩe in fines ſueſſionũ: qui remis erãt attributi: facerent impreſſionem: pertinere autem non tantum ad dignitatem: ſed etiam ad ſalutem ſuam iudicaret: nullam calamitatẽ ſocios optime de republica meritos recipere: legionem ex hybernis reuocat rurſus undecimã. Litteras autem ad. C. Fabium mittit: ut in fines ſueſſionũ legiones duas: quas habebat adduceret. alterãq; ex duabus a. L. Labieno arceſſit. Ita quantum hybernorũ opportunitas: belliq; ratio poſtulabat: perpetuo ſuo labore inuicem legionibus expeditionũ munus iniungebat. His copiis coactis ad bellouacos proficiſcitur: caſtriſq; in eorum finibus poſitis: equitum turmas dimittit in omnes partes ad aliquos excipiendos: ex quibus hoſtiũ conſilia cognoſceret. equites officio functi renuntiant paucos in ædificiis eſſe inuentos: atq; hos non qui agrorum colendorũ cauſa remanſiſſent (namq; eſſe undiq; diligenter demigratum) ſed ſpeculandi gratia eſſent remiſſi. a quibus cum quæreret Cęſar quo loco multitudo eſſet bellouacorum: quodq; eſſet cõſilium eorum: inueniebat bellouacos omnes: qui arma ferre poſſent: in unum locum cõueniſſe. Itemq; ambianos: aulercos: caletos: uelliocaſſos: atrebates locum caſtris excelſum in ſilua circundata palude delegiſſe. Impedimenta omnia in ulteriores ſiluas contuliſſe. Cõplures eſſe principes belli auctores: ſed multitudinẽ maxime Corbeo obtemperare: q; ei ſummo odio eſſe nomen populi romani ĩtellexiſſent. Paucis ante diebus ex his caſtris atrebatem Commium diſceſſiſſe: ad auxilia germanorum adducenda. quorum et uicinitas ꝓpinqua: et multitudo eſſet infinita. Conſtituiſſe autem bellouacos omnium principum conſenſu: ſumma plebis cupiditate: ſi ut diceretur Cæſar cum tribus legionibus ueniret: offerrẽt ſe ad dimicandum: ne miſeriore ac duriore poſtea conditione cum toto exercitu decertare cogerentur. ſi maiores copias adduceret: in eo loco permanerent: quem delegiſſent. pabulatione autẽ: quæ propter anni tempus cum exigua: tum deiecta eſſet: et frumentatione et reliquo cõmeatu ex inſidiis prohibere romanos. quæ Cæſar conſentientibus plurimis cum cognouiſſet: atq; ea quæ proponerentur conſilia: plena prudẽtiæ: longeq; a temeritate barbaroꝝ remota eſſe iudicaret: omnibus rebus inſeruiendum ſtatuit: quo celerius hoſtes cõtempta ſuoꝝ paucitatẽ: prodirẽt in aciem. ſingularis enim uirtutis ueterrimas legiões ſeptimam: octauam: et nonã habebat. ſummæ ſpei: delecteq; iuuẽtutis undecimam: quæ octauo iam ſtipendio: tamen in collatione reliquarum non dum eandem uetuſtatis ac uirtutis cœperat opinionem. Itaq; conſilio aduocato rebus iis: quæ ad ſe eſſent delatæ: omnibus expoſitis: animos multitudinis confirmat: ſi

forte hostes trium legionum numero posset elicere ad dimicandum . ag/
minis ordinem ita constituit: ut legio septima octaua nona ante omnium
iret impedimenta. deinde omnium impedimentoꝝ agmen: quod erat me/
diocre: ut in expeditionibus esse consueuit: cogeret undecima: ne maioris
multitudinis species accidere hostibus posset: q̃ ipsi depoposcissent. Hac
ratione pene quadrato agmine instructo: in conspectu hostiũ celerius opi/
nione eorum exercitum adducit. Cũ repente instructas uelut in acie cer/
to gradu legiones accedere galli uiderunt: quorum erant ad Cæsarem ple/
na fiduciæ cõsilia perlata: siue certaminis periculo, siue subito aduentu: seu
expectatione nostri consilii copias instruunt pro castris: nec loco superiore
decedunt. Cæsar et si dimicare optauerat: tamen admiratus tantam mul/
titudinem hostium: ualle intermissa magis in latitudinem depressa: q̃ late
patente, castra castris hostium cõfert. Hæc imperat uallo pedum. xii. mu/
niri. loriculamq; pro hac ratione eius altitudinis inædificari: fossam dupli/
cem pedum denũ quinũ lateribus deprimi directis: turres excitari crebras
in altitudinem trium tabulatorum: pontibus traiectis cõstratisq; cõiũgi:
quoꝝ frõtes uiminea loricula muniretur: ut ab hostibus duplici fossa: du/
plici ꝓpugnatorũ ordĩe defenderetur. quorũ alter ex pontibus quo tutior
ex altitudĩe esset: hoc audacius lõgiusq; promitteret tela. Alter quo propi/
or hostium uallo collocatus esset: ponte ab incidentibus telis tegeret̃. por/
tis fores: altioresq; turres imposuit. Huius munitiõis duplex erat cõsiliũ.
namq; et operis magnitudinem: et timorem suũ sperabat fiduciam barba/
ris allaturum. et cum pabulatum: frumẽtatumq; longius esset proficiscen/
dũ: paruis copiis castra: munitione ipsa uidebat posse defendi. Interim cre/
bro paucis utrinq; procurrentibus inter bina castra: palude interiecta con/
tendebatur. quam tamen paludem nonnunq̃ aut nostra auxilia aut gallo/
rum germanorumq; transibant: acriusq; hostes insequebantur: aut uicissi/
mi hostes eodem transgressi: nostros longius sũmouebant. Accidebat aũt
quotidianis pabulationibus: id quod accidere erat necesse: cũ raris: disiec/
tisq; ex ædificiis pabulum cõquireretur: ut impeditis locis dispersi pabu/
latores circũuenirentur. quæ res et si mediocre detrimentum iumentorum
ac seruorum nostris afferebat: tamen stultas cogitationes incitabat barba/
rorum: atq; eo magis: ꝙ Cõmius: quem profectum ad auxilia germanorũ
accersenda docui: cum equitibus uenerat. qui tametsi numero non ampli/
us erant quingentis: tamen germanorum aduentu barbari nitebãtur. Cæ/
sar cũ animaduerteret hostẽ complures castris dies: palude: et locis natura
munitis se tenere: neq; oppugnare castra eorum sine dimicatione pernitio/
sa: nec locum munitionibus claudi: nisi a maiori exercitu posse: litteras ad
Treboniũ mittit: ut q̃ celerrime possit: legiõem quartamdecimam: quę cũ
T. Sextio legato in biturigibus hyemabat: accerseret: atq; ita cum tribus
legionibus magnis itineribus ad se ueniret. ipse equites ĩuicem remorum
ac lingonum: reliquarumq; ciuitatum: quoꝝ magnum numerum euoca/

uerat: præsidio pabulationibus mittit: qui subitas hostium incursiones su/stinerent. quod cum quotidie fieret: ac iam consuetudine diligẽtia minue/retur: quod plerumque accidit diuturnitate: bellouaci delecta manu pedi/tum cognitis stationibus quotidianis equitum nostrorum: siluestribus lo/cis insidias disponunt. Eodemq; equites postero die mittũt. qui primum elicerent nostros in insidias: deinde circunuentos aggrederẽtur. cuius ma/li sors ĩcidit remis: quibus ille dies fungẽdi muneris obuenerat. Namq; ii cum repẽte hostium equites animaduertissent: ac numero superiores pau/citatem contempsissent: cupidius insequuti peditibus undiq; sunt circun/dati. quo facto perturbati: celerius q̃ consuetudo fert equestris prœlii: se re/ceperunt: amisso Vertisco principe ciuitatis præfecto equitum. qui cũ uix equo propter ætatem posset uti: tamen consuetudine gallorum: neq; ętatis excusatione in suscipienda præfectura usus erat: neq; dimicari sine se uo/luerat. Inflammantur atq; incitantur hostium animi secundo prœlio: prin/cipe et præfecto remorum interfecto. nostriq; detrimento admonentur: di/ligentius exploratis locis stationes disponere. ac moderatius cedentem in/sequi hostem. Non intermittuntur interim quotidiana prœlia in conspec/tu utrorumq; castrorum. quæ ad uada transitusq; fiebant paludis. qua cõ/tentione germani: quos propterea Cęsar traduxerat rhenum: ut equitibus interpositi prœliarẽtur: cum constãtius uniuersi paludem transissent: pau/cisq; in resistendo interfectis: pertinacius reliquam multitudiem essent in/sequuti: perterriti non solum ii: qui aut cominus opprimebantur: aut emi/nus uulnerebantur: sed etiam qui longius subsidiari cõsuerãt / turpiter re/fugerũt: nec prius finem fugæ fecerunt: q̃ se aut ĩ castra suorum reciperẽt: aut nonnulli pudore coacti longius profugerent. Quorum periculo sic omnes copiæ sunt perturbatæ: ut uix iudicari posset utrum secundis mi/nimisque rebus insolentiores: an aduerso mediocri casu timidiores essent. Compluribus diebus iisdem in castris consumptis: cum propius accessis/sent legiones: et. C. Trebonium legatum cognouissent: duces bellouaco/rum ueriti similem obsessionem alexiæ noctu dimittunt eos: quos ætate aut uiribus inferiores: aut inermes habebant: unaq; reliqua impedimenta: quorum perturbatum et confusum dum explicant agmen (magna enim multitudo carrorum etiam expeditos sequi gallos consueuit) oppressi lu/ce copias armatorum in suis instruunt castris: ne prius romani persequi se inciperent: q̃ lõgius agmen impedimẽtorum suorum processisset. At Cę/sar neq; resistentes aggrediendos tanto collis ascensu iudicabat: neq; non usq; eo legiones admouendas: ut discedere ex eo loco sine periculo barba/ri militibus instantibus nõ possent. Itaq; cum palus impedita a castris ca/stra diuideret: quo transeundi difficultas celeritatem ĩsequendi tardare nõ posset: atq; id iugum: quod trans paludem pene ad hostium castra perti/neret: mediocri ualle a castris eorum intercisum animaduerteret: pontibus palude constrata legiones traducit: celeriterq; in summam planitiem iugi

peruenit:quæ decliui faſtigio duobus ab lateribus muniebatur.ibi legionibus inſtructis:ad ultimum iugum peruenit:aciemq; eo loco conſtituit: unde tormento miſſa tela in hoſtium cuneos coniici poſſent. Barbari confiſi loci natura:cum dimicare non recuſarent:ſi forte romani ſubire collem conarentur:ac ipſi paulatim copias diſtributas dimittere non auderent: ne diſperſi perturbarentur:in acie permanſerunt. Quorum pertinacia cognita Cæſar.xx.cohortibus inſtructis:caſtriſq; eo loco metatis muniri iubet caſtra.ac ſolitis operibus pro uallo legiones inſtructas collocat. equites frenatis equis in ſtatione diſponit. Bellouaci cum romanos ad inſequẽdum paratos uiderent:neq; pernoctare:aut diutius permanere ſine periculo eodem loco poſſent:tale conſilium ſui recipiendi cœperunt:faſces ut conſuerant(namq; in acie ſedere gallos conſueſſe:ſuperioribus commẽtariis Cęſaris declaratum eſt) per manus ſtramentoꝝ ac uirgultorum:quorũ ſumma erat in caſtris copia:inter ſe traditos ante aciem collocauerunt :extremoq; tempore diei ſigno pronunciato incenderunt. Ita continens flamma copias omnes repente a conſpectu texit romanorũ:quod ubi accidit barbari uehementiſſimo curſu fugerunt. Cæſar et ſi diſceſſum hoſtium animaduertere non poterat incendiis oppoſitis:tamen id conſilium cum fugæ cauſa initum ſuſpicaretur :legiones promouit:et ad inſequendum ipſe ueritus inſidias:ne forte in eodem loco ſubſiſteret hoſtis,atq; elicere noſtros in locum conaretur iniquum,tardius procedit. Equites cum intrare fumum et flammam denſiſſimam timerent:ac ſi qui cupidius intrauerãt: uix ſuorum ipſi priores partes animaduerterent equorũ inſidias ueriti liberam facultatem ſui recipiendi bellouacis dederunt. Ita fuga timoris: ſimul calliditatis plena ſine ullo detrimento milia non amplius decem progreſſi hoſtes munitiſſimo loco caſtra poſuerunt.inde cum ſæpe in inſidiis equites peditesq; diſponerent:magna detrimenta romanis in pabulationibus inferebant.quod cum crebrius accideret:ex captiuo quodam comperit Cæſar Corbeum bellouacorum ducem:fortiſſimorum milia ſex peditum delegiſſe:equiteſq; ex omni numero mille:quos in inſidiis eo loco collocarat:quem in locum propter copiam frumenti ac pabuli romanos miſſuros ſuſpicaretur. Quo cognito cõſilio legiones plures q̃ ſolebat educit:equitatũq; qua conſuetudine pabulatoribus mittere præſidio conſuerat, præmittit.huic interponit præſidia leuis armaturæ.ipſe cum legionibus q̃ poteſt maxime appropinquat.hoſtes in inſidiis diſpoſiti cũ ſibi delegiſſent campum ad rem gerendam non amplius patentẽ in omnes partes paſſibus mille ſiluis undiq; aut impeditiſſimo flumine munitum,uelut indagine hunc inſidiis circundederunt.explorato hoſtium cõſilio noſtri ad prœliandum animo atq; armis parati: cum ſubſequentibus legionibus nullam dimicationem recuſarent turmatim in eum locum deuenerunt. Quorum aduentu cum ſibi Corbeus oblatam occaſionem rei gerendæ exiſtimaret:primus cum paucis ſe oſtendit:atque in proximas turmas

impetum facit. nostri constanter incursum sustinent insidiatorũ: neq; plures in unum locum conueniunt: quod plerumq; equestribus prœliis cum propter aliquem timorem accidit: tum multitudine ipsorum detrimẽtum accipitur. cum dispositis turmis inuicem rari prœliarentur: neq; ab laterib9 circũueniri suos paterentur: erũpunt cæteri Corbeio prœliãte ex siluis. fit magna contentione diuersum prœlium: quod cum diutius pari marte iniretur: paulatim ex siluis instructa multitudo procedit peditum: quæ nostros coegit cedere equites: quibus celeriter subueniunt leuis armaturę pedites: quos ante legiones missos docui: turmisq; nostrorũ interpositis cõstanter prœliantur. pugnatur aliquandiu pari conditione. deinde ut ratio postulabat prœlii: qui sustinuerãt primos impetus insidiarum: hoc ipso fiunt superiores ꝙ nullum ab insidiantibus imprudentes acceperant detrimentum. Accedunt propius interim legiones: crebriq; eodem tempore et nostris et hostibus nuntii afferuntur: Imperatorem instructis copiis adesse. Qua re cognita præsidio cohortium confisi nostri acerrime prœliantur: ne si tardius rem gessissent: uictoriæ gloriam communicasse cum legionibus uiderentur. Hostes concidunt animis: atq; itineribus diuersis fugam quærunt nequicq̃. Nam quibus difficultatibus locorũ romanos claudere uoluerunt: his ipsi tenebantur. uicti tamen: perculsiq; maiori parte amissa cõsternati profugiunt. partim siluis petitis partim flumine: qui tamen in fuga a nostris acriter insequentibus conficiuntur. Cum interim nulla calamitate uictus Corbeius excederet prœlio: siluasq; peteret: haud ĩuitãtibus nostris ad deditionem potuit adduci: quin fortissime prȩliando: complauresq; uulnerando cogeret elatos iracundia uictores in se tela conicere. tali modo re gesta recentibus prœlii uestigiis ingressus Cæsar: cum uictos tanta calamitate existimaret hostes nuntio accepto locum castrorum relictu ros: quæ non longius ab ea cæde abesse: plus minus nouem milibus dicebantur: tametsi flumine impeditum trãsitum uidebat: tamen exercitu traducto progreditur. At bellouaci reliquæq; ciuitates repente ex fuga paucis atq; his uulneratis receptis qui siluarum beneficio casum euitauerant: omnibus aduersis cognita calamitate: ĩterfecto Corbeio, amisso equitatu: et fortissimis peditibus: cum aduentare romanos existimarẽt: concilio repente cantu tubarum conuocato: conclamant ut legati: obsidesq; ad Cæsarem: mittantur. Hoc omnibus probato consilio Cõmius Atrebas ad eos confugit germanos: a quibus ad id bellum auxilia mutuatus erat. Cæteri e uestigio mittunt ad Cæsarem legatos: petuntq; ut ea pœna sit contentus hostium: quam si sine dimicatione inferre integris posset: pro sua clæmentia humanitateq; nũq̃ profecto esset illaturus. afflictas opes equestri prœlio bellouacorum esse: delectorum peditum multa milia interisse: uix refugisse nuntios cædis: tamen magnum: ut in tanta calamitate bellouacos eo prœlio commodum esse consequutos: ꝙ Corbeius auctor belli concitator multitudinis esset interfectus. Nunq̃ enim senatum tantum in ciui

tare illo uiuo:quantum imperitam plebem potuisse. Hæc orantibus lega-
tis commemorat Cæsar:eodem tempore superiore anno bellouacos cæte-
rasque galliæ ciuitates suscepisse bellum pertinacissime. hos ex omnibus
in sententia permansisse:neqꝫ ad sanitatem reliquorum deditione esse per-
ductos. Scire atqꝫ intelligere se,causam peccati facillime mortuis delegari.
neminem uero tantum pollere:ut inuitis principibus,resistẽte senatu:om-
nibus bonis repugnantibus:infirma manu plebis bellum concitare et ge-
rere posset. Sed tamen se contentum ea pœna:quam sibi ipsi contraxissent.
Nocte insequenti legati responsa ad suos referunt:obsides conficiunt. Cõ-
currunt reliquarum ciuitatum legati:qui bellouacorum speculabantur e-
uentum:obsides dant:imperata faciunt,excepto Cõmio:quem timor ꝓ-
hibebat cuiusꝗ fidei suam committere salutem. Nam superiore anno. T.
Labienus Cæsare in gallia citeriore ius dicente:cum Cõmium comperis-
set sollicitare ciuitates:et coniurationem contra Cęsarem facere,infidelita-
tem eius sine ulla perfidia iudicauit comprimi posse:quem quia non arbi-
trabatur uocatum in castra uenturum,ne tentando cautiorẽ faceret. C. Vo-
lusenum Quadratum misit:qui eum per simulationem colloquii curaret
interficiendum. Ad eam rem delectos idoneos ei tradidit centuriones : cũ
in colloquium uentum esset:et ut conuenerat:manum Commii Voluse-
nus arripuisset:centurio uelut insueta re permotus:celeriter a familiaribus
prohibitus Commii:conficere hominem non potuit:grauiter tamen pri-
mo ictu gladio percussit. Cum utrinqꝫ gladii districti essent:non tam pu-
gnandi:ꝗ diffugiendi fuit utrorumqꝫ consilium.nostrorum: ꝙ mortifero
uulnere Commium credebant affectum:gallorũ:ꝙ insidiis cognitis: plu-
ra ꝗ uidebant:extimescebant:Quo facto statuisse Cõmius dicebatur:nũꝗ
in conspectu cuiusꝗ romani uenire. Bellicosissimis gentibus deuictis Cæ-
sar cum uideret nullam iam esse ciuitatem:quæ bellũ id pararet:quod sibi
resisteret:sed nõnullos ex oppidis demigrare:ex agris effugere:ad pręsens
imperium euitandum:plures in partes exercitum dimittere constituit. M.
Antonium quæstorem:cum legione duodecima sibi coniungit. C. Fabiũ
legatũ cũ cohortibus uigintiquinqꝫ mittit in diuersissimã partẽ galliæ: ꝙ
ibi quasdã ciuitates in armis esse audiebat:neqꝫ. C. Caniniũ Rebiliũ lega-
tũ:qui in illis regionibus præerat satis firmas duas legiones habere existi-
mabat. T. Labienũ ad se uocat. Legionẽ aũt duodecimã:quę cũ eo fuerat
in hybernis in togatã galliã mittit ad colonias ciuiũ romanorũ tuendas:
ne qđ simile incõmodũ accideret de ĩcursione barbarorꝝ:ac superiore ęsta-
te tergestinis acciderat:qui a repentino latrocinio atqꝫ impetu in colle illo-
rum erant oppressi.ipse ad uastandos depopulãdosqꝫ fines Ambiorigis ꝓ-
ficiscitur:quẽ perterritũ:atqꝫ fugientẽ cũ redigi ĩ suã potestatẽ desperasset:
proximũ suæ dignitati esse ducebat:adeo fines eius uastare ciuibus:ædifi-
ciis:pecore:ut odio suorũ Ambiorix:si quos fortuna reliquos fecisset:nul-
lum reditũ propter tantas calamitates haberet in ciuitatẽ. Cũ in oẽs partes

finium Ambiorigis:aut legiones:aut auxilia dimisisset:atq; oĩa cædibus: incendiis:rapinis uastasset:magno numero hominũ interfecto aut capto: Labienũ cũ duabus legionibus in treuiros mittit:quorum ciuitas propter germaniæ uicinitatẽ:quotidianis exercita bellis:cultu et feritate non multum a germanis differebat:neq; impata unq̃ nisi exercitu coacta faciebat. interim.C.Caninius legatus cum magnam multitudinem cõuenisse hostium in fines pictonum litteris nuntiisq; Duratii cognouisset:qui perpetuo in amicitia manserat romanorũ:cum pars quædã ciuitatis eius defecisset:ad oppidum lemonem contendit.quo cum aduentaret:atq; ex captiuis certius cognosceret multis hoĩum milibus Dũnaco duce:andiũ Duratium clausum lemone oppugnari:neq; infirmas legiones hostibus committere auderet:castra posuit loco munito.Dumnacus cũ appropinquare Caninium cognouisset:copiis omnibus ad legiones cõuersis:castra romanorum oppugnare instituit.Cum plures dies in oppugnatione consumpsisset:et magno suorum detrimento:nullam partem munitionum conuellere potuisset:rursus ad obsidendum lemonem redit.eodem tempore.C.Fabius legatus complures ciuitates in fidem recipit.obsidibus firmat.litterisque.C.Caninii certior fit quæ in pictionibus gerantur.Quibus rebus cognitis proficiscitur ad auxilium Duratio ferendum.at Dumnacus aduentu Fabii cognito:despata salute si tpe eodẽ coactus esset: et romanum exercitũ sustinere hostẽ:et respicere ac timere oppidanos:repente eo ex loco cum copiis recedit.nec se satis tutũ fore arbitrat̃:nisi flumine ligeri: qđ erat ponte ꝓpter magnitudinẽ transeundũ:copias traduxisset.Fabius et si nõdũ in cõspectũ uenerat hostis:neq; se Caninio cõiũxerat:tamen doctꝰ ab iis:qui locoꝝ nouerãt naturã:potissimũ credidit hostes perterritos: nõ eum locũ quẽ petebãt:petituros.Itaq; cũ copiis ad eundẽ pontẽ cõtendit. equitatũq; tantũ ꝓcedere ante agmen impat legionũ:quãtũ processisset sine defatigatione equorum:in eadẽ se reciperẽt castra.Consequũt̃ equites nostri:ut erat præceptũ:ĩuadũtq; Dũnaci agmen:et fugiẽtes perterritosq; sub sarcinis in itinere aggressi:magna præda:multis ĩterfectis potiunt̃.Ita re bene gesta se recipiũt in castra.insequenti nocte Fabius equites præmittit sic paratos:ut cõfligerẽt:atq; omne agmen morarent̃:dũ cõsequeretur ipse.cuius præceptis ut res gereretur.Q.Titatius Varus præfectus equitũ singularis et aĩ et prudentiæ uir:suos hortatur:agmenq; hostiũ sequutus turmas partim idoneis locis disponit:partim eqtũ prœliũ cõmittit.Cõfligit audacius eqtatus hostiũ:succedentibus sibi peditibus.qui toto agmĩe subsistentes eqtibus suis cõtra nr̃os ferũt auxiliũ.fit prœliũ acri certamĩe. nãq; nostri cõtẽptis pridie supatisq; hostibus:cũ subsequi legiones meminissent:et pudore cedẽdi:et cupiditate p se cõficiẽdi prœlii fortissime cõtra pedites prœliantur.hostesq; nihil amplius copiarum accessurũ credẽtes: ut pridie cognouerant:delendi eqtatus nostri nacti occasionem uidebant̃.cũ aliquãdiu sũma cõtentione dimicaret̃,Dũnacus ĩstruit aciem:q̃ suis esset

equitibus inuicem præsidio: cum repente cõsertæ legiões in conspectum hostium ueniunt. quibus uisis pculsæ barbarorum turmæ ac perterritæ: acies hostiũ perturbato impedimẽtorum agmine: magno clamore discursuq; passim fugæ se mãdant. at nři eqtes q pauloante: cũ resistẽtibus fortissime cõflixerãt: lætitia uictoriæ elati magno undiq; clamore sublato: cedentibus circunfusi: quãtum equorum uires ad psequẽdum: dextræq; ad cædendũ ualent tantum eo prœlio ĩterficiunt. itaq; amplius milibus. xii. aut armatorum: aut eorum qui eo tpe arma proiecerant interfectis: oĩs multitudo capitur impedimẽtorum. Qua ex fuga cũ cõstaret Drapetẽ senonẽ: qui: ut primũ defecerat gallia: collectis undiq; pditis hoĩbus: seruis ad libertatẽ uocatis: exulibus oĩum ciuitatũ receptis: latrociniis impedimẽta et cõmeatus romanorum intercepat: nõ amplius hoĩum milibus ex fuga. v. collectis prouinciam petere: unaq; cõsiliũ cũ eo Luterium Cadurcũ cœpisse: quẽ in superiori cõmentario: prima defectione galliæ facere in prouinciam uoluisse impetum cognitum est. Caninius cum legionibus duabus ad eos persequendos contendit: ne detrimento: aut timore prouinciæ: magna infamia perditorũ hoĩum latrociniis caperetur. C. Fabius cum reliquo exercitu in carnutes reliquasq; pficiscitur ciuitates: quarũ eo prœlio quod cũ Dũnaco faceret: copias esse accitas sciebat. Non enim dubitabat quin recenti calamitate summissiores essent futuræ. dato uero spatio ac tempore eodem instigãte Dumnaco possent cõcitari. qua in re summa felicitas celeritasq; in recipiendis ciuitatibus Fabium cõsequitur. nam carnutes qui sæpe uexati nunq̃ pacis fecerãt mẽtionẽ: datis obsidibus ueniũt in deditionẽ: cæteręq; ciuitates positæ in ultimis gallię finibus oceano cõiunctæ: quæ armoricæ appellantur: auctoritate adductę carnutum: aduentu Fabii legionũq; imperata sine mora faciunt. Dumnacus suis finibus expulsus errans latitãsq; solus: extremas galliæ regiones petere coactus est. At Drapes unaq; Luterius cum legiones Caniniũq; adesse cognoscerẽt: nec se sine certa pernitie: persequente exercitu putarent prouinciæ fines intrare posse: nec tam libere uagandi: latrociniorumque faciendorum facultatẽ haberent: in finibus se constituũt cadurcorum. Ibi cum Luterius apud suos ciues quondam integris rebus multum potuisset: semperque auctor nouorũ cõsiliorum magnam apud barbaros auctoritatem haberet: oppidum uxellodunum: qd' in clientela fuerat eius: egregie natura munitum occupat suis et Draperis copiis: oppidanosque sibi cõiungit. Quo cũ cõfestim. C. Caninius uenisset aĩaduerteretque omnes oppidi ptes præruptissimis saxis esse munitas: q; defendente nullo: tamen armatis ascendere esset difficile: magna autem impedimenta oppidanorũ uideret: quæ si clandestina fuga subtrahere conarentur: effugere non modo equitatum: sed ne legiones quidem possent: tripartito cohortibus diuisis: trina excelsissimo loco castra fecit: a qb' paulatim castris quãtum copiæ patiebantur: uallum in oppidi circuitu ducere instituit. Quod cũ aĩaduerterent oppidani miserrimaque alexię memoria

ſolliciti ſimilem caſum obſeſſionis uererentur: Maxime que ex omnibus
Luterius: qui fortunæ illius periculum fecerat: moneret rationem frumen/
ti eſſe habendam: conſtituunt omnium conſenſu: parte ibi relicta copia/
rum: ipſi cum expeditis ad importandum frumentum proficiſci. Eo con/
ſilio probato: proxima nocte duobus milibus armatorũ relictis: reliquos
ex oppido Drapes et Luterius educunt. Ii paucos dies morati ex finibus
cadurcorum: qui partim re frumentaria ſubleuare eos cupiebant: partim
prohibere: quo minus ſumerent: nõ poterant: magnum numerum frumẽ/
ti comparare. Nonnunq̃ autem expeditionibus nocturnis caſtella noſtro/
rum adoriũtur. Quam ob cauſam. C. Caninius toto oppido munitiones
circundare conatur. ne aut opus effectum tueri non poſſet: aut plurimis in
locis infirma diſpoſita præſidia haberet. magna copia frumenti compara/
ta: conſident Drapes et Luterius non longius ab oppido. x. milibus. unde
paulatim frumentum in oppidum ſupportarent: ipſi inter ſe prouincias
partiuntur. Drapes caſtris præſidio cum parte copiarum reſtitit. Luterius
agmen iumentorum ad oppidum adducit. diſpoſitis ibi præſidiis: hora
noctis circiter decima: ſilueſtribus anguſtiſſimiſq; itineribus frumentum
importari in oppidum inſtituit. quorum ſtrepitum uigiles caſtrorum cum
ſenſiſſent: exploratoreſq; miſſi quæ agerentur renunciaſſent. Caninius ce/
leriter cum cohortibus armatis ex proximis caſtellis in frumentarios ſub
ipſam lucem impetum fecit. ii repentino malo perterriti diffugiunt ad ſua
præſidia: quæ noſtri ut uiderunt acrius contra armatos incitati: neminem
ex eo numero uiuum capi patiuntur. Profugit inde cum paucis Luterius:
nec ſe recipit in caſtra. Re bene geſta Caninius ex captiuis comperit par/
tem copiarũ cum Drapere eſſe in caſtris a milibus non longe amplius. xii.
qua re ex compluribus cognita: cum intelligeret fugato duce altero: per/
territos reliquos facile opprimi poſſe: magnę felicitatis eſſe arbitrabatᷣ ne/
minem ex cæde refugiſſe in caſtra: qui de accepta calamitate nuntiũ Dra/
peri perferret. Sed in experiẽdo cum periculum nullum uideret: equitatum
omnem germanoſq; pedites ſummæ uelocitatis homines ad caſtra hoſti/
um præmittit. Ipſe legionem unam intra caſtra diſtribuit. alteram ſecum
expeditam ducit. Cum propius hoſtẽ acceſſiſſet: ab exploratoribus: quos
præmiſerat: cognoſcit caſtra eorum (ut barbarorum fere conſuetudo eſt)
relictis locis ſuperioribus ad ripas eſſe fluminis demiſſa. At germanos e/
quiteſque imprudentibus omnibus de improuiſo aduolaſſe: et prœlium
commiſiſſe. Qua re cognita: legionem armatam inſtructamq; adducit.
ita repente omnibus ex partibus ſigno dato loca ſuperiora capiũtur. quod
ubi accidit germani equiteſque ſignis legionis uiſis uehementiſſime prœ/
liantur. confeſtim cohortes undiq; impetum faciunt. omnibuſque aut in/
terfectis: aut captis: magna p̃da potiuntur. Capitur ipſe eo prœlio Drapes.
Caninius feliciſſime re geſta ſine ullo pene militis uulnere: ad obſidendos
oppidãos reuertitᷣ, externoq; hoſte deleto: cui9 timore ãtea diuiderẽ p̃ſidia;

et munitione oppidanos circundare prohibitus erat: opera undiq; imperat administrari. Venit eodem cum suis copiis postero die. C. Fabius: partẽq; oppidi sumit ad obsidendum. Cæsar interim. M. Antonium quæstorem cum cohortibus. xv. in belgis relinquit: ne qua rursus nouorum consiliorum capiẽdorum belgis facultas daretur. ipse reliquas ciuitates adit. obsides plures imperat. timentes omnium animos consolatiõe facta sanat. Cũ in carnutes uenisset: quorum in ciuitate superiore commentario Cæsar exposuit initium belli esse ortum: q; præcipue eos propter conscientiam facti timere aduertebat: quo celerius ciuitatem liberaret: principem sceleris illius: et cõcitatorem belli Gutruatum ad supplicium deposcit: qui et si nõ ciuibus quidem suis se committebat: tamen celeriter omnium cura quæsitus in castra perducitur. Cogitur in eius supplicium Cæsar contra naturam suam concursu maximo militum: qui omnia pericula et detrimenta belli a Gutruato accepta referebant: adeo ut uerberibus exanimatum corpus securi feriretur. Ibi crebris litteris Caninii fit certior: quę de Drapete et Luterio gesta essent: quo q; in cõsilio permanerent oppidani: quorum et si paucitatem contemnebat: tamen pertinaciam magna pœna esse afficiendã iudicabat: ne uniuersa gallia non ibi uires defuisse ad resistendum romanis: sed constantiam putaret: ne ue hoc exemplo cæteræ ciuitates locorum opportunitate fretæ se uindicarent in libertatem: cum omnibus gallis notum esse sciret: reliquam esse unam æstatem suæ prouinciæ: quam si sustinere possent: nullum ultra periculum uererentur. Itaq;. C. Calenum legatum cum legiõibus reliquit: qui iustis itineribus subsequeretur. Ipse cum omni equitatu: q̃ potest celerrime ad Caninium cõtendit. cum contra expectationem omnium Cæsar uxellodunum uenisset: oppidumque operibus clausum animaduerteret: neq; ab oppugnatiõe recedi uideret ulla cõditione posse: magna autem copia frumenti abundare oppidanos ex perfugis cognouisset: aqua prohibere hostem tentare cœpit. flumen infimam uallem diuidebat: quæ pene totum montem cingebat: ĩ quo positum erat præruptum undique oppidum uxellodunum. Hoc aduertere loci natura prohibebat. ĩ infimis enim sic radicibus montis ferebatur: ut nullam in partem depressis fossis deriuari posset. Erat autem oppidanis difficilis et præruptus eo descensus: ut prohibentibus nostris sine uulneribus ac periculo uitæ neq; adire flumen: neq; arduo se recipere possent ascẽsu. Qua difficultate eorum cognita: Cæsar sagitariis funditoribusque dispositis: tormentis etiã quibusdam locis contra facillimos descensus collocatis: aqua fluminis prohibebat oppidanos: quorum postea omnis multitudo aquatum unum in locum conueniebat sub ipsius oppidi murum: ubi magnus fons aquę prorumpebat ab ea parte quæ fere pedum. ccc. interuallo fluminis circuitu uacabat. Hoc fonte prohiberi posse oppidanos cum optarent reliq: Cæsar unus uideret nõ sine magno p̃iculo: e regiõe eius uineas agere aduersus montẽ: et aggerẽ instruere cœpit: magno cum labore et continua

dimicatione. Oppidani enim loco ſuperiore decurrunt: et eminus ſine pe/
riculo prœliantur: multoſq; pertinaciter ſuccedentes uulnerant. non deter/
rentur tamen milites noſtri uineas proferre: et labore atq; operibus locorũ
uincere difficultates. Eodem tẽpore cuniculos tectos ad aggeres ac uineas
agunt ad caput fontis. quod genus operis ſine ullo periculo: et ſine ſuſpi/
cione hoſtium facere licebat. Extruitur agger in altitudinem pedum ſex:
collocatur in eo turris. x. tabulatorum non quidem quæ mœnibus æqua/
retur (id enim nullis operibus effici poterat) ſed quæ ſuperare fontis faſti/
gium poſſet. Ex ea cum tela tormentis iacerẽtur ad fontis aditum: nec ſi/
ne periculo poſſent aquati oppidani: non tantum pecora atq; iumenta: ſed
etiam magna hoſtium multitudo conſumebatur. quo malo perterriti op/
pidani: cuppas ſeuo pice ſcãdulas complent. eas ardentes in opere prouo/
luunt. Eodem tempore acerrime prœliantur: ut ab incendio reſtinguendo
dimicationis periculo deterreant romanos. Magna repente in ipſis operi/
bus flamma extitit. quæcunq; enim per locum præcipitem miſſa erant: ea
uineis et aggere ſuppreſſa cõprehendebãt id ipſum quod morabatur. Mi/
lites contra noſtri: q̃q̃ periculoſo genere prœlii locoq; iniquo premerẽtur:
tamen omnia fortiſſimo ſuſtinebant animo. Res enim gerebatur et excel/
ſo loco: et in cõſpectu exercitus noſtri. magnus utrinq; clamor oriebatur:
ita ut quiſq; poterat maxime inſignis quo notior teſtatiorque uirtus eſſet
eius: telis hoſtium flammæque ſe offerebant. Cæſar cum complures ſuos
uulnerari uideret: ex omnibus oppidi partibus cohortes montem aſcen/
dere: et ſimulatione mœnium occupandorum clamorẽ undiq; iubet tol/
lere. Quo facto perterriti oppidani: cũ quid ageretur in locis reliquis eſ/
ſent ignari: ſuſpenſi reuocant ab impugnandis operibus armatos: muriſq;
diſponunt. Ita noſtri fine prœlii facto celeriter opera flamma comprehen/
ſa partim reſtinguunt: partim reſcindunt: partim interſcindunt. Cum per/
tinaciter reſiſterent oppidani magna etiã parte amiſſa ſiti ſuorum: in ſen/
tentia permanebant. Ad poſtremum cuniculo uenæ fontis interciſæ ſunt
atq; auerſæ. quo facto repente perennis exaruit fons: tantamq; attulit op/
pidanis ſalutis deſperationem: ut id non hominum conſilio: ſed deorum
uoluntate factum putarent. Itaq; ſe neceſſitate coacti tradiderunt. Cæſar
cum ſuam lenitatem cognitam omnibus ſciret: neque uereretur: ne quid
crudelitate naturæ uideretur aſperius feciſſe: neq; exitum cõſilorum ſuo/
rum animaduerteret: ſi tali ratione diuerſis in locis plures cõſilia iniſſent:
exemplo ſupplicii deterrendos reliquos exiſtimauit. Itaque omnibus qui
arma tulerant manus præcidit: uitamq; conceſſit: quo teſtatior eſſet pœ/
na improborũ. Drapes quem captum eſſe a Caninio docui: ſiue indigna/
tione et dolore uinculorum: ſiue timore grauioris ſupplicii: paucis die/
bus cibo ſe abſtinuit: atque ita interiit. Eodem tempore Luterius: quem
profugiſſe ex prœlio ſcripſi: cum in poteſtatem ueniſſet Epaſnacti ar/
ueni: crebro enim mutandis locis multorum fidei ſe commendabat:

ꝙ nusq̄ sine periculo moraturus uidebatur: cum sibi cōscius esset: q̄ inimicum deberet Cęsarem habere. Hūc Epasnactus aruernus amicissimus po. ro. sine dubitatione ulla uinctum ad Cæsarem deduxit. Labienus interim in treuiris equestre prœlium fecit secūdum: compluribus treuiris interfectis et germanis/ qui nullis aduersus romanos auxilia denegabant/ principes eorum uiuos in suam redegit potestatem. atq; in iis Surum heduum: qui et uirtutem et generis summā nobilitatem habebat: solusq; ex heduis ad id tempus permanserat in armis. Ea re cognita Cęsar cum in omnibus partibus galliæ bene res gestas uideret: iudicaretque superioribus æstiuis galliam deuictam et subactam esse: aquitaniamq; ꝙ nunq̄ ipse adisset: per .P. Crassum quadam ex parte deuicisset: cum duabus legionibus in eam partem galliæ est profectus: ut ibi extremum tempus consumeret æstiuorum: quam rem sicut cætera: celeriter feliciterq; confecit. namq; omnes aqtaniæ ciuitates legatos ad Cæsarem miserunt: obsidesq; ei dederunt. Quibus rebus gestis: ipse cum equitum præsidio narbonem ꝓfectus est. exercitum per legatos in hyberna deduxit. quatuor legiones in belgio collocauit. cum. M. Antonio: et. C. Trebonio: et. P. Vatinio legatis: duas legiones in heduos deduxit: quorum in omni gallia summam esse auctoritatem sciebat/ duas in turones ad fines carnutum posuit: quæ omnem illam regionem coniunctam oceano cōtinerent: duas reliquas in lemouicum finibus nō lōge ab aruernis: ne qua pars galliæ uacua ab exercitu esset. Paucos dies ipse in prouincia moratus: cum celeriter omnes cōuentus percurrisset: publicas controuersias cognouisset: benemeritis premia tribuisset: cognoscendi enim maximam facultatem habebat: quali quisq; fuisset aīo in totius galliæ defectione: quam sustinuerat: fidelitate atq; auxiliis /prouinciæ illius confectis rebus: ad legiones in belgium se recipit. hybernatq; nemetocernæ. Ibi cognoscit Commium atrebatem prœlio cum equitatu suo contendisse. Nam cum Antonius in hyberna uenisset: ciuitasque atrebatum in officio esset: Commius qui post illam uulnerationem: quam supra memoraui: semper ad omnes motus paratus suis ciuibus esse consuesset: ne consilia belli quærentibus auctor armorum duxque deesset parente romanis ciuitate: cum suis equitibus se suosq; latrociniis alebat. Infestisq; itineribus commeatus complures qui comportabantur in hyberna romanorum intercipiebat. Erat attributus Antonio præfectus equitum. C. Volusenus quadratus: qui cum eo hybernaret. hūc Antonius ad persequēdū equitatum hostium mittit. Volusenus ad eā uirtutem: quæ singularis erat in eo magnum odium Cōmii adiungebat: quo libentius id faceret: quod imperabatur. Itaque dispositis insidiis: eius sæpius eqtes aggressus secunda prœlia faciebat. Nouissime cum uehementius contenderet: ac Volusenus ipsius intercipienda Commii cupiditate: pertinatius cum paucis īsecutus esset: ille autem fuga uehemēti Volusenum produxisset longius: tū repente omnium suorum inuocat fidem: atq; auxilium: ne sua uulnera per

fidem interpositam paterentur impunita: conuersoq; equo se a cæteris incautius præmittit in præfectum. Faciũt hoc idẽ oẽs eius equites: paucosq; nostros cõuertunt: atq; insequunt᷑. Cõmius incensum calcaribus equũ cõiũgit equo Quadrati: lanceaq; ĩfesta magnis uiribus mediũ femur traiicit Voluseni. præfecto uulnerato nõ dubitãt nostri resistere: et cõuersis equis hostẽ pellere. Qđ ubi accidit cõplures hostiũ magno nostrorũ ĩpetu ꝑculsi uulnerant᷑: et partim in fuga ꝓterunt᷑: partim intercipiunt᷑. Qđ ubi malũ dux equi uelocitate uitauit: ac si erat prœlio scđo grauiter ab eo uulneratus ꝑfectus: ut uitæ periculũ aditurus uideret᷑: refertur in castra. Cõmius aũt siue expiato dolore suo: siue magna parte amissa suorũ: legatos ad Antonium mittit. seq; ibi futurũ ubi præscripserit: et ea facturũ quæ imperauerit: obsidibus firmat. Vnũ erat illud: ut timori suo cõcedat᷑: ne in cõspectũ ueniat cuiusq̃ romãi. Cuius postulationẽ Antonius cũ iudicaret ab iusto nasci timore: ueniã petẽti dedit. obsides accepit. Scio Cæsarem singulorũ annorũ singulos cõmẽtarios fecisse. qđ ego nõ existimaui mihi faciendũ: ꝓpterea ꝙ ĩsequẽs ãnus. L. Lẽtulo: et. C. Marcello cõsulibus nullas habet galliæ magnoꝑe res gestas. ne qs tñ ignoraret: qbus in locis Cæsar: exercitusq; eo tpe fuissent: pauca scribẽda cõiũgẽdaq; huic cõmẽtario statui. Cæsar cũ in belgio hyemaret: unũ illud ꝓpositũ habebat cõtinere in amicitia ciuitates: nulli spem aut cãm dare armorũ. nihil. n. min⁹ uolebat: q̃ sub discessu suo necessitatẽ sibi aliquã ĩponi belli gerẽdi: ne cũ exercitũ deducturus esset: bellũ aliquod relinqueret᷑: qđ oĩs gallia libenter sine pñti periculo susciperet. Itaq; honorifice ciuitates appellãdo: prĩcipes maximis premiis afficiẽdo: nulla onera ĩponẽdo: defessã tot aduersis prœliis galliã cõditiõe parcẽdi meliore: facile ĩ pace cõtinuit. Ipse hybernis pactis: cõtra cõsuetudinẽ in italiã maximis itinerib⁹ ẽ ꝓfectus: ut municipia et colonias appellaret: quibus. M. Antonii quæstoris sui cõmẽdauerat sacerdotii petitionẽ. Cõtẽdebat. n. gr̃a cũ libẽter ꝓ hoĩe cõiunctissimo: quẽ pauloante præmiserat ad petitionẽ: tũ acriter cõtra factionẽ et potẽtiã paucorũ: q. M. Antõii repulsa Cæsaris decedentis gr̃am cõuellere cupiebãt. Hũc et si augurẽ pri⁹ factũ: q̃ italiã attingeret ĩ itinere audierat: tñ nõ minus iustã sibi cãm municipia et colonias adeũdi existimauit: ut iis gr̃as ageret: ꝙ frequẽtiã atq; officium suũ Antonio præstitissent. simulq; se et honorẽ suũ ĩsequẽtis ãni cõmẽdaret petitione: ꝓpterea ꝙ insolenter aduersarii sui gloriarent᷑. L. Lẽtulũ: et. C. Marcellũ cõsules creatos: qui oẽm honorẽ et dignitatẽ Cęsaris spoliarent. ereptũ Sergio Galbæ consulatũ: cũ is multo plus gr̃a suffragiis ualuisset: ꝙ sibi cõiunctus et familiaritate et necessitudine legationis esset. Exceptus est Cæsaris aduentus ab oĩbus municipiis et coloniis ĩcredibili honore: atq; amore. Tũ enim primũ ueniebat ab illo uniuerso gallię bello: nihil relinquebat᷑: qđ ad ornatũ portarũ: itinerũ: locorũq; oĩum qua Cæsar itur⁹ erat excogitari posset. Cũ liberis oĩs multitudo obuiã ꝓcedebat. Hostię oĩbus locis ĩmolabãt᷑. Tricliniis stratis fora: tẽplaq; occupabãt᷑: ut uel

expectatissimi triumphi lætitia pcipi posset: Tanta erat magnificētia apud opulentiores: cupiditas apud humiliores. Cū oēs regiones galliæ togatæ Cæsar pcurrisset: sūma cū celeritate ad exercitū nemetocernā rediit. legionibusq; ex oībus hybernis ad fines treuirorū aduocatis: eo pfectus ē: ibiq; exercitū lustrauit. T. Labienū galliæ togatæ præfecit: quo maiore cōmēdatione cōciliaret ad cōsulatus petitionē. Ipse tātū itinerꝶ faciebat: quantū satis esse ad mutationē locorꝶ pp̄ter salubritatē existimabat. Ibi q̄q̄ crebro audiebat Labienū ab iimicis suis sollicitari: certiorq; fiebat: id agi paucorꝶ cōsiliis: ut interposita senatus auctoritate: aliq̄ parte exercitus spoliaret: tñ neq; de Labieno credidit qcq̄: neq; cōtra senatus auctoritatē: ut aliquid facere: potuit adduci. Iudicabat. n. liberis sentētiis. P. C. cām suā facile obtineri. Nam. C. Curio tri. ple. cū Cæsaris cām dignitatēq; defendēdā suscepisset: sępe erat senatui pollicitꝰ si quē timor armorꝶ Cęsaris lęderet: et quoniā Pōpeii domīatio atq; arma nō minimū ī foro terrorē ferrēt: discederet uterq; ab armis: exercitusq; dimitteret. fore eo facto liberā et sui iuris ciuitatē. neq; hoc tātū pollicitus ē: sed ēt p se discessionē facere cœpit. quod ne fieret: oēs amici Pōpeii iusserūt. atq; ita rē moderando discesserūt. Magnū hoc testimoniū senatus erat uniuersi: cōueniensq; supiori facto. Nā Marcellus pximo āno cū īpugnaret Cæsaris dignitatē: cōtra legē Pompeii et Crassi: retulerat ante tēpus ad senatū de Cęsaris puinciis: sentētiisq; dictis. discessionē faciente Marcello: q sibi oēm dignitatē ex Cæsaris īuidia q̄rebat: senatus frequens ī oīa alia trāsiit. qbus nō frāgebāt aī inimicorꝶ Cæsaris: sed admonebāt: quo maiores parent necessitudines: qbus cogi posset senatus id pbare: qđ ipsi cōstituisset. fit deinde. S. C. ut ad bellum parthicū legio una a Gn. Pompeio: altera a. C. Cæsare mitterēt: neq; obscure hæ duę legiones uni Cęsari detrahūt. Nā. Gn. Pompeius legionē primā quā ad Cæsarem miserat cōfectam ex delectu prouinciæ: Cæsari eam tanq̄ ex suo numero dedit. Cæsar tamen cum de uoluntate aduersariorum se expoliari nemini dubium esset: Pompeio legionē remisit: et suo nomine. xv. legionem: quam in gallia habuerat citeriore ex. S. C. ei iubet tradi. In eius locum. xiii. legionem in italiam mittit: quæ præsidia tueretur. ex quibus p̄sidiis deciaquita deducebatur. Ipse exercitū distribuit p hyberna. C. Trebonium cum legionibus quatuor in belgio collocat. C. Fabium cum totidem in heduos deducit. Sic. n. existimabat tutissimam fore galliā si belgæ: quorum maxima uirtus: et hedui: quorꝶ auctoritas summa esset: exercitibus continerentur. Ipse in italiam profectus est. Quo cum uenisset: cognoscit per. M. Marcellum cons. legiones duas a se remissas: quæ ex. S. C. deberent ad parthicum bellū duci/Gn. Pompeio traditas: atq; in italia retentas esse. Hoc facto: q̄q̄ nulli erat dubiū: quin arma contra Cęsarem pararentur: tamen eo Cęsar omnia patienda esse statuit: q; sibi spes aliqua relinqueretur: iure potius disceptandi: q̄ belli gerendi.

# CAII IVLII CAESARIS BELLI CIVILIS POMPEIANI COMMENTARIVS PRIMVS.

ITTERIS A FABIO.C.CAESARIS consulibus redditis ægre ab iis impetratum est summa tri. pl.contentione ut in senatu recitarentur. Vt uero ex litteris ad senatum referretur impetrari non potuit: Referunt consules de repub.in ciuitate. L. Lentulus consul senatui reiq; pub.se non defuturum pollicetur: si audacter ac fortiter sentẽtias dicere uelint. Si Cæsarem respiciant:atq; eius gratiam sequãtur:ut superioribus fecerũt temporibus/se sibi consilium capturum:neq; senatus auctoritati obtemparaturum.habere se quoq; ad Cæsaris gratiam atq; amicitiam receptũ. In eãdem sententiam loquitur Scipio. Pompeio esse in aĩo reip.nõ deesse: si senatus sequatur.si cunctetur:aut agat lenius:nequaq̃ eius auxiliũ (si postea uelit)senatũ ĩploraturũ. Hæc Scipionis oratio:q senatus in urbe habebat̃: Pompeiusq; aderat:ex ipsius ore Pompeii mitti uidebat̃. Dixerat aliquis leniorem sñiam:ut primo. M. Marcellus ingressus in eã oĩonem:nõ oportere ante de ea re ad senatum referri:q̃ delectus tota italia habiti:et exercitus cõscripti essent:quo presidio tuto et libere:quę uellet senatus decernere auderet:ut. M. Calidius:q censebat ut Põpeius ĩ suas ꝓuĩcias ꝓficisceret:ne qua esset armoꝝ cã:timere Cæsarẽ correptis ab eo duabꝰ legiõib9: ne ad eius periculũ reseruare et retinere eas ad urbẽ Pompeius uideretur:ut .M. Ruffus qui sñiam Calidii paucis fere mutatis uerbis sequebat̃. Ii oẽs cõuitio. L. Lentuli cons.correpti exagitabãt̃. Lentulus sñiam Calidii ꝓnũciaturũ se oĩno negauit. Marcellus ꝑterritus cõuitiis a sua sñia discessit. Sic uocibus cõsulis:terrore pñtis exercitus:minis amicorũ Põpeii: pleriq; cõpulsi inuiti et coacti Scipionis sñiam sequuntur:uti ante certã diẽ Cæsar exercitum dimittat. Si nõ faciat:eũ aduersus rẽpublicã facturũ uideri. Intercedit. M. Antonius. Q. Cassius tri.ple.refert̃ cõfestim de intercessiõe tri.dicunt̃ sñiæ graues.ut qsq; acerbissime crudelissimeq; dixit: ita q̃maxime ab inimicis Cęsaris collaudat̃. Misso ad uesperũ senatu:oẽs qui sunt eius ordinis a Pompeio euocãt̃. Laudat Põpei9:atque ĩ posteꝝ cõfirmat: segniores castigat atque incitat.multi undique ex ueteribus Pompeii exercitibus spe premioꝝ atque ordinũ a Cæsare euocantur.multi ex duabus legionibus:quę sunt traditæ accersuntur. Complet̃ urbs ad ius comitioꝝ. tri.ple.C. Curio euocat.oẽs amici cosulũ necessarii Pompeii:atque eorũ:q ueteres inimicitias cũ Cæsare gerebãt:cogũt̃ in senatũ:quorũ uocibus et cõcursu terrẽt̃ ĩfirmiores:dubii cõfirmãt̃.plerisq; uero libere potestas decernendi eripit̃.pollicet̃. L. Piso censor sese iturũ ad Cæsarẽ.Item. L. Roscius prætor:qui de his rebus eũ doceant. Sex dies ad rem cõficiẽdã spatii postulãt.dicũtur etiã a non nullis sententiæ:ut legati ad Cęsarem mittãt̃:

qui uoluntatem senatus ei proponant. omnibus his resistitur: oibusq; oro cons. Scipionis: Catonis opponitur. Catonem ueteres inimicitiæ Cæsaris incitant: et dolor repulsę. Lentulus æris alieni magnitudine: et spe exercitus ac prouinciarum: et regum appellãdorum largitióibus mouetur. seq; alterum fore Syllam inter suos gloriatur: ad quem summa imperii redeat. Scipióem eadem spes prouinciæ atq; exercituũ impellit. Quod se pro necessitudíe partiturum cum Pompeio arbitratur. simul iudiciorum metus: adulatio: atq; ostentatio sui: et potentiũ: qui in rep. iudiciisq; tum plurimũ pollebãt. Ipse Pompeius ab inimicis Cęsaris ícitatus: et q; neminẽ dignitate secum exæquari uolebat: totum se ab eius amicitia auerterat: et cũ cõmunibus inimicis in gratiam redierat. quorũ ipse maximã partẽ illo affinitatis tempore adiunxerat. Cæsar simul infamia duarũ legionũ permotus: quas ab itinere asiæ syrięq; ad suam potentiam dominatumq; conuerterat: rem ad arma deduci studebat. His de causis aguntur oía raptim atq; turbate. neq; docendi Cæsaris propinquis eius spatiũ datur: nec tri. ple. sui periculum deprecandi: neq; etiã extremi iuris intercessionem retinendi: qđ. L. Sylla reliquerat: facultas tribuit᷑: sed de sua salute die septimo cogitare cogunt᷑. q; illi turbulentissimi superioris temporis tri. ple. octo deniq; mẽses suarum actionum respicere: ac timere consuerant. Decurrit᷑ ad istud extremum atq; ultimum. S. C. quo nisi pene in ipso urbis incendio: atq; desperatione omnium salutis: latronũ audacia nunq̃ ante descensum est: dent operam cõ. po. ro. tri. pl. qui q; cons. sunt ad urbem: ne qd respu. detrimẽti capiat. Hæc. S. C. perscribuntur. ad. vii. idus ianuarii. Itaq; quinq; primis diebus quibus haberi senatus potuit: qua ex die consulatum iniit Lentulus: biduo excepto comitiali: et de imperio Cęsaris: et de amplissimis uiris tri. ple. grauissime acerbissimeque decernitur. ꝓfugiunt statim ex urbe tri. ple. seque ad Cæsarẽ conferunt. Is eo tempore erat rauẽnæ: expectabatque suis lenissimis postulatis responsa: si qua hominum ęquitate res ad ocium deduci posset. Proximis diebus habetur senatus extra urbẽ. Pompeius eadem illa: quæ per Scipionem ostenderat agit. Senatus uirtutẽ cõstãtiãque collaudat. copias suas exponit. legiões habere sese paratas. x. Præterea cognitum cõpertũque sibi alieno esse aío in Cęsarem milites. neque iis posse persuaderi: uti eum defendant: aut sequantur. De reliquis rebus ad senatum referunt: tota ut italia delectus habeat᷑. Faustus Sylla ꝓpere in mauritaniam mittitur. pecunia uti ex ærario Pompeio detur. referunt etiam de rege Iuba: ut socius sit atque amicus. Marcellus uero passurum in præsentia se negat. De Fausto impedit Philippus tri. ple. De reliquis rebus. S. C. perscribũtur. prouincię priuatis decernuntur duæ consulares: reliquę prætorię. Scipiõi obuenit syria. L. Domitio gallia. Philippꝰ et Marcellus priuato cõsilio prætereunt᷑: neque eoꝝ sortes deiiciunt᷑. In reliquas ꝓuincias prætores mittunt᷑. neque expectãt: qđ supioribus ãnis acciderat: ut de eoꝝ imperio ad populũ referat᷑: paludatique uotis nũcupatis exeũt. cõsules: qđ

ante id tempus acciderat nunq̄:ex urbe proficiscuntur. Lictoresq; habent in urbe et capitolio priuatim contra omnia uetustatis exempla. tota italia delectus habentur:arma imperantur.pecuniæ a municipiis exiguntur:et a fanis tolluntur.omnia diuina et humana iura permiscentur.quibus rebus cognitis Cęsar apud milites concionatur.Oīum temporū iniurias inimicorum in se cōmemorat.a quibus inductum ac deprauatum Pompeium queritur inuidia atq; obtrectatione laudis suæ:cuius ipsi honori et dignitati semper fauerit/adiutorq; fuerit. Nouū in rep.introductum exemplum queritur:ut tribunitia intercessio armis notaretur:atq; opprimeret̄:quę superioribus annis armis esset restituta. Syllam nudata omnibꝰ rebus tribunitia potestate tamen intercessionem liberā reliquisse. Pompeiū:qui amissa restituisse uidebatur:dona etiam quæ ante habuerat: ademisse. Quotiescunq; sit decretum:darent magistratus operam:ne quid respublica detrimenti caperet:qua uoce:et quo. S.C.po.ro.ad arma sit uocatus:factum in perniciosis legibus:in ui tribunitia:in secessione populi: templis locisq; editioribus occupatis:atque hæc superioris ætatis exempla expiata Saturnini atq; Gracchorum casibus docet.quarum rerum illo tempore nihil factum nec cogitatum quidē.nulla lex promulgata. Non cū populo agi cœptum.nulla secessio facta.hortatur cuius imperatoris ductu nouem annis remp.felicissime gesserint:plurimaq; prœlia secunda fecerint:oēm galliam germaniamq; pacauerint:ut eius existimatiōem dignitatemq; ab inimicis defendant. Conclamant legionis tertiædecimæ:quæ aderat:milites hanc enim initio tumultus euocauerat:reliquæ nondum conuenerāt: sese paratos esse imperatoris sui tribunorumq; ple.iniurias defendere. cognita militum uoluntate:ariminum cum ea legione proficiscitur:ibique tri.ple. qui ad eum confugerant:conuenit.reliquas legiones ex hybernis euocat: et subsequi iubet:eo. L. Cæsar adolescēs uenit:cuius pater Cæsaris erat legatus. Is reliquo sermone confecto:cuius rei causa uenerat:habere se a Pōpeio ad eū priuati officii mādata demōstrat. Velle Pōpeiū se Cęsari purgatū:ne ea quæ reipub.causa egerit:in suā contumeliam uertat. semper se reipub.commoda priuatis necessitatibus habuisse potiora. Cæsarem quoque pro sua dignitate debere:et studium:et iracundiam suam reipub. dimittere.neque adeo grauiter irasci inimicis: ne cū illis nocere se speret:reipub.noceat. Pauca eiusdem generis addit:cum excusatione Pompeii coniuncta.eadem fere atq; eisdem rebus prætor Roscius agit cum Cæsare:sibique Pompeium commemorasse demonstrat. quæ res et si nihil ad leuandas iniurias pertinere uidebantur:tamen idoneos nactus homines:per quos ea quæ uellet:ad eum perferrentur:petit ab utroq;: quoniam Pompeii mandata ad se detulerunt:ne grauentur sua quoque ad eum postulata deferre:si paruo labore magnas controuersias tollere:atque omnem italiā metu liberare possent. sibi semper reipublicę primam fuisse dignitatem:uitaq; potiorem. doluisse se ꝙ pro beneficio sibi contumelia ab inimicis ex/

torqueretur. ereptoq; semestri imperio in urbem retraheretur. Cuius absentis rationem haberi proximis comitiis populus iussisset. tamen hanc honoris iacturam sui reip. causa æquo animo tulisse. cum litteras ad senatum miserit: ut omnes ab exercitibus discederent: ne id quidē impetrauisse: tota italia delectus haberi. retineri legiones duas: quæ a se simulatione parthici belli sint abductæ: ciuitatem esse in armis. quonā hæc omnia nisi ad suam perniciem pertinere? sed tamen ad omnia se descendere paratum: atq; omnia pati reip. causa. Proficiscatur Pompeius in suas prouincias. ipsi exercitus dimittant. discedant in italia oēs ab armis. metus a ciuitate tollat. libera comitia: atque omnis resp. S. P. Q. R. permittatur. Hæc quo facilius certisq; conditionibus fiant: et iureiurādo santiant: aut ipse propius accedat: aut se patiatur accedere. fore uti per colloquia oēs controuersiæ cōponantur. Acceptis mandatis Roscius cum. L. Cæsare capuam peruenit. ibiq; consules Pompeiūq; inuenit. postulata Cæsaris renuntiat. Illi deliberata respondent. scriptaq; ad eum mandata per eos remittūt. quorum hæc erat summa. Cæsar in galliā reuerteretur. arimino excederet. exercitus dimitteret. quæ si fecisset: Pompeium in hispanias iturum. Interea quoad fides esset data Cæsarē factuꝝ quæ polliceret: nō intermissuros cōsules Pōpeiumque delectus. Erat iniqua conditio postulare ut Cæsar arimino excederet: atque in prouinciam reuerteretur: Ipsum et prouincias et legiones alienas tenere. exercitum Cęsaris uelle dimitti: delectus habere. polliceri se in prouinciam iturum: neque ante quem diem iturus sit definire. ut si peracto Cæsaris consulatu: Pompeius profectus non esset: nulla tamen mendacii religione obstrictus uideretur. tēpus uero colloquio non dare: neque accessurum polliceri: magnā pacis desperationem afferebat: Itaque ab arimino. M. Antonium cū cohortibus quinque arretium mittit. Ipse arimini cum duabus legionibus subsistit. delectum habere instituit. pisaurū: fanum: anconam singulis cohortibus occupat. Interea certior factus tigniū Thermum prętorē cohortibus quinque tenere: oppidū munire: oīumque esse tigninorum optimam erga se uoluntatem: Curionem cum tribus cohortibus: quas pisauri et arimini habebat mittit. Cuius aduentu cognito diffisus municipii uoluntate Thermus cohortes ex urbe educit: et profugit. milites in itinere ab eo discedunt: ac domum reuertuntur. Curio omnium summa uoluntate tignium recipit. Quibus rebus cognitis confisus municipiorum uoluntatibus Cęsar cohortes legionis. xiii. ex præsidiis deducit: auximūque proficiscitur. quod oppidum Actius cohortibus introductis tenebat: delectumque toto piceno circūmissis senatoribus habebat. aduentu Cæsaris cognito decuriōes auximi ad Actiū Varū frequētes cōueniūt. docēt sui iudicii rē nō esse: neq; se neq; reliquos mūicipes pati posse. C. Cęsarem imperatorem bene de rep. meritum tātis rebus gestis oppido mœnibusque prohiberi. proinde habeat rationem posteritatis: et periculi sui. Quorum oratione permotus. M. Varus præsidiū: quod introdu

xerat:ex oppido educit:et profugit. Hunc ex primo ordine pauci Cæsaris consequuti milites consistere coegerunt. Cōmissoq; prœlio deserit̃ a suis Varus. nōnulla pars militum discedit:reliqui ad Cæsarē perueniūt. atque una cū iis deprehēsus. L. Puppius primi pili cēturio adducit̃. q hūc eūdē ordinē in exercitu Gn. Pompeii antea duxerat. At Cæsar milites actianos collaudat. Puppiū dimittit. Auximatibus agit gratias:seq; eorū facti memorē pollicet̃. Quibus reb9 romam nuntiatis tantus repēte terror inuasit: ut cum Lentulus consul romā ad aperiendum ærarium uenisset:ad pecuniam Pompeio ex senatus consulto proferendam:protinus aperto sanctiore ærario ex urbe profugeret. Cęsar enim aduentare:iam iamq; adesse eius equites falso nuntiabantur. hunc Marcellus collega:et pleriq; magistratus consequuti sunt. Gn. Pompeius pridie eius diei ex urbe ꝓfectus iter ad legiones habebat:quas a Cæsare acceptas in apulia hybernorum causa disposuerat. delectus intra urbem intermittūt̃. nihil citra capuam tutum esse oībus uidebat̃. Capuę primū sese cōfirmār:et colligūt. delectūq; colonorum:qui lege iulia capuam deducti erant:habere instituūt. gladiatoresq;: quos ibi in ludo habebat:ad forū productos Lentulus libertati confirmat: atq; iis equos attribuit:et se seq iussit. quos postea monitus a suis:ꝙ ea res oīum iudicio reprehendebatur:circum familiares conuentus cāpaniæ custodiæ causa distribuit. Auximo Cæsar progressus oēm agrum picenum percurrit. cunctæ earum regionum præfecturæ libentissimis animis eū recipiunt:exercitumq; eius omnibus rebus iuuant. etiam ex cingulo: quod oppidum Labienus cōstituerat:suaq; pecunia exædificauerat: ad eum legati ueniunt. quæq; imperauerit sese cupidissime facturos pollicentur. milites imperat:mittuntq;. Interea legio duodecima Cæsarem consequit̃. cū his duabus asculum picenum proficiscitur. Id oppidum Lentulus Spinter decem cohortibus tenebat:qui Cæsaris aduentu cognito profugit ex oppido:cohortesq; secum adducere conatus a magna parte militum deserit̃. Relictus in itinere cum paucis incidit in Iubulium Ruffum missum a Pōpeio in agrum picenū cōfirmādorum hoīum causa:a quo factus Iubulius certior:quæ res in piceno gererentur:milites ab eo accipit:ipsum dimittit. ipse ex finitimis regiōibus quas pōt cōtrahit cohortes ex delectibus Pōpeianis. in iis camerino fugientem Vlcillem Hirum cum sex cohortibus: quas ibi præsidio habuerat:excipit. Quibus coactis:tredecim efficit. cum iis ad Domitium Aenobarbum corfiniū magnis itineribus peruenit. Cęsarem adesse cum legiōibus duab9 nuntiat. Domitius per se circiter uiginti cohortes ex alba:et marsis:et pelignis:et finitimis ab regiōibus coegerat. recepto firmo:expulsoque Lentulo Cæsar conquiri milites:qui ab eo discesserant:delectūque īstitui iubet. Ipse unū diem ibi rei frumētarię causa moratus corfinium cōtendit. Eo cū uenisset:cohortes quīque p̄missæ a Domitio ex oppido pontē fluminis interrūpebāt:qui erat ab oppido milia passuum circiter tria. ibi cum antecursoribus Cæsaris prœlio commis-

ſo celeriter domitiani a ponte repulſi ſe in oppidũ receperunt. Cęſar legio/nibus traductis ad oppidũ cõſtitit:iuxtaq; muꝝ caſtra poſuit. Re cognita Domitius ad Pompeiũ in apuliam peritos regionũ:magno ꝑpoſito pre/mio cũ litteris mittit:qui petant atq; orent:ut ſibi ſubueniat. Cæſarẽ duo/bus exercitib9 et locoꝝ anguſtiis facile ĩtercludi poſſe:frumẽtoq; ꝓhiberi. Quod niſi fecerit ſe cohorteſq; ãplius triginta:magnũq; numerũ ſenatoꝝ atq; equitũ romanorũ in periculum eſſe uenturũ. Interim ſuos cohortatus tormenta in muris diſponit:certaſq; cuiq; partes ad cuſtodiã urbis attribu/it. militibus in concione agros ex ſuis poſſeſſionibus pollicet᷑: quadragin/ta in ſingulos iugera:et pro rata parte cẽturionibus:euocatiſq;. Interĩ Cæ/ſari nuntiat᷑ ſulmonẽſes:quod oppidũ a corfinio ſeptem miliũ interuallo abeſt:cupere ea facere:quæ uellet. Sed a. Q. Lucretio ſenatore et Actio Peli/gno ꝓhiberi:qui id oppidũ ſeptẽ cohortũ præſidio tenebãt. Mittit eo. M. Antoniũ cũ legiõis octauæ cohortibus quinque. Sulmonenſes ſimulatq; noſtra ſigna uiderũt:portas aperuerunt. uniuerſiq; oppidani obuiã gratu/lantes Antonio exierunt. Lucretius et Actius de muro ſe deiecerũt. Actius ad Antoniũ deductus:petit ut ad Cæſarẽ mitteret᷑. Antonius cũ cohorti/bus et Actio eodem die:quo ꝓfectus erat:reuertit᷑. Cæſar eas cohortes cũ exercitu ſuo cõiunxit:Actiumq; ĩcolumem dimiſit. Cæſar primis diebus caſtra magnis operibus munire:et ex finitimis municipiis frumẽtum cõ/portare:reliquaſq; copias expectare ĩſtituit. eo triduo legio octaua ad eum uenit:cohorteſq; ex nouis galliæ delectibus. xxii. equiteſq; a rege Norico circiter trecenti. quorũ aduentu altera caſtra:ad alterã oppidi partẽ ponit. Iis caſtris Curionẽ præfecit. reliquis diebus oppidũ uallo caſtelliſq; circũ/uenire inſtituit. cuius operis maxĩa parte effecta eodẽ fere tpe miſſi ad Põ/peiũ reuertũt᷑. Litteris ꝑlectis Domitius ſimulãs in cõcilio ꝓnuntiat: Põ/peiũ celeriter ſubſidio uenturũ. Hortaturque eos ne aĩo deficiant. quæque uſui ad defendendũ oppidũ ſint:parent. Ipſe arcane cum paucis familiari/bus ſuis colloquitur:conſiliũque fugæ capere conſtituit. Cũ uultus Do/mitii cũ orõne nõ conſentiret:atque oĩa trepidantius timidiuſque ageret: q̃ ſuperioribus diebus cõſueſſet:multũque cũ ſuis cõſiliandi cauſa ſecreto præter conſuetudinem colloqueretur:concilia conuentuſque hoĩum fuge/ret:res diutius tegi diſſimularique nõ potuit. Pompeius enim reſcripſerat: ſe rem in ſummum periculũ deducturũ nõ eſſe:neque ſuo cõſilio aut uo/luntate Domitium ſe in oppidum corfiniũ cõtuliſſe. Proinde ſiqua facul/tas fuiſſet ad ſe cũ oĩbus copiis ueniret. Id ne fieri poſſet : obſidione atque oppidi circũmunitiõe fiebat. Diuulgato Domitii cõſilio milites qui erãt corfinii:prima ueſpera ſeceſſionem faciunt:atque ita inter ſe per tri. militũ centurioneſque atque honeſtiſſimos ſui generis colloquũtur. obſideri ſe a Cæſare:opera munitioneſque ꝓpe eſſe perfectas:ducem ſuũ Domitiũ:cu/ius ſpe atque fiducia permanſerint:proiectis omnibus fugæ cõſilium ca/pere. debere ſe ſuæ ſalutis rõnẽ hr̃e. Ab his primo marſi diſſentire ĩcipiũt.

ramque oppidi partem: quæ munitissima uideretur: occupant. tantaque inter eos dissensio extitit: ut manum cōserere: atque armis dimicare conarentur. postpaulo tamen internuntiis ultro citroque missis: quæ ignorabāt de. L. Domitii fuga cognoscunt. Itaq; omnes uno cōsilio Domitium ꝑductum in publicum circunsistunt: et custodiunt. legatosq; ex suo numero ad Cæsarem mittūt: sese paratos esse portas aperire: quæq; imperauerit facere: et Domitium uiuū in eius potestatem tradere. Quibus rebus cognitis Cæsar et si magni interesse arbitrabatur: ꝙ primū oppido potiri: cohortesque ad se in castra traducere: ne qua aut largitionibus: aut animi cōfirmatione: aut falsis nuntiis cōmutatio fieret uoluntatis: quod sæpe in bello paruis momentis magni casus intercederent: tamen ueritus ne militū introitu: et nocturni temporis licentia: oppidum diriperetur: eos qui uenerāt collaudat: atque in oppidum dimittit. portas murosque asseruari iubet. ipse his operibus: quæ facere instituerat: milites disponit: non certis spatiis ītermissis: ut erat superiorum dierum cōsuetudo: sed perpetuis uigiliis stationibusque ut contingant inter se: atque omnem munitionem expleant. tri. militum: et præfectos circummittit: atque hortatur: non solum ab eruptionibus caueant: sed etiam singulorum hominum occultos exitus asseruent. neque eo tam remisso ac languido animo quisquam omnium fuit: q ea nocte cōquieuerit. tanta erat summa rerum expectatio: ut nullus in aliā partem mēte atque animo traheretur. quid ipsis corfiniensibus: quid Domitio: quid Lentulo: quid reliquis accideret: qui quosque euentus exciperet. Quarta uigilia circiter Lentulus Spinter de muro cum uigiliis custodibusque nostris colloquitur. Velle: si sibi potestas fiat: Cæsarem cōuenire. Facta potestate ex oppido mittitur. neq; ab eo prius domitiani milites discedunt: ꝙ in cōspectum Cæsaris deducatur. Cum eo de salute sua orat: atque obsecrat: ut sibi parcat: ueteremque amicitiam commemorat: Cęsarisque in se beneficia exponit. quæ erant maxima: ꝙ per eum ī collegium pontificum uenerat: ꝙ prouinciam hispaniæ ex prætura habuerat: in petitione consulatus erat subleuatus. Cuius orationem Cęsar interpellat: se nō maleficii causa ex prouincia egressum: sed uti se a contumeliis inimicorum defenderet: ut se et populum romanum paucorum factione oppressum in libertatem uindicaret: ut tri. ple. in ea re ex ciuitate expulsos in suā dignitatem restitueret. Cuius oratione confirmatus Lentulus ut in oppidum reuerti liceat petit: quod de sua salute impetrauerit fore etiā reliquis ad suam spem solatio. Adeo esse perterritos nonnullos: ut suæ uitæ durius cōsulere cogāť. facta potestate discedit. Cæsar ubi illuxit: oēs senatores senatorūq; liberos: tribunos militū: eqtesq; romanos ad se ꝑduci iubet. Erāt senatorii ordinis. L. Domitius: et. P. Lētulus Spinter. L. Cecilius: Spinter Ruffus: Sext9 Quītilius: Varus ꝗstor. L. Rubi9. Pręterea fili9 Domiti9: aliiq; cōplures adolescētes: et magn9 nūerus eqtū romāoꝝ: et decurionū: quos ex mūicipiis Dōiti9 euocauerat. Hos oēs ꝑductos a cōtūeliis militū

conuitiisque prohibet. Pauca apud eos loquitur: q sibi aperte eorum gra- tia relata non sit: pro suis in eos maximis beneficiis dimittit omnes inco- lumes. Aurum quod adduxerat Domitius: atque in publicum disposue- rat: allatum ad se ab iis uiris corfiniensibus Domitio reddit: ne cõtinẽtior in uita hominum: q̃ in pecunia fuisse uideatur. et si eam pecuniam publi- cam esse constabat: datamq; a Pompeio in stipendium. Milites domitia- nos sacramentum apud se dicere iubet. atque eo die castra mouet: iustum que iter conficit. Septem omnino dies ad corfinium commoratus: et per fines maurucinorum: ferrentinorum: larinatium in apuliam peruenit. Põ- peius his rebus cognitis: quæ erant ad corfinium gestæ: luceria proficisci- tur canusium: atque inde brundusiũ. copias undique omnes ex nouis de- lectibus ad se cogi iubet. seruos: pastores armat. atque his equos attribuit. ex iis circiter trecentos equites conficit. L. Mallius prætor alba cũ cohor- tibus sex profugit. Rutilius Lupus prætor taracinam cum tribus: quæ p- cul equitatum Cæsaris conspicatæ: cui præerat Biuius Curius: relicto præ- tore signa ad Curium transferunt: et ad eum transeunt. Item reliquis itine- ribus nonnullæ cohortes in agmen Cæsaris: aliæ in equites incidunt. Re- ducitur ad eum deprehẽsus ex itinere Cn. Magius cremona præfectus fa- brum Gn. Pompeii: quem Cæsar ad eum remittit cum mandatis. quoniã ad id tempus facultas colloquendi non fuerit: atq; ad eum brundusium sit uenturus: interesse reipublicæ: et cõmunis salutis se cum Pompeio collo- qui. neq; uero idem perfici longo itineris spatio: cum per alios conditiões ferantur: ac si coram de omnibus conditionibus disceptetur. Iis datis mã- datis brundusium cum legionibus sex peruenit. Veteranis quatuor reliqs: quas ex nouo delectu confecerat: atq; in itinere compleuerat (domitianas enim cohortes protinus a corfinio i siciliam miserat) repperit cõsules dyr- rachium profectos cum magna parte exercitus. Pompeiũ remanere brun- dusii cum cohortibus decem. neq; certũ inueniri poterat: optinẽdi ne cau- sa brundusii ibi remansisset: quo facilius omne hadriaticum mare ex ulti- mis italiæ partibus: regionibusq; græcię in potestatem haberet: atq; ex ut- raq; parte bellum administrare posset: an inopia nauium ibi remansisset. Veritusq; ne italiam ille dimittendam non existimaret: exitus administra- tionesq; brundusini portus impedire instituit. Quorũ opum hæc erat rõ. qua fauces erãt angustissimæ portus: molem atq; aggerem ab utraq; parte littoris iaciebat: q his locis erat mare uadosum. longius pgressus: cũ ag- ger altiore aqua contineri non posset: rates duplices quoquo uersus pedi- bus triginta e regiõe molis collocabat. Has quaternis anchoris ex quatu- or angulis distinebat: ne fluctibus mouerentur. His præfectis collocatisq; alias deinceps pari magnitudine rates iungebat. Has terra atq; aggere cõ- tegebat: ne aditus atq; incursus ad defendendũ impediret. A frõte atq; ab utroq; latere cratibus: ac pluteis ptegebat. In quarta quoq; earũ turres bi- norũ tabulatorum excitabat: quo commodius ab impetu nauiũ: icẽdiisq;

defenderet. Contra hæc Pompeius naues magnas onerarias: quas in portu brundusino deprehenderat: adornabat. Ibi turres cum ternis tabulatis erigebat: easq; tormentis: et omni genere telorum completas ad opera Cæsaris appellebat: ut rates perrumperet: atque opera disturbaret. sic quotidie utrinque eminus fundis: sagittis: reliquisque telis pugnabant. atque hæc ita Cæsar administrabat: ut conditiones pacis dimittendas non existimaret. ac tametsi magnopere admirabatur Magium: quem ad Pompeium cum mandatis miserat ad se non remitti: atque ea res sæpe tentata et si impetus eius consiliaque tardabat: tamen omnibus rebus in eo perseuerandum putabat. Itaq; Corbium Caninium Rebilium legatum familiarem: necessariumque Scribonii Libonis mittit ad eum colloquii causa. mandat ut Libonem de concilianda pace hortetur. In primis ut ipse cum Pompeio colloqueretur postulat. magnopere sese confidere demonstrat: si eius rei sit potestas facta fore ut æquis conditionibus ab armis discedatur. cuius rei magnam partem laudis atque æstimationis ad Libonem peruenturã: si illo auctore atque agente ab armis sit discessum. Libo a colloquio Caninii digressus ad Pompeium proficiscitur. Paulo post renuntiat: ꝙ consules absint: nec sine illis de compositione agi posse. Ita sæpius rem frustra tentatam Cæsar aliquando dimitendam sibi iudicabat. et de bello agendum. prope dimidia parte operis a Cæsare effecta: diebusque in ea re consumptis nouem naues a consulibus dyrrachio remissæ: quæ priorem partem exercitus eo deportauerant: brundusium reuertuntur. Pompeius siue operibus Cæsaris permotus: siue etiam ꝙ ab initio italia excedere constituerat: aduentu nauium profectionem parare incipit. Et quo facilius impetum Cæsaris tardaret: ne sub ipsa profectione milites oppidum irrumperent: portas obstruit: uicos plateasque inædificat. Fossas transuersas uiis perducit. Atque ibi sudes stipitesque præacutos defigit. Hæc leuibus cratibus: terraque inæquat. Aditus autem atque itinera duo: quæ extra murum ad portum ferebant: maximis defixis trabibus atq; eis præacutis præsepit. His paratis rebus milites silentio naues conscẽdere iubet. Expeditos autem ex uocatis sagittariis: funditoribusque raros in muro turribusque disponit. hos certo signo reuocare instituit. Cum omnes milites naues conscendissent: iis expedito loco actuaria nauigia relinquit. Brundusini Pompeianorum militum iniuriis: atque ipsius Pompeii contumeliis permoti Cæsaris rebus fauebant. Itaque cognita Pompeii profectione: concursantibus illis atque in ea re occupatis uulgo ex tectis significabãt. Per quos re cognita Cæsar scalas parari: militesque armari iubet: ne quam rei gerendæ facultatem dimittat. Pompeius sub noctem naues soluit. qui erant in muro custodiæ causa collocati: eo signo quo conuenerat reuocantur: notisq; itineribus ad naues decurrunt. Milites positis scalis muros ascendunt. sed moniti a brundusinis: ut uallũ cæcum: fossasq; caueãt: subsistunt: et longo itinere ab iis circunducti ad portũ perueniunt. duasq; naues

cum militibus:quæ ad moles Cæsaris adhæserant:scaphis lintribusq; de/prehendunt.deprehensasq; excipiunt.Cæsar et si ad spem conficiendi ne/gocii maxime probabat:coactis nauibus mare transire:et Pompeium se/qui:priusq̃ ille sese transmarinis auxiliis confirmaret:tamen rei eius mo/ram:temporisq; longinquitatem timebat:q; oibus coactis nauibus Pom/peius præsentem facultatem insequendi sui ademerat. Relinquebatur: ut ex longinquioribus regionibus galliæ piceniq;:et a freto naues essent ex/pectandæ.sed id propter ãni tempus longum atq; impeditum uidebatur. Interea ueterem exercitum:duas hispanias confirmari:quarum altera erat maximis beneficiis Pompeii deuincta:auxilia:equitatum parari: galliam italiamq; tentari se absente nolebat.Itaq; in præsentia Pompeii insequendi rationem omittit.In hispanias proficisci cõstituit.Duumuiris municipio/rum omnium imperat:ut naues conquirant:brundusiumque deducendas curent.Mittit in sardiniam cum legione una Valerium legatum:in siciliã Curionem proprætorem romanum cum legionibus tribus.Eundem cum siciliam recepisset:protinus in africam traducere exercitum iubet.Sardiniã optinebat.M.Cotta:Siciliam:M.Cato.Africã sorte Tubero optinere de/bebat.Caralitani simul ad se Valerium mitti audierant: nõdum profecto ex italia:sua sponte ex oppido Cottam eiiciunt.Ille perterritus:q; omnem prouinciam consentire intelligit:ex sardinia in africam profugit. Cato in sicilia naues longas ueteres reficiebat. nouas ciuitatibus ĩperabat.hæc ma/gno studio peragebat.In lucanis brutiisq; per legatos suos ciuium roma/norum delectus habebat.equitum peditumq; certum numerum a ciuita/tibus siciliæ exigebat.quibus rebus pœne perfectis aduentu Curionis co/gnito:queritur in cõcione se proiectum:ac proditum a Gn.Pompeio: qui omnibus rebus imparatissimus non necessarium bellum suscepisset. et ab se reliquisq; in senatu interogatus omnia sibi esse ad bellum apta ac para/ta confirmauisset.Hæc in concione questus ex prouincia fugit. nacti ua/cuas prouincias ab imperiis:sardiniam Valerius: Curio siciliam cum ex/ercitibus eo perueniunt.Tubero cum in africam uenisset : inuenit in pro/uĩcia cum imperio Actium Varum:qui ad auximum (ut supra demon/strauimus) amissis cohortibus protinus ex fuga ĩ africam peruenerat:atq; eam sua sponte uacuam occupauerat:delectuq; habito duas legiones effe/cerat:hoĩum et locorũ noticia/et usu eius ꝓuinciæ nactus aditus ad ea co/nanda:q; paucis ante annis ex prætura eam prouinciam optinuerat. Hic uenientem uticam cum nauibus Tuberonem portu atq; oppido prohibet: neq; affectum ualitudĩe filium exponere in terram patitur:sed sublatis an/choris excedere eo loco cogit.His rebus confectis Cæsar:ut reliquum tẽ/pus a labore intermitteretur:milites in ꝓxima municipia deducit.Ipse ad urbem proficiscitur.coacto senatu iniurias inimicorum commemorat.do/cet se nullum extraordinarium honorem appetisse:sed expectato legitimo tempore consulatus eo fuisse contentum:quod omnibus ciuibus pateret:

larum a decem tri. ple. contradicentibus inimicis. Catonem uero acerrime repugnantem: et pristina consuetudine dicendi mora dies extrahētem: ne sui ratio absentis haberetur: ipso consule Pompeio: qui si improbasset: cur fieri passus esset? Si probasset cur se uti populi beneficio prohibuisset? Patientiam proponit suam: cum de exercitibus dimittendis ultro postulauisset. In quo iacturam dignitatis: atq; honoris ipse facturus esset. Acerbitatē inimicorum docet: qui quod ab altero postularent: in se recusarēt: atq; oīa permisceri mallent: q̄ imperium exercitusq; dimittere. Iniuriam in eripiēdis legionibus prædicat. crudelitatem et insolentiam in circumscribendis tri. ple. conditiones a se latas: et expetita colloquia: et denegata cōmemorat. pro quibus rebus orat: ac postulat: ut rempublicam suscipiant: atq; una secum administrent. Sin timore defugiant: illis se oneri non futurum: et p̄ se rempu. administraturum. Legatos ad Pompeium mitti oportere de cōpositione: neq; se reformidare: quod in senatu pauloante Pōpeius dixisset. ad quos legati mitterētur: iis auctoritatem attribui: timoremq; eorum qui mitterent: significari. tenuis atq; infirmi hæc animi uideri. se uero ut operibus ante studuerit: sic iustitia et æquitate uelle superare. Probat rem senatus de mittendis legatis: sed qui mitterentur non reperiebātur. maximeq; timoris causa: pro se quisq; id munus legatiōis recusabat. Pompeius enim discedens ab urbe in senatu dixerat: eodem se habiturum loco: qui romæ remansissent: et qui in castris Cæsaris fuissent. sic triduum disputationib9 excusationibusq; exrtahitur. Subiicitur etiam. L. Metellus tri. ple. ab inimicis Cęsaris: qui hanc rem distrahat: reliquasq; res quascunq; agere instituerat: impediat. Cuius cognito consilio Cæsar frustra diebus aliquot cōsumptis: ne reliquum tempus omittat: īfectis his: quæ agere destinauerat: ab urbe proficiscitur: atq; in ulteriorem galliam peruenit. Quo cum uenisset cognoscit missum a Pompeio Iubulium Ruffum: quem paucis diebus ante: corfinio captum ipse dimiserat prefectum fabrum. Item Domitiū ad occupandam massiliam nauibus actuariis septem: quas sicilia et sardinia a priuatis coactis seruis liberisq; colonis suis compleuerat. Præmissos etiā legatos massilienses domum: nobiles adolescētes: quos ab urbe discedens Pompeius erat adhortatus: ne noua Cęsaris officia: ueterum suorum beneficiorum in eos memoriam expellerent. Quibus mandatis acceptis massilienses portas Cæsari clauserant. Albicos barbaros homines: qui in eorum fide antiquitus erant: montesq; supra massiliam incolebant: ad se uocauerant. Frumentum ex finitimis regionibus: atq; ex omnibus castellis in urbem conuexerant. armorum officinas in urbe instituerant. muros: classem: et portas reficiebāt. Euocat ad se Cæsar massiliensium primos: et cum his agit: ne initium inferendi belli a massiliensibus oriatur. Debere eos italiæ totius auctoritatem sequi: potiusq̄ unius hominis uoluntati optemperare. reliquaq;: quæ ad eorum sanandas mentes pertinere arbitrabatur: commemorat. Cuius orationem domū legati referunt: atq; ex auctoritate hæc

Cæsari renuntiant. Intelligere se diuisum esse populum romanum in partes duas: neque sui iuditii: neque suarum esse uirium discernere utra pars iustiorem habeat causam. Principes uero esse earũ partiũ. Gn. Pompeiũ: et. C. Cęsarem patronos ciuitatis. quorum alter agros uolgarum aremicorum et iluorum publice his concesserit. alter bello uictas gallias attribuerit: uectigaliaque auxerit. quare paribus eorum beneficiis: parem se quoq; uoluntatem tribuere debere: et neutrum eorum contra alterum iuuare: aut urbe: aut portubus recipere. Hæc dum inter eos aguntur: Domitius nauibus massiliam peruenit: atq; ab iis receptus urbi præficitur. summa ei belli administrandi permittitur. Eius imperio classem quoquouersus dimittunt. onerarias naues: quas ubiq; possunt deprehendunt: atq; in portũ deducũt. parũ clausis: aut materia: aut armamentis instructis ad reliquas armandas reficiendasque utuntur. frumenti quod inuentum est in publicũ conferunt. reliquas merces commeatusq; ad obsidionem urbis (si accidat) reseruant. Quibus iniuriis permotus Cæsar legiones tres massiliam adducit. turres uineasque ad oppugnationem urbis agere: naues longas arelate numero duodecim facere instituit. Quibus effectis armatisque diebus triginta: a qua die materia cęsa est: adductisque massiliam. his Decimũ Brutum prefecit. C. Trebonium legatum ad oppugnationẽ massiliæ reliquit. dum hæc parat: atque administrat. C. Fabium legatum cũ legionibus tribus: quas narbone circumque ea loca hyemandi causa disposuerat: in hispaniam præmittit. celeriterque pyreneos saltus occupari iubet. qui eo tempore ab. L. Afranio legato præsidiis tenebantur. reliquas legiones: quæ lõgius hyemabant: subsequi iubet. Fabius ut erat imperatum: adhibita celeritate: presidium ex saltu deiecit: magnisque itineribus ad exercitũ Afranii cõtendit. Aduentu. L. Vibulii Ruffi: quem a Pompeio missum in hispaniam demonstratum est: Afranius et Petreius: et Varro legati Pompeii: quorum unus hispaniam citeriorẽ alter a saltu castulonẽsi ad anam duabus legionibus: tertius ab ana uectonum agrum: lusitaniamque pari numero legionum optinebat: officia inter se partiuntur: ut Petreius ex lusitania per uectones cum omnibus copiis ad Afranium proficiscatur. Varro cum his quas habebat legiõibus: omnem ulteriorem hispaniam tueatur. His rebus constitutis: equites auxiliaque totius lusitaniæ a Petreio celtiberis cantabris: barbarisq; omnibus: qui ad oceanum pertinẽt: ab Afranio imperantur. Quibus coactis Petreius celeriter per uectones ad Afranium peruenit. constituunt communi consilio bellum ad ilerdam propter ipsius loci opportunitatem gerere. Erant (ut supra demonstratum est) legiones Afranii tres: Petreii duæ. Præterea scutatę citerioris ꝓuinciæ: et cetratæ ulterioris hispaniæ cohortes circiter octuaginta: equitum utriusque prouinciæ circiter quinque milia. Cæsar legiões in hispaniam præmiserat ad sex milia auxilia peditum: equitũ tria milia omnibus superioribus bellis habuerat. et parem ex gallia numerũ: quem ipse parauerat: noĩatim ex oĩbus

ciuitatibus nobilissimo et fortissimo quoq; euocato. Hinc optimi generis hominum ex aquitanis montanisq;: qui galliam prouinciam attingunt. Audierat Pompeium per mauritaniam cum legionibus iter in hispaniam facere: confestimq; uenturum. Simul a tri. militum centurionibusq; mutuas pecunias sumpsit. has exercitui distribuit. Quo facto duas res consecutus est: q; pignore animos centurionũ deuinxit: et largitione redemit militum uolũtates. Fabius finitimarum ciuitatum animos litteris: nuntiisq; tentabat. In sicore flumine põtes effecerat duos inter se distantes milia passuum quatuor. ipsis pontibus pabulatum mittebat: q; ea quæ citra flumen fuerant: superioribus diebus consumpserat. Hoc idem fere atq; eadem de causa Pompeiani exercitus duces faciebant. crebroque inter se equestribus prœliis contendebant. Huc cum quotidiana consuetudine congressæ: pabulatoribus præsidio proprio legiões fabianæ duæ flumen transissent: impedimentaq; et omnis equitatus sequeretur subito iumentorum et aquæ magnitudine: pons est interruptus: et reliqua multitudo equitum ĩterclusa. Quo cognito a Petreio et Afranio ex aggere et cratibus: quę a flumine ferebantur: celeriter suo ponte Afranius: quem oppido castrisq; coniunctũ habebat: legiões quatuor equitatumq; omnem transiecit. duabusq; fabianis occurrit legionibus. cuius aduentu nunciato. L. Plancus qui legionibus pręerat: necessaria re coactus: locum capit superiorem. diuersamq; aciẽ in duas partes constituit: ne ab equitatu circumueniri posset. Ita congressis: impari numero magnos impetus legionum equitatusq; sustinet. Cõmisso ab equitibus prœlio signa duarum legionum procul ab utrisq; conspiciuntur: quas. C. Fabius ulteriore ponte subsidio nostris miserat. suspicatus fore: quod accidit: ut duces aduersariorũ occasione: et beneficio fortunæ ad nostros opprimendos uterentur. quarum aduentu prœlium dirimitur: ac suas uterque legiones reducit in castra. Eo biduo Cæsar cum eqtibus nõgentis: quos ibi præsidio reliquerat: ĩ castra puenit. pons qui fuerat tempestate interruptus: pene erat refectus. hunc noctu perfici iussit. Ipse cognita locorum natura ponti: castrisque præsidio sex cohortes relinquit: atque omnia impediméta. et postero die omnibus copiis triplici instructa acie: ad ilerdam proficiscitur: et sub castris Afranii consistit: et ibi paulisper sub armis moratus: facit æquo loco pugnandi potestatem. Potestate facta Afranius copias educit: et in medio colle sub castris constituit. Cæsar ubi cognouit per Afranium stare quo minus prœlio dimicaretur: ab infimis radicibus montis: intermissis circiter passibus quadringentis: castra facere constituit: et ne in opere faciendo milites repẽtino hostium incursu exterrerentur: atque opere prohiberentur: uallo muniri uetuit. Quod eminere et procul uideri necesse erat. Sed a fronte castrorum cõtra hostem pedũ quindecim fossam fieri iussit. Prima et secunda acies in armis: ut ab initio constituta erat: permanebat. Post hos opus in occulto acies tertia faciebat. sic omne prius est perfectum: q̃ intelligeretur ab Afranio castra muniri. Sub

uesperum Cæsar intra hanc fossam legiones deducit. atque ibi sub armis proxima nocte conquiescit. Postero die omnem exercitũ intra fossam cõtinet: et ꝙ longius erat agger petendus: in præsentia similem rationẽ operis instituit. singulaque latera castrorum singulis attribuit legionibus munienda: fossasque ad eandem magnitudinem perfici iubet. reliquas legiones in armis expeditas contra hostem constituit. Afranius Petreiusq; terrendi causa: atque operis impediendi copias suas ad infimas montis radices producũt: et prœlio lacessunt. Neque iccirco Cæsar opus ĩtermittit cõfisus præsidio legionum trium: et munitione fossæ. Illi non diu commorati: nec longius ab infimo colle progressi copias in castra reducunt. Tertio die Cæsar uallo castra communit. reliquas cohortes: quas in superioribus castris reliquerat: impedimentaque ad se traduci iubet. Erat in oppido ilerda et proximo colle: ubi castra Petreius atque Afranius habebant: planicies circiter passuum trecentorum. atque in hoc fere medio spatio tumulus erat paulo editior: quem si occupasset Cæsar: et communisset: ab oppido: et ponte: et commeatu omni: quem in oppidum contulerat: se interclusurum aduersarios confidebat. Hoc sperans: legiones tres ex castris educit: acieque in locis idoneis instructa: unius legionis antesignanos prçcurrere: atque occupare eum tumulum iubet. Qua re cognita celeriter: quæ in statione pro castris erant Afranii cohortes breuiori itinere ad eundem occupandum locũ mittuntur. Contenditur prœlio: et ꝙ prius in tumulũ Afraniani uenerant: nostri repellũtur. atque aliis summissis præsidiis terga uertere: seq; ad signa legionum recipere coguntur. Genus erat pugnæ militũ illorum: ut magno impetu primo procurrerent. audacter locum caperent. ordines suos non magnopere seruarent. rari dispersique pugnarent. si premerentur: pedem referre: et locum excedere non turpe existimarent. Cum lusitanis: cæterisque barbaris genere quodam pugnæ assuefacti: quod fere fit quibus quisque in locis miles inueterauerit: uti multum earum regionum consuetudine moueatur. Hæc tamen ratio nostros perturbat ĩsuetos huius generis pugnæ. circumiri enim sese: ab aperto latere procurrentibus singulis arbitrabantur. ipsi autem suos ordines seruare: neque ab signis discedere: neque sine graui causa eum locum: quem cœperant dimitti censuerant oportere. Itaque perturbatis antesignanis legio: quæ in eo cornu constiterat: locum continuit: atque in proximum collem sese recepit. Cęsar pene omni acie perterrita: quod pręter opinionem consuetudinemque acciderat: cohortatus suos: legionem nonam subsidio ducit. hostem insolentem atque acriter nostros insequentem supprimit. rursus terga uetere: seque ad oppidum ilerdam recipere: et sub muro cõsistere cogit. sed nonæ legionis milites elati studio dum sarcire acceptum detrimẽtum uolunt: temere insequuntur fugientes: et in locum iniquum progrediuntur: et sub montem in quo erat oppidum positum ilerda succedũt. hinc se recipere cum uellent: rursus illi ex loco superiore nostros premebant. præ

ruptus locus erat utraque ex parte directus: ac tãtum in latitudinem patebat: ut tres instructæ cohortes eum locum explerent: et neque subsidia a lateribus summitti: neq; equites laborantibus usui esse possent. Ab oppido autem editus locus tenui fastigio uergebat in longitudinem passuum circiter quadringentorum. hac nostris erat receptus: q eo incitati studio inconsultius processerant. Hoc pugnabatur loco: et propter angustias iniquo: et q sub ipsis radicibus montis constiterant: ut nullum frustra telum in eos mitteretur. tamen uirtute: et patientia nitebãtur: atque omnia uulnera sustinebant. Augebantur illis copiæ: atque ex castris cohortes per oppidum crebro summittebantur: ut integri defessis succederent. Hoc idem Cęsar facere cogebatur: ut summissis in eundem locum suis cohortibus: defessos reciperet. Hoc loco cum tamen esset modo pugnatũ cõtinenter horis quinq;: nostriq; grauius a multitudine premerẽtur: consumptis omnibus telis gladiis districtis aduersus montem impetum faciunt in cohortes: paucisq; deiectis: reliquos sese cõuertere cogũt. Summotis sub murum cohortibus: ac nonnulla parte propter terrorem in oppidum compulsis: facilis est nostris receptus datus. Equitatus autem noster ab utroq; latere: et si deiectis atq; inferioribus locis cõstiterat: tamen in summum iugum uirtute connititur: atq; inter duas acies perequitans: commodiorem atque tutiorem nostris receptum dat. Ita uario certamine pugnatum est. Nostri in primo congressu circiter septuaginta ceciderunt: ex quibus. Q. Fulgineus ex primo hastato legionis quartædecimæ: qui propter eximiam uirtutem: ex inferioribus ordinibus in eum locum peruenerat. uulnerãtur amplius sexcenti. Ex Afranianis interficiuntur. T. Cecilius primi pili centurio: et pręter eum centuriones quatuor: milites amplius ducenti. sed hęc eius diei præfertur opinio: ut se utrique superiores discessisse existimarent. Afraniani q cum esse omnium iudicio inferiores uiderentur: comminus tamen diu stetissent: et nostrorum diu impetum sustinuissent: et initio locum tumulumq; tenuissent. quæ causa pugnandi fuerat: et nostros primo congressu terga uertere coegissent. nostri autem q iniquo loco atque impari cõgressi numero essent: q quinque horis prœlium sustinuissent. q montem gladiis districtis ascendissent: q ex loco superiore hostes terga uertere coegissent: atq; in oppidum compulissent. illi eum tumulum pro quo pugnatum ẽ: magnis operibus munierunt. et præsidium ibi posuerunt. Accidit etiam repentinum incommodum biduo: quo hæc gesta sunt. tanta enim tempestas cohoritur: ut nunquam illis locis maiores aquas fuisse constaret. tum autem ex omnibus montibus nix proluit: ac summas ripas fluminis superauit: pontesq; ambos: quos. C. Fabius fecerat: uno die ĩterrupit. quę res magnas difficultates exercitui Cæsaris attulit. Castra enim ut supra demonstratum est: cum essent inter flumina duo: sicorim et cingam spatio milium triginta: neutrum horum transiri poterat. necessarioque

omnes his angustiis continebantur. neq; ciuitates quæ ad Cæsaris amicitiam accesserant frumentũ supportare: neq; ii, qui pabulatum longius progressi erant: interclusi fluminibus reuerti: neq; maximi commeatus: qui ex italia galliaque ueniebant: in castra peruenire poterãt. tempus erat difficillimum: quo neque frumenta in hybernis erant: neque multum a maturitate aberant. ac ciuitates exinanitæ: q, Afranius pene omne frumentum: ante Cæsaris aduentum: ilerdã conuexerat: reliqui si quid fuerat Cæsar superioribus diebus consumpserat. pecora: quod secundum poterat esse inopiæ subsidium: propter bellum finitimę ciuitates longius remouerant. qui erant pabulandi aut frumentandi causa ꝓgressi hos leuis armaturæ lusitani: peritique earum regionũ cetrati: citerioris hispaniæ consectabantur. quibus erat procliue tranare flumen: quod consuetudo eorum omnium est: ut sine utribus ad exercitum non eant. At exercitus Afranii omnium rerum abundabat copia. multum erat frumentum prouisum: et conuectum superioribus temporibus. multum ex omni prouincia comportabatur. magna copia pabuli suppetebat. harum rerum omniũ facultates sine ullo periculo pons ilerdæ præbebat: et loca trans flumen integra: quo omnino Cæsar adire non poterat. Eæ permanserunt aquæ dies complures. Conatus est Cæsar reficere pontes: sed nec magnitudo fluminis permittebat: neque ad ripam dispositæ cohortes aduersariorum perfici patiebantur. quod illis prohibere erat facile. tum ipsius fluminis natura atque aquæ magnitudine. tum q, ex totis ripis in unum: atque angustum locum tela iaciebantur: atque erat difficile eodem tempore rapidissimo flumine: opera perficere: et tela uitare. nunciatur Afranio magnos comitatus: qui iter habebant ad Cæsarẽ: ad flumen constitisse. Venerant eo sagittarii ex rutenis: equites ex gallia cum multis carris: magnisque impedimentis ut fert gallica consuetudo. Erant preterea cuiusque generis hominum milia circiter sex cum seruis liberisque. Sed nullus ordo: nullum imperium certum: cum suo quisq; consilio uteretur: atque omnes sine timore iter facerent: usi superiorum temporum atque itinerum licentia. Erant complures honesti adolescentes senatorum filii: et equestris ordinis. Erant legationes ciuitatum. erant legati Cæsaris. hos omnes flumina continebant. ad hos opprimendos cum omni equitatu: tribusque legionibus Afranius diu noctuque proficiscitur. Imprudentesque antemissis equitibus aggreditur. celeriter tamen sese galli equites expediunt: prœliumque committunt. Hi dum pari certamine res geri potuit: magnum hostium numerũ pauci sustinuere. sed ubi signa legionũ appropinquare cœperunt: paucis amissis: sese in montes proximos conferunt. Hoc pugnæ tempus magnum attulit nostris ad salutem momentum. nacti enim spatium se in loca superiora receperunt. Desyderati sunt eo die sagittarii circiter ducenti: equites pauci: calonum atque impedimentorum non magnus

numerus. his tamen omnibus annona creuit. quæ fere res non solum inopia præsentis: sed etiam futuri temporis timore ingrauescere consueuit. Iamque ad quadraginta in singulos modios annona peruenerat: et militum uires inopia frumenti diminuerat: atq; incommoda indies augebantur: et tam paucis diebus magna erat facta rerum commutatio: ac se fortuna inclinauerat: ut nostri magna inopia necessariarum rerum conflictarentur: illi omnibus abundarent rebus: superioresque haberentur. Cæsar ciuitatibus: quæ ad eius amicitiam accesserãt: quo minor erat frumenti copia: pecus imperabat. calones ad longinquiores ciuitates dimittebat. Ipse præsentem inopiam quibus poterat subsidiis tutabatur. Hæc Afranius Petreiusque et eorum amici pleniora etiam atque uberiora romam ad suos perscribebant. multa rumor fingebat: ut pene bellum confectum uideretur. Quibus litteris nuntiisque romam perlatis: magni demum concursus ad Afranium: magnæ gratulationes fiebant. Multi ex italia ad Gn. Pompeium proficiscebantur. Alii ut principes talem nuntium attulisse: alii ne euentum belli expectasse: aut ex omnibus nouissimi uenisse uiderentur. Cum in his angustiis res esset: atque omnes uiæ ab Afranianis militibus equitibusque obsiderentur: nec pontes perfici possent: imperat militibus Cæsar ut naues faciant. cuius generis eum superioribus annis usus britãniæ docuerat. Carinæ primum stramine et leui materia fiebant. reliquum corpus nauiũ uiminibus contextum coriis integebatur. Has profectas carris iunctis deuehit noctu milia passuum a castris. xxii. militesque his nauibus flumen transportat: continentemque ripæ collem improuiso occupat. Hunc celeriter priusquam ab aduersariis sentiatur: communit. huc legionem postea traiecit: atque ex utraque parte pontem institutum biduo perficit. Ita commeatus: et eos qui frumenti causa processerant: tuto ad se recipit: et rem frumentariã expedire incipit. Eodem die equitum magnam partem flumen: traiecit: qui inopinantes pabulatores et sine ullo dissipatos timore aggressi: quam magnum numerum iumentorum atque hominum intercipiunt. cohortibusque centuriatis subsidio missis: scienter in duas partes sese distribuunt. alii ut prædæ præsidio sint: alii ut uenientibus resistant: atque eos propellant. unamque cohortem: quæ temere ante cæteras extra acien procurrerat: seclusam a reliquis circumueniunt: atque interficiunt: incolumesque cum magna præda eodem ponte in castra reuertuntur.

DVM HAEC ad ilerdã geruntur: massilienses usi. L. Domitii consilio naues longas expediunt numero decemseptem: quarum erant undecim tectæ: multa his minora nauigia addunt: ut ipsa multitudine nostra classis terreatur. magnum numerum sagittariorum: magnũ albicorum: de quibus supra demonstratum est: imponunt: atque hos premiis pollicitationibusque incitant. certas sibi deposcit Domitius na/

ues: atque has colonis pastoribusque: quos secum adduxit: complet. Sic omnibus rebus instructa classe: magna fiducia ad nostras naues procedunt: quibus præerat. D. Brutus. Hæ ad insulam quæ est contra massiliam stationes optinebant. erat multo inferior numero nauium Brutus: sed delectos ex omnibus legionibus fortissimos uiros: antesignanos centuriones Cæsar ei classi attribuerat. qui sibi id muneris depoposcerant. ii manus ferreas atque harpagones parauerant: magno numero pilorum tragularum reliquorumque telorum se instruxerant. Ita cognito hostiũ aduentu: suas naues ex portu educũt. cũ massiliensibus confligunt. pugnatum utrinque est fortissime et acerrime. neque multum albici nostris uirtute cedebant. Homines asperi: et montani exercitati in armis: atq; ii modo digressi a massiliensibus recentem eorundem pollicitationem animis continebant. pastoresque indomiti spe libertatis excitati: sub oculis Domitii suam probare operam studebant. Ipsi massilienses et celeritate nauium: et scientia gubernatorum confisi: nostros eludebant: impetusque eorum excipiebant: et quoad licebat latiore spatio producta longius acie: circumuenire nostros: aut pluribus nauibus adoriri singulas: aut remos transcurrentes detergere: si possent contendebant. cum propius erat necessario uentum: ab scientia gubernatorum: atque artificis: ad uirtutem montanorum confugiebant: qui minus exercitatis remigibus: minusque peritis gubernatoribus utebantur. qui repente ex onerariis nauibus erant producti: neque dum etiam uocabulis armamentorum cognitis: nostri tum etiam grauitate et tarditate nauium impediebantur. factæ enim subito ex humida materia: non eundem usum celeritatis habuerant. Itaque dum locus communis pugnãdi daretur: æquo animo singulas binis nauibus obiiciebant. atque iniecta manu ferrea: et retenta utraque naue: diuersi pugnabant: atque in hostium naues transcendebant. et magno numero albicorum et pastorum interfecto: partem nauium deprimunt. nonnullas cum hominibus capiunt. reliquas in portum compellunt. Eo die naues massiliensium: cum his quæ sunt captæ intereunt. viiii. Hoc primum Cæsari ad ilerdã nuntiatur. simul perfecto ponte celeriter fortuna mutatur. Illi perterriti uirtute equitum: minus libere: minus audacter uagabantur. Alii non longo a castris progressi spatio: ut celerẽ receptum haberent: angustius pabulantur. alii longiore circuitu custodias stationesque equitum uitabant: aut aliquo recepto detrimento: aut procul equitatu uiso ex medio itinere proiectis sarcinis fugiebant. postremo et plures intermittere dies: et præter consuetudinem omnium: noctu constituerant etiam pabulari. Interim oscenses et calaguritani: qui erant cum oscensibus contributi: mittunt ad eum legatos: sese imperata facturos pollicentur. hos tarraconenses et iacetani: et ausetani: et paucis post diebus lurgauonenses: qui flumen hiberum attingunt: insequuntur. Petit ab his omnibus ut

se frumēto iuuent. Pollicentur. Atq; omnibus undiq; cōquisitis iumētis: in castra deportant. Transit etiam cohors lurganonensis ad eum. Cognito ciuitatis consilio: et signa ex statione trāsfert. magna celeriter commutatio rerum perfecto ponte: magnis quinque ciuitatibus ad amicitiā iunctis: expedita re frumentaria. extinctis rumoribus de auxiliis legionum: quæ cum Pompeio per mauritaniam uenire dicebantur: multæ longinquiores ciuitates ab Afranio desciscunt: et Cæsaris amicitiam sequuntur. Quibus rebus perterritis animis aduersariorum: Cæsar: ne semper magno circuitu per pontem equitatus esset mittendus: nactus idoneum locū: fossas pedum triginta in latitudinem complures facere instituit: quibus parte aliqua sicorem auerteret: uadumque in eo flumine efficeret. His pene effectis: magnum in timorem Afranius Petreiusque perueniunt: ne omnino frumento: pabuloque intercluderentur: ꝙ multum Cæsar equitatu ualebat. Itaque constituunt ipsi locis excedere: et in celtiberiam bellum transferre. Huic consilio suffragabatur etiam illa res: ꝙ ex duobus cōtrariis generibus: quæ superiore bello cū. L. Sertorio steterant ciuitates iunctæ: nomen atque imperium absentis timebant. quę q; in amicitia manserāt: Pōpeii magnis affectæ beneficiis eum diligebant. Cæsaris autem in barbaris erat nomen obscurius. Hinc magnos equitatus: magnaq; auxilia expectabant: et suis in locis bellum in hyemem ducere cogitabāt. Hoc inito cōsilio toto flumine hibero naues conquirere: et octogesam adduci iubent. Id erat oppidum positum ad hiberum milia quinque passuū. a castris aberat. xxi. ad eum locum fluminis nauibus iunctis: pontem imperant fieri: legionesque duas flumen sicorim traducunt: castraque muniunt uallo pedum duodecim. Qua re per exploratores cognita: summo laboꝛ militum Cæsar: continuato diem noctemque opere in flumine auertendo: huc iam duxerat rem: ut equites et si difficulter atque ægre fiebat: possent tamen atque auderent flumen transire. Pedites uero tantummodo humeris ac summo pectore extarēt: ut tum altitudine aquę: tum etiam rapiditate fluminis ad transeundum non impedirentur. Sed tamen eodem fere tempore pons in hibero prope effectus nuntiabatur: et in sicori uadum reperiebatur. Iam uero eo magis illi maturandum iter existimabant. Itaque duabus auxiliaribus cohortibus ilerdæ præsidio relictis: omnibus copiis sicorim transeunt: et cum duabus legionibus: quas superioribus diebus traduxerant: castra coniungunt. Relinquebatur Cæsari nihil: nisi uti equitatu agmen aduersariorum male haberet: et carperet. pons enim ipsi9 magnum circuitum habebat: ut multo breuiore itinere illi ad hiberū peruenire possent. Equites ab eo missi flumen transeunt. et cum de tertia uigilia Petreius et Afranius castra mouissent: repente sese ad nouissimum agmen ostēdunt. et magna multitudine circumfusa morari atque iter impedire incipiunt. Prima luce ex superioribus locis: quæ Cæsaris castris erant cōiuncta cernebatur equitatus nostri prælio nouissimos illorum premi uehemē

ter:ac nonnunquam sustinere extremum agmen:atque interrumpi : alias inferri signa:et uniuersarum cohortũ impetu nostros propelli.deinde rursus conuersos insequi.totis uero castris milites conturbari : et dolore hostem ex manibus dimitti.bellum necessario longius duci.centuriones tribunosque militum adire ,atque obsecrare:ut per eos Cęsar certior fieret:ne labori suo:neu periculo parceret. paratos esse sese:posse et audere ea trãsire flumen:qua traductus esset equitatus.quorum studio et uocibus excitatus Cæsar:et si timebat tantæ magnitudinis flumini exercitum obiicere: conandum tamen atque experiendum iudicat.Itaque infirmiores milites ex omnibus centuriis deligi iubet.quorum aut animus : aut uires uidebantur sustinere non posse:hos cum legione una præsidio castris reliquit. reliquas legiones expeditas educit :magnoque numero iumentorum in flumine supra atque infra constituto traducit exercitum.pauci ex his militibus ĩ flumine abrepti ab equitatu excipiunt̃:ac subleuantur.interiit tamen nemo.Traducto incolumi exercitu copias instruit.triplicemque aciem ducere incipit.ac tantum fuit in militibus studium:ut milia sex ad iter addito ad uadum circuitu:magnaque fluminis mora interposita:eos qui de tertia uigilia exissent:ante horam diei nonam consequerentur . Quos ubi Afranius procul uisos cum Petreio conspexit:noua re perterritus:locis superioribus constitit:aciemque instruit.Cæsar in campis exercitum refecit:ne defessum prœlio obiiciat.Rursus conantes progredi ĩsequit̃: et moratur.Illi necessario maturiusq̃ constituerant castra ponunt. Suberãt enim montes:atque a milibus passuum quinque itinera difficilia : atque angusta excipiebant.hos montes intra se recipiebant:ut equitatum Cæsaris effugerent:præsidiisque in angustiis collocatis exercitum itinere prohiberent.ipsi sine periculo:ac timore hiberum copias traducerent.quod fuit illis conandum:atque omni ratione efficiendum.et totius diei pugna atq; itineris labore defessi rem in posterum diem distulerunt.Cæsar quoque in proximo colle castra ponit.media circiter nocte iis qui adaquandi causa longius a castris processerant:ab equitibus correptis fit ab his certior Cæsar:duces aduersariorum silentio copias castris educere : quo cognito signum dari iubet:et uasa militari more conclamari.Illi exaudito clamore: ueriti ne noctu impediti:sub onere confligere cogerentur:aut ne ab equitatu Cæsaris in angustiis tenerentur:iter supprimunt .copiasque in castris cõtinent. Postero die Petreius cum paucis oculte ad exploranda loca proficiscitur.Hoc idem fit ex castris Cæsaris . Mittitur . L . Decidius Saxo cum paucis q loci naturam perspiciant .uterque idem suis renuntiat quinque Milia passuum proxima intercedere itineris campestris : inde excipere loca aspera : et montosa . qui prior has angustias occupauerit: ab hoc hostem prohiberi nihil esse negocii. Disputatur in cõsilio a Petreio et ab Afranio.et tempus profectionis quæritur. plerique censebant: ut noctu iter facerent:posse prius ad angustias peruenitri:quam sentirẽtur.

alii ꝗ pridie noctu conclamatum esset a castris Cæsaris: argumentum su/mebant loco non posse clam exiri. Circunfundi noctu equitatum Cęsaris atq; omnia loca atq; itinera obsideri. nocturnaq; prȩlia esse uitanda: ꝗ per/territus miles in ciuili dissensione: timori magis q̃ religioni cõsulere con/sueuit. At lucem multum per se pudorẽ oĩum oculis: multum etiã tribu/norum: militum: centurionumq; præsentiam afferre. quibus rebus coerce/ti milites: et in officio contineri soleant. Quare omni ratione esse interdiu perrumpendum. et si aliquo accepto detrimento: tamen summa exercitus salua: locum quem petant: capi posse. Hæc uicit in consilio sentẽtia. et pri/ma luce postridie constituũt proficisci. Cæsar exploratis regionibus: albẽ/te cœlo oĩs copias castris educit. magnoq; circuitu: nullo certo itinere ex/ercitũ educit. Nãque itinera quæ ad hiberum atq; octogesam pertinebãt: castris hostium oppositis tenebantur. Ipsa erant transcendẽda. ualles ma/ximȩ: et difficillima saxa multis locis prærupta iter impediebant: ut arma per manus necessario traderentur. militesque inermes: subleuatique alii ab aliis: magnam partem itineris conficerent. Sed hunc laborem recusabat nemo: ꝗ eum omnium laborum finem fore existimabant: si hostem hi/bero intercludere: et frumentum prohibere potuissent. ac primo Afranii milites uisendi causa loci ex castris procurrebant: contumeliosisq; uocib9 prosequebãtur: nos necessarii uictus inopia coatos fugere: atq; ad ilerdam reuerti. Erat enim iter a proposito diuersum: contrariamq; in partem iniri uidebatur. duces uero eorum suum consilium laudibus ferebant: quod se castris tenuissent. multumq; eorũ opinionem adiuuabat: ꝗ sine iumentis impedimentisque ad iter profectos uidebant: ut non posse diutius inopi/am sustinere confiderent. Sed ubi paulatim retorquere agmen ad dexte/ram conspexerunt: iamque primos superare regionem castrorum animad/uerterunt: nemo erat adeo tardus: aut fugiens laboris: quin statim castris exeundum atque occurrendum putaret. Conclamatur ad arma: atque oẽs copiæ paucis præsidio relictis cohortibus exeunt. rectoq; ad hiberum iti/nere contendunt. erat in celeritate omne positum certamen: utri prius an/gustias montesq; occuparent. sed exercitũ Cæsaris uiarũ difficultates tar/dabãt. Afranii copias eqtatus Cæsaris ĩsequẽs morabat᷑. Res tñ ab Afra/nianis huc erat necessario deducta: ut si priores mõtes quos petebant: atti/gissẽt: ipsi piculũ uitarẽt. Impedimẽta toti9 exercit9: cohortesque ĩ castris relictas seruare nõ possẽt. qbꝰ ĩterclusis exercitu Cęsaris auxiliũ ferri nulla rõe poterat. Cõfecit prior iter Cæsar. atq; ex magnis rupibꝰ nactus plani/tiẽ: ĩ hac cõtra hostẽ aciẽ ĩstruxit. Afrani9 cũ ab eqtatu nouissimũ agmen ꝑmeret᷑: et ante se hostẽ uideret: collẽ quẽdã nactus ibi cõstitit. Ex eo loco quattuor cetratoꝝ cohortes ĩ montẽ: q erat i cõspectu oĩum excelsissimus: mittit. Hunc magno cursu concitatos iubet occupare: eo consilio uti ipse eodem omnibus copiis contenderet: et mutato itinere: iugis octogesam perueniret. hunc cum obliquo itinere cetrati peterent: conspicatus equi/

tatus Cæsaris in cohortes imperum fecit. nec minimam partem temporis equitum uim cetrati sustinere potuerũt. omnesq; ab eis circumuẽti: in cõspectu utriusq; exercitus interficiuntur. eratq; occasio bene gerẽdæ rei. neq; uero id Cæsarem fugiebat: tanto sub oculis accepto detrimento. perterritũ exercitum sustinere nõ posse: præsertim circundatũ undiq; eqtatu cũ in loco æquo atque aperto cõfligeret . idq; oĩbus partibus ab eo flagitabatur. Concurrebãt legati: centuriones: tribuniq; militũ: ne dubitaret præliũ cõmitter: oĩum esse militũ paratissimos aĩos. afranianos cõtra multis rebꝰ sui timoris signa misisse: q suis nõ subuenissẽt: q de colle nõ decederẽt: q uix equitũ ĩcursus sustinerẽt. collatisq; ĩ unũ locũ signis cõferti: neq; ordines: neq; signa seruarent. q si iniquitatẽ loci timeret: datũ iri tamen aliquo loco pugnãdi facultatẽ: q certe inde decedendũ esset Afranio: nec sine aqua pmanere posset. Cæsar ĩ eã spem uenerat: se sine pugna: et sine uulnere suorum rem conficere posse. q re frumẽtaria aduersarios interclusisset. cur etiã secũdo prœlio aliquos ex suis amitteret? cur uulnerari pateret optime meritos de se milites? cur deniq; fortunã periclitaret? præsertim cũ nõ minus esset ĩperatoris cõsilio supare q̃ gladio. mouebat etiã misericordia ciuiũ: quos interficiẽdos uidebat: qbus saluis atque ĩcolumibꝰ rem obtinere malebat. Hoc cõsiliũ Cæsaris a plerisque nõ pbabat. Milites uero palã inter se loquebãt: quoniã talis occasio uictoriæ dimitteret: etiã cũ uellet Cæsar sese nõ esse pugnaturos. Ille ĩ sua sñia perseuerat: et paulũ ex eo loco digredit: ut timorẽ aduersariis minuat. Petreius atque Afranius oblata facultate in castra sese referũt. Cæsar præsidiis montibus dispositis oĩa ad hiberũ intercludit itinera: q̃ proxime potest hostiũ castris castra cõmunit. Postero die duces aduersariorũ pturbati: q oẽm rei frumẽtariæ fluminisque hiberi spem dimiserãt: de reliquis rebus cõsultabãt. Erat unũ iter ilerdã: si reuerti uellẽt. alterũ si tarraconẽ peterẽt. Hæc cõsultãtibꝰ eis nuntiat aquatores ab eqtatu premi nostro. Qua re cognita crebras stationes disponunt equitũ: et cohortũ alariarũ: legionariasque ĩtermittũt cohortes. uallũque ex castris ad aquã ducere incipiũt: ut intra munitionẽ sine timore: et sine statꝰ oĩbus aquari possent. Id opus inter se Petreius atq; Afranius partiũt: ipsiusque pficiẽdi operis causa longius pgrediũt. Quoꝝ discessu liberam nacti milites colloquiorũ facultatẽ: uulgo pcedũt: et quẽ quisque ĩ castris notũ: aut municipẽ habebat: cõquirit: atque uocat. Primũ igit agũt gr̃as oẽs oĩbus: q sibi pterritis pridie pepercissẽt: eoꝝ se beneficio uiuere. Deĩde imperatoris fidẽ quærũt: recte ne se illi sint cõmissuri? et q nõ ab initio fecerint: armaque cũ hoĩbꝰ necessariis et cõsanguineis cõtulerint: cõquerũt. His puocati sermonibus fidẽ ab imperatore de Petreii et Afranii uita petunt: ne in se scelus cõcepisse: neu suos pdidisse uideantur. Quibus confirmati rebus: se statim signa trãslaturos cõfirmãt. Legatosque de pace primorũ ordinũ centuriões ad Cæsarẽ mittũt. interim alii suos ĩ castra inuitãdi causa adducũt. alii ab suis adducunt adeo: ut una castra iam facta ex

binis uiderentur. Compluresq; tribuni militum: et centuriões ad Cæſarem
ueniũt: ſeq; ei commendant. Hoc idem fit a principibus hiſpanię: quos illi
euocauerant: et ſecum in caſtris habebãt obſidum loco. Ii ſuos notos hoſ/
pitesq; quęrebant: per quem quiſq; eorum aditũ commendationis haberẽt
ad Cæſarem. Afranii etiam filius adoleſcens: de ſua et parentis ſui ſalute ꝑ
Sulpitium legatum agebat. erant plena lætitia et gratulatione omnia: eoꝶ
qui tanta pericula uitaſſent: et eorum qui ſine uulnere tantas res confeciſſe
uidebantur. magnumq; fructũ ſuę priſtinæ lenitatis: omniũ iudicio Cęſar
ferebat. conſiliũq; eius a cunctis probabatur. Quibus rebus nũciatis Afra/
nio: ab ĩſtituto ope diſcedit ſeq; in caſtra recipit: ſic paratus (ut uidebat᷑) ut
quicumq; accidiſſet caſus: hũc quieto et æquo animo ferret. Petreius uero
non deſerit ſeſe. armat familiam. cũ hac et prætoria cohorte cetratorũ bar/
bariſq; equitibus paucis beneficiariis ſuis: quos ſuæ cuſtodiæ cauſa habe/
re conſuerat: improuiſo ad uallũ aduolat. colloquia militum interrumpit.
noſtros repellit ab caſtris. quos deprehendit: interficit. reliqui coeunt inter
ſe: et repentino periculo exterriti ſiniſtras ſagis inuoluũt. gladioſq; diſtrin/
gunt. atq; ita ſe a cetratis equitibus defendunt caſtrorũ propinquitate con/
fiſi: ſeq; in caſtra recipiũt. et ab his cohortibus quę erant in ſtatione ad por/
tas defendunt᷑. Quibus rebus confectis flens Petreius manipulos circuit
militeſq; appellat: neu ſe neu Pompeiũ abſentem imperatorem ſuũ aduer/
ſario ad ſupplicium tradant: obſecrat. Fit celeriter concurſus in prętorium.
poſtulat ut iurent omnes: ſe exercitum duceſq; non deſerturos: neq; prodi/
turos: neq; ſibi ſeparatim a reliquis conſiliũ capturos. Princeps in hæc uer/
ba iurat ipſe. in idem iuſiurandum adigit Afranium. ſubſequuntur tribuni
militum centurioneſq; centuriatim producti milites idem iurant. edicunt
penes quẽ quiſq; ſit miles Cæſaris: ut producant: productoſq; palã in præ/
torio interficiant. ſed pleriq; quos cœperant: cęlant. noctuq; per uallũ emit/
tunt. Sic terrore oblato a ducibꝰ crudelitas in ſupplicio. noua religio iuriſ/
iurãdi ſpem præſentis deditiõis ſuſtulit. menteſq; militũ conuertit: et rem
ad priſtinam rationẽ belli redegit. Cæſar milites aduerſariorũ: qui ĩ caſtra
per tempus colloquii uenerant: ſumma diligentia cõquiri et remitti iubet.
ſed ex numero tribunoꝶ militũ: centurionũq; nõnulli ſua uoluntate apud
eum remanſerunt: quos ille poſtea magno in honore habuit. Centuriones
ampliorisq; ordinis equites romanos in tribunitiũ reſtituit honorem. Pre/
mebãtur Afraniani pabulatione: aquabantur ægre. frumẽti copiam legio/
narii nõnulli habebant: ꝙ dierum uiginti duorum ab ilerda frumentũ iuſ/
ſi erant afferre. Cetrati auxiliareſq; nullam: quorum erant facultates ad pa/
randum exiguæ: et corpora inſueta ad onera portanda. itaq; magnus eorũ
quotidie numerus ad Cęſarẽ perfugiebat. In his erat anguſtiis res: ſed pro/
poſitis cõſiliis duobꝰ explicatius uidebatur ad ilerdam reuerti: ꝙ ibi pau/
lum frumenti reliquerãt. ibi ſe reliquum conſilium expleturos confidebãt.
Tarraco aberat lõgius. quo ſpatio plures rẽ poſſe caſus recipere ĩtelligebãt.

Hoc probato consilio ex castris proficiscuntur. Cæsar equitatu præmisso: qui nouissimum agmẽ carperet atq; impediret: ipse cum legióibus subsequitur. nullum intercedebat tempus quin extremi cũ equitibus pręliarentur. Genus erat hoc pugnæ expeditæ. cohortes nouissimum agmẽ claudebant. pluresq; in locis campestribus sustinebãt. si mons erat ascendẽdus: facile ipsa loci natura periculum repellebant: q; ex locis superioribus qui antecesserant suos ascendentes protegebãt. cum uallis aut locus decliuis suberat: neq; ii qui antecesserant: morantibus opem ferre poterant. equites uero ex loco superiore in aduersarios tela coniiciebant: tũ magno erat ĩ periculo res: tum inquirebãt: ut cum eiusmodi esset locis appropinquatum: legionũ signa consistere iuberent. magnoq; impetu equitatum repellerẽt. Eo sũmoto: repente incitati cursu: sese ĩ ualles uniuersi dimitterẽt. atq; ita transgressi rursus in locis superioribus consisterent. nam tantũ ab equitum suorũ auxiliis aberant: quorum numerũ habebant magnũ: ut eos superioribus perterritos præliis: in medium reciperent agmen: ultroq; eos tuerentur. quorũ nulli ex itinere excedere licebat: quin ab eqtatu Cęsaris exciperetur. tali dũ pugnatur modo: lente ac paulatim proceditur. crebroq; ut sint auxilio suis subsistunt: ut tũ accidit. milia enim progressi quatuor uehementiusq; peragitati ab equitatu montem excelsum capiunt: ibiq; una fronte contra hostem castra muniunt: neq; iumentis onera deponũt. Vbi Cęsaris castra posita: tabernaculaq; constituta: et dimissos equites pabulandi causa aĩaduertũt: sese subito proripiũt: hora circiter sexta eiusdẽ diei et spem nacti morę discessu nostrorum equitum iter facere incipiunt. Qua re aĩaduersa Cæsar relictis legionibus subsequit᷑. præsidio impedimentis paucas cohortes relinquit. hora decima subsequi pabulatores, equitesq; reuocari iubet. celeriter equitatus ad quotidianum itineris officium reuertitur. pugnatur acriter ad nouissimum agmen adeo: ut pene terga cõuertant. compluresq; milites etiam nõnulli centurióes ĩterficiunt᷑. Instabat agmen Cęsaris: atq; uniuersum imminebat. Tum uero neq; ad explorãdum idoneum locum castris: neq; ad ꝓgrediendũ data facultate: consistunt necessario, et procul ab aqua et natura iniquo loco castra ponunt. Sed iisdẽ de causis Cæsar: quæ supra sũt mõstratę: pręlio ãplius nõ lacessit. et eo die tabernacula statui passus nõ est: quo paratiores essent ad ĩsequẽdũ omnes: siue noctu siue interdiu erũperent. Illi animaduerso uitio castrorum: tota nocte munitiones proferũt: castraq; castris cõuertunt. hoc idem postero die a prima luce faciũt. totũq; in ea re diem consumunt. sed quantum opere processerant: et castra protulerant: tanto aberant ab aqua longius, et presenti malo aliis malis remedia dabantur. Prima nocte aquandi causa nemo egreditur castris. Proxĩo die pręsidio in castris relicto: uniuersas ad aquã copias educũt. pabulatum emittitur nemo. His eos supplices malis Cęsar necessariam subire deditionem quam prælio decertare malebat. conatur tamen eos: uallo fossaq; circummunire: ut ꝗ maxime repentinas eorum eruptiones demoret᷑: quo ne-

cessario descẽsuros existimabat. Illi et inopia pabuli adducti: et quo essent
ad id expeditiores: omnia sarcinaria iumenta interfici iubent. In his operi-
bus consiliisq; biduũ consumit̃. tertio die magna iam pars operis Cęsaris
processerat. Illi impediendæ rei: quæ munitionis causa fiebat: hora circiter
octaua signo dato legiones ducunt: aciemq; sub castris instruũt. Cæsar ab
opere legiones reuocat. equitatum omnem cõuenire iubet. aciem instruit.
contra opinionem enim militum: famamq; omnium uideri prælio diffu-
gisse magnũ detrimẽtum afferebat. sed eisdem de causis quæ sunt cogni-
tæ: quo minus dimicare uellet: mouebatur. atq; hoc etiam magis: ꝙ spatii
breuitas: etiam in fugam cõiectis aduersariis: nõ multũ ad sũmam uicto-
riæ iuuare poterat. Nõ enim amplius pedũ milibꝰ duobꝰ ab castris castra
distabant. Hinc duas partes acies occupabãt. Tertia uacabat ad incursum
atq; impetũ militũ relicta: si præliũ committeret̃. propinqtas castrorũ cele-
rem superatis ex fuga receptũ dabat. Hac de causa cõstituerat signa inferẽ-
tibꝰ resistere: prior prælio nõ lacessere. Acies erat Afranii duplex. legio qn-
ta et tertia: in subsidiis locũ alariæ cohortis optinebat. Cæsaris triplex: sed
primã aciẽ quaternæ cohortes ex quinta legione tenebant. has subsidiarię
ternę: et rursus aliæ totidem: suæ cuiusq; legionis subsequebantur. sagitta-
rii funditoresq; media cõtinebãt̃ acie. equitatꝰ latera cingebat. tali instruc-
ta acie tenere uterq; propositũ uidebat̃. Cæsar ut nisi coactꝰ præliũ nõ cõ-
mitteret. ille ut opera Cæsaris impediret. ꝑducit̃ tñ res: aciesq; ad solis oc-
casũ cõtinent̃. Inde utrinq; in castra discedũt. Postero die munitiones ĩsti-
tutas Cæsar parat perficere. illi uadum fluminis sicoris tentare si transire
possent. Qua re animaduersa Cæsar: germanos leuis armaturæ equitumq;
partem flumen traiicit: crebrasq; in ripis custodias disponit. tãdem oĩbꝰ re-
bus obsessi: quarto iam die sine pabulo retentis iumẽtis: aquæ ligni et frũ-
mẽti inopia colloquiũ petũt. et si fieri possit: semoto a militibꝰ loco. ubi id
a Cæsare negatũ: et palam si colloqui uellent: cõcessũ est: dat̃ obsidis loco
Cæsari filius Afranii. uenit̃ in eũ locũ quẽ Cæsar delegit. Audiẽte utroq;
exercitu loquitur Afranius. nõ esse aut ipsi: aut militibꝰ succẽsendũ: ꝙ fidẽ
erga imperatorem suũ. Gn. Pompeiũ cõseruare uoluerũt. sed satis iã fecisse
officio: satisq; supplicii tulisse: perpessos oĩum rerũ ĩopiã. Nũc uero pene ut
fœminas circũuentos: prohiberi aqua: prohiberi ingressu. neq; corpore do-
lorem: neq; aĩo ignominiã ferre posse. itaq; se uictos cõfiteri: orare atq; obse-
crare: siquis locus misericordiæ relinquat̃: ne ad ultimũ suppliciũ progre-
di necesse habeat. Hæc q̃potest mitissime atq; subiectissime exponit. Ad ea
Cæsar respondit: nulli hominũ has partes uel querimoniæ: uel miseratiõis
minus conuenisse. reliquos enim omnes suũ officiũ præstitisse: qui etiã bo-
na cõditione et loco: et tempore æquo confligere noluerint: ut q̃integerri-
ma essent ad pacem oĩa. exercitum suũ qui etiam iniuria accepta: suisq; in-
terfectis quos in sua potestate habuerit: conseruarit: et texerit. Illius deniq;
exercitus milites: q ꝑ se de cõciliãda pace egerint. Qua ĩ re oĩum suoꝝ uitę

cõsulẽdũ putarũt: sic oĩum ordinũ ptes ĩ misericordiã constitisse: ipsos duces a pace abhorruisse. eos neq; colloqi: neq; ĩduciarũ iura seruasse: et hoĩes ĩpitos: et p colloqum deceptos crudelissime interfecisse. Accidisse igit̃ his quod plerumq; hoĩbus nimia pertinacia atq; arrogãtia accidere soleat: uti eo recurrãt: et id cupidissime petãt: quod paulo ãte contẽpserint. neq; nũc se illorum humanitate: neq; aliqua tẽporis opportunitate postulare: quibꝰ rebꝰ augeãt̃ opes suę: sed eos exercitus: quos cõtra se multos iã ãnos aluerint: uelle dimitti. Neq; enim sex legiones alia de causa missas in hispaniã septimãq; ibi conscriptã: neq; tot tãtasq; classes paratas: neq; summissos duces rei militaris pitos: nihil horꝵ ad pacãdas hispanias: nihil ad usũ prouinciæ prouisum: quæ propter diuturnitatem pacis nullũ auxiliũ desiderarit. Omnia hæc iam pridem contra se parari. in se noui generis imperia constitui: ut idem apportans urbanis præsidia rebus et duas bellicosissimas prouincias absens tot annos obtineat: in se iura magistratuum commutari: ne ex prætura: et cõsulatu: ut semper fit: perpauci probati et electi in prouincias mittantur: in se ætatis excusationẽ nihil ualere: ꝙ superioribus bellis probati ad optinendos exercitus euocentur. in se uno non seruari quod sit oĩbus datũ semper impatoribus ut rebus feliciter gestis: aut cum honore aliquo: aut certe sine ignominia domum reuertãtur: exercitumq; dimitãt. quæ tñ omnia et se tulisse patienter et esse laturũ. neq; nunc id agere ut ab illis abductum exercitum teneat ipse: quod tamen sibi difficile non sit: sed ne illi habeant: quo contra se uti possint. proinde ut esset dictũ: puinciis excederent. exercitumq; dimtterent. se (si id sit factum) nociturũ nemini. hãc unã atq; extremã pacis esse conditionem. Id uero militibus fuit pgratum et iucundum: ut ex ipsa significatiõe potuit cognosci: ut qui aliquid uicti incommodi expectauissent: ultro inde premium missionis ferrẽt. Nã cum de loco et tempore eius rei cõtrouersia inferretur: et uoce: et manibꝰ: uniuersi ex uallo ubi cõstiterant significare cœperunt: ut statim dimitterẽtur. neq;. n. interposita fide firmum esse posse: si in aliud tempus differretur. paucis cum esset in utramq; partem uerbis disputatum: res huc deducitur ut ii qui habeãt domicilium: aut possessiones in hispania statim: reliqui ad uarum flumen dimittãtur. ne cui de his noceatur: neu qs inuitus sacramẽto dicere cogatur a Cæsare cauetur. Cæsar ex eo tempore dum ad flumen uarũ ueniat̃: se frumẽtũ daturũ pollicetur. addit etiam: ut quid quisq; eoꝵ in bello amiserit: quæ sint penes milites suos: iis q amiserint restituat. militibus æqua facta existimatiõe pecuniam pro his rebus soluit. Quascumq; postea cõtrouersias inter se milites habuerant: sua sponte ad Cæsarẽ introduxerunt. Petreius atq; Afranius cũ stipendiũ ab legionibꝰ pene seditione facta flagitaret̃: cuius illi diem nondũ uenisse dicerẽt: Cæsar ut cognosceret: postulatũ ẽ. Eoq; utriq; quod statuit cõtenti fuerũt. Parte circiter tertia exercitus eo biduo dimissa: duas legiones suas antecedere: reliquas subseq iussit: ut nõ lõgo iter se spacio castra facerẽt. eiq; negocio. Q. Fusiũ Calenũ

legatum præfecit. Hoc eius præſcripto ex hiſpania ad uarum flumen ē iter
factū. atq; ibi reliqua pars exercitus dimiſſa eſt.

## CAII IVLII CAESARIS COMMENTARIVS SECVNDVS.

d

VM HAEC IN HISPANIA geruntᷣ. C. Tre/
bonius legatus: ꝗ ad oppugnationem maſſiliæ relic/
tus erat: duabꝰ ex partibus aggerem: uineas: turreſq;
ad oppidum agere inſtituit: una erat ꝓxima portui
naualibuſq;: altera ad partem qua eſt aditus ī galliā:
atq; hiſpaniam ad id mare: quod adigit ad hoſtium
rhodani. Maſſilia. n. fere ex tribꝰ oppidi partibꝰ ma/
ri abluitur. reliqua quarta eſt: quæ aditum habet a terra. huius quoq; ſpacii
pars ea: quę ad arcē ꝑtinet: loci natura: et ualle altiſſima munita lōgā et dif/
ficilem habet oppugnationē. Ad ea ꝑficienda opa. C. Trebonius magnam
iumentoꝝ atq; hoīum multitudinē ex omni prouincia uocat. uimina: ma/
teriāq; cōportari iubet. Quibꝰ cōꝑatis rebꝰ aggerē in altitudinem pedum
octuaginta extruit. Sed tāti erāt āțiqtus ī oppido oīum rerū ad bellū appa/
ratus: tantaq; multitudo tormētoꝝ: ut eoꝝ uim nullæ cōtextæ uiminibus
uineę ſuſtinere poſſent. aſſeres enim pedū duodecim cuſpidibꝰ pręfixi: atq;
hi maximis baliſtis: per quattuor ordines cratium in terra defigebātᷣ. Itaq;
pedalibus lignis cōiūctis inter ſe porticus integebantᷣ: atq; hac agger inter
manus proferebatᷣ. antecedebat teſtudo pedū ſexaginta: æquādi loci cauſa
facta. item ex fortiſſimis lignis euoluta: oībus rebus: qbꝰ ignis iactus: et la/
pides defendi poſſēt. ſed magnitudo operū: muri altitudo: atq; turriū: mul/
titudo tormētoꝝ oēm adminiſtrationem tardabat. crebro tñ ꝑ albicos eru/
ptiones fiebant ex oppido. igneſq; aggeri et turribus inferebātᷣ. quæ facile
noſtri repellebant milites. magniſq; ultro illatis detrimētis: eos ꝗ eruptio/
nē fecerant: in oppidū reiiciebant. Interim. L. Naſidius ab. C. Pompeio cū
claſſe nauiū ſedecim. in qbꝰ paucę erāt æratę. L. Domicio maſſilienſibuſq;
ſubſidio miſſus: freto ſiciliæ imprudēte: atq; īopināte Curione ꝓuehitᷣ: ap/
pulſiſq; meſſanā nauibꝰ: atq; inde ꝓpter repentinū terrorem principū ac ſe/
natus fuga facta ex nauibus eoꝝ unā deducit. Hac adiūcta ad reliquas na/
ues curſum maſſiliā uerſus ꝑficit: pręmiſſaq; clam nauicula Domiciū maſ/
ſilienſeſq; de ſuo aduentu certiores facit. eoſq; magnopere hortatᷣ: ut rurſus
cum Bruti claſſe additis ſuis auxiliis cōfligant. Maſſiliēſes poſt ſupius in/
cōmodū ueteres ad eūdē numerū ex naualibus ꝓductas naues refecerant.
ſūmaq; induſtria armauerāt: remigū gubernatorūq; magna copia ſuppete/
bat: piſcatoriaſq; adiecerāt: atq; cōtexerant: ut eſſent ab ictu telorū remiges
tuti. Has ſagittariis tormentiſq; cōpleuerāt. tali modo inſtructa acie oīum
ſenioꝝ matrūfamiliarū: uirginūq; ꝓcibꝰ et fletu excitati: ut extremo tēpore
ciuitati ſubuenirent: nō minore aīo ac fiducia: ꝗ̄ āte dimicauerāt naues cō/
ſcendūt. Cōmuni. n. fit uitio naturæ: ut īuiſis latitātibuſq; atq; incognitis

rebus magis cõfidamus: uehemẽtiusq; exterreamur: ut tũ accidit. aduẽtus
enim. L. Nasidii sũma spe et uolũtate ciuitatẽ cõplerat. nacti enim idoneũ
uentũ: ex portu exeũt: et tauercenta: qđ ẽ castellũ massiliensiũ: ad Nasidiũ
perueniũt. Ibiq; naues expediũt: rursusq; se ad confligendũ aĩo confirmãt.
et cõsilia cõmunicant. dextra pars massiliẽsibꝫ attribuit̃: sinistra Nasidio.
Eodem Brutus cõtendit aucto nauiũ numero. Nam ad eas: quę factę fue/
rant arelate per Cęsarem captiuę massiliensiũ accesserãt sex: Has superiobꝫ
refecerat diebꝫ. atq; oĩbꝫ rebꝫ ĩstruxerat. Itaq; suos exhortatus: quos inte/
gros supauissent: ut uictos cõtemnerent: plenus spei bonæ atq; aĩ aduersus
eos ꝓficiscit̃. facile erat ex castris. C. Trebonii: atq; oĩbus supioribus locis
ꝓspicere in urbem: ut omnis iuuentus quæ in oppido remanserat: oẽsq; su/
perioris ætatis cũ liberis atq; uxoribus ex publicis custodiis: aut muro ad
cœlum manus tenderent: aut templa deorum immortalium adirent: et an/
te simulacra proiecti uictoriam ab his exposcerent. Neq; erat quisq̃ oĩum:
qui nõ in eius diei casu: suarum oĩum fortunarũ euentum consistere existi/
maret. Nã et honesti ex iuuẽtute: et cuiusq; ætatis amplissimi nominatim
euocati: atq; obsecrati naues cõscenderãt: ut si quid aduersi accidisset: ne ad
conãdũ quidem sibi quicq̃ reliqui fore uiderent. Si supauissent: uel dome/
sticis opibꝫ: uel extraneis auxiliis de salute urbis cõfiderent. Cõmisso præ/
lio massiliensibꝫ res nulla ad uirtutem defuit: sed memores eoꝝ præcepto/
rum: quæ paulo ante ab suis acceperant hoc animo decertabãt: ut nullum
aliud tempus ad conandum habituri uiderentur: et quibus in pugnan/
do uitæ periculum acciderit: non ita multo se reliquoꝝ ciuium fatum an/
tecedere: existimarent. quibus urbe capta eadem esset belli fortuna patien/
da. diductisq; nostris paulatim nauibus et artificio gubernatoꝝ mobilitati
nauium locus dabatur. et si quando nostri facultatẽ nacti ferreis manibus
iniectis nauem religauerant: undiq; suis laborãtibꝫ succurrebant. Neq; ue/
ro coniũcti albicis cõminus pugna deficiebãt: neq; multũ cedebant uirtu/
te nostris. simul ex minoribꝫ nauibꝫ magna uis eminus missa teloꝝ: mul/
ta nostris de ĩprouiso imprudentibꝫ: atq; ĩpeditis: uulnera ĩferebãt. Cõspi/
catæq; naues triremes duæ nauẽ. D. Bruti quæ ex signo facile agnosci po/
terat: duabꝫ ex partibꝫ sese in eã ĩcitauerãt. sed tãta re præuisa Brutus cele/
ritate nauis enixus ẽ: ut paruo momẽto ãtecederet. Illę adeo grauiter inter
se incitatę cõflixerunt: ut uehementissime utræq; ex cõcursu laborarẽt. al/
tera uero pfracto rostro tota collabifieret. Qua re aĩaduersa: quę ꝓxĩę ei lo/
co ex Bruti classe naues erant: in eas impeditas ĩpetũ faciũt: celeriterq; am/
bas deprimũt. Sed nasidianę naues nulli usui fuerũt: celeriterq; pugna ex/
cesserũt. Nõ. n. has aut respectus patriæ: aut ꝓpinquoꝝ præcepta ad extre/
mũ uitæ piculũ adire cogebãt. Itaq; ex eo numero nauiũ nulla desiderata
ẽ. ex massiliẽsiũ classe qnq; sũt depressę: q̃ttuor captę: una cũ nasidianis ꝓfu/
git: quæ oẽs citeriorẽ hispaniã petiuerũt. At ex reliqs una p̃missa massiliã:
huius nũtii pferẽdi gr̃a: cũ iã appropinquaret urbi: oĩs sese multitudo ad co/

gnoſcédũ effudit. Hac re cognita tãtus luctus excepit: ut urbs capta ab ho/
ſtibꝰ eodé ueſtigio uideret᷑. Maſſilieſes tñ nihilo ſegnius ad defenſioné ur/
bis reliqua apparare cœperũt. Eſt aũt aïaduerſum ab legionariis: q dexterã
parté opis adminiſtrabãt: ex crebris hoſtiũ eruptionibꝰ: magno ſibi eé prę/
ſidio poſſe: ſi ꝑ caſtello ac receptaculo turrim ex latere ſub muro feciſſent:
quã primo ad repétinos incurſus humilé paruãq; fecerãt. huc ſe referebãt.
hinc ſi qua maior oppreſſerat uis ꝓpugnabãt. hinc ad repellédũ et ꝓſequé/
dũ hoſté ꝓcurrebãt. patebat hæc quoquo uerſus pedes. xxx. ſed parietum
craſſitudo pedũ. v. Poſtea uero: ut é oĩum rerũ magiſter uſus / hoĩum adhi/
bita ſollertia inuentũ eſt magno eé uſui poſſe: ſi hæc eſſet in altitudiné tur/
ris elata. Id hac rõne ꝑfectũ é. ubi turris altitudo ꝑducta é: id cõtabulatiõis
cauſa in parietes ĩſtruxerunt ita: ut capita tignoꝝ extrema parietũ ſtructu/
ra tegerent᷑: neqd emineret: ubi ignis hoſtiũ adhæreſceret. hãc inſup conti/
gnationé quãtũ tectũ plutei ac uinearũ paſſum eſt: laterculo aſtruxerũt: ſu/
praq; eũ locũ duo tigna trãſuerſa iniecerũt: ut nõ longe ab extremis parie/
tibus: qbꝰ ſuſpenderét eã cõtignationé: quæ turri teguméto eſſet futura: ſu/
praq; ea tigna directo trãſuerſas trabes iniecerũt: eaſq; aſſeribꝰ religauerũt.
has trabes paulo lõgiores: atq; eminẽriores: q̃ extremi parietes erãt: effece/
rũt: ut eſſet ubi teguméta ꝑpendere poſſent ad defendẽdos ictus: ac repel/
lendos. Cũ ĩter eã cõtignationé parietes extruerent᷑. eãq; cõtabulationé ſũ/
mã lateribꝰ lutoq; cõſtrauerũt: ne qd ignis hoſtiũ nocere poſſet: centoneſq;
ĩſup iniecerũt: ne aut tela torméris miſſa tabulationé ꝑfringerét: aut ſaxa ex
catapultis lateritiũ diſcuterét. ſtorias aũt ex funibꝰ ãchorariis. iii. ĩ lõgitu/
diné parietũ turris latas. iiii. pedes fecerũt / eaſq; ex tribꝰ ꝑtibꝰ: quę ad hoſteſ
uergebãt: eminẽtibꝰ trabibꝰ circũ turré ꝓ̃pẽdétes religauerũt: qđ unũ genꝰ
teguméti aliis locis erãt expti: nullo telo: neq; torméto traiici poſſe. ubi ue/
ro ea ꝑs turris: quę erat ꝑfecta: tecta atq; munita é ab oĩ ictu hoſtiũ: pluteos
ad alia opa abduxerũt: turris tectũ ꝑ ſe ipſũ ꝓ̃heſiõibus et cõtignatiõe pría
ſuſpẽdere ac tollere cœperũt. Vbi quãtũ ſtoriarũ demiſſio patiebat᷑: tãtum
eleuabãt. ĩtra hęc teguméta abditi: atq; muniti: parietes lateribꝰ extruebãt:
rurſuſq; aliã prehẽſioné ad ædificãdũ ſibi locũ expediebãt: ubi tépus alte/
riꝰ cõtabulatiõis uidebat᷑ tigna ité ut prío tecta extremis lateribꝰ ĩſtruebãt.
Exq; ea cõtignatiõe rurſus ſũmã cõtabulationé: ſtoriaſq; leuabãt. Ita tuto:
ac ſine ullo uulnere: ac piculo ſex tabulata extruxerũt: feneſtraſq; qbꝰ ĩ locis
uiſũ é: ad torméta mittẽda ĩ ſtruẽdo reliquerũt. Vbi ex ea turri: quę circum
eſſét opa tueri ſe poſſe cõfiſi ſũt: muſculũ pedibꝰ. lx. lõgũ ex materia bipe/
dali: qué a turri lateritia ad hoſtiũ turré: murũq; ꝑducerent: facere inſtitue/
rũt. cuius muſculi hæc erat forma: duæ príæ trabes in ſolo: ęque lõgæ / di/
ſtantes inter ſe pedes quattuor collocantur. Inq; eis columnellæ pedum in
altitudine. v. defiguntur. has inter ſe capreolis molli faſtigio coniungunt:
ubi tigna quæ muſculi tegendi cauſa ponant: collocentur. eo ſuper tigna
bipedalia iniiciunt: eaq; laminis: clauiſq; religant: ad extremumq; muſculi

tectũ:trabesq; extremas quadratas regulas.iiii.patẽtes digitos defigũt:quę lateres:qui super musculos struant᷑ contineãt.Itaq; fastigiato atq; ordinatim structo:trabes quæ erant in capreolis collocatæ.In lateribus:luto musculus ut ab igne qui ex muro iaceretur:tutus esset cõtegitur.Super lateres coria ĩducunt᷑:ne canalibus aqua immissa lateres deluere posset. Coria aũt ne rursus igni:ac lapidibꝰ corrũpant᷑:cẽtonibus cõtegũt᷑.Hoc opus omne tectũ uineis ad ipsam turrĩ ꝓficiunt:subitoq; ĩopinãtibꝰ hostibꝰ machinatiõe nauali palãgis subiectis ad turrĩ hostiũ admouent:ut ędificio iungat᷑: quo malo perterriti subito oppidani:saxa q̃maxima possunt:uectibus promouent.præcipitataq; muro in musculum deuoluunt.Ictum firmitas materiæ sustinet:et quicquid fastigio incidit musculi delabitur.Id ubi uidẽt: mutant consilium.Cupas tæda ac pice refertas incendunt:easq; de muro ĩ musculum deuoluunt.Inuolutæ labuntur:delapsæ ab lateribus longuriis: furcisq; ab opere remouentur.Interim sub musculo milites:uectibus infirma saxa turris hostium:quibus fundamenta continebant᷑ cõuellunt.Musculus ex turri latericia a nostris telis tormẽtisq; defendit᷑.Hostesq; ex muro ac turribus submouent᷑.nõ dat᷑ libera muri defendendi facultas.cõpluribus iã lapidibꝰ ex ea quæ suberat turri subductis:repẽtina ruina pars eius turris cõcidit:pars reliqua cõsequẽs ꝓcũbebat.Tũ hostes turris repentina ruina cõmoti:inopinato malo turbati deorũ ira perculsi:urbis direptiõe ꝑterriti:inermes cũ infulis sese porta foras uniuersi proripiũt.ad legatos:atq; exercitũ supplices manus tẽdũt.Qua noua re oblata oĩs administratio belli cõsistit:militesq; auersi a prælio ad studiũ audiendi et cognoscendi ferũtur.Vbi hostes ad legatos exercitũq; ꝑuenerunt:uniuersi se ad pedes ꝓiiciunt.orant ut aduentus Cæsaris expectet᷑.captam suam urbem uidere: opa ꝑfecta:turrem subrutã.itaq; a defensiõe desistere:nullã exoriri morã posse: quo minus cũ uenisset:si imperata nõ facerent:ad nutum e uestigio diriperentur.docẽt si omnino turris cõcidisset:nõ posse milites cõtineri:quin spe prædæ in urbẽ irrumperẽt:urbẽq; delerẽt.hæc atq; eiusmodi generis q̃plura ut ab hoĩbus doctis:magna cũ misericordia fletuq; ꝓnunciãt᷑. Quibus rebus cõmoti legati milites ex ope deducũt.oppugnatione desistunt.opibus custodias relinquũt.Induciarũ quodã gñe misericordia facto: aduẽtꝰ Cæsaris expectat᷑.nullũ ex muro:nullum a nostris mittit᷑ telum.ut re cõfecta:omnes curã et diligẽtiã remittũt.Cæsar.n.per litteras Trebonio magnope mãdauerat:ne ꝑ uim oppidũ expugnari pateret᷑:ne grauius ꝑmoti milites et defectiõis odio:et cõtẽptiõne sui:et diutino labore omnes puberes interficerent:quod se facturos minabant᷑:ægreq; tunc sunt retenti:quin oppidum irrumperent.grauiterq; eam rem pertulerũt:ꝙ stetisse per Treboniũ:quo minus oppido potirent᷑:uidebat᷑.At hostes sine fide:tẽpus:atq; occasionẽ fraudis ac doli quærũt.Interiectisq; aliquot diebus nostris languentibus:atq; aĩo remissis:subito meridiano tẽpore:cũ alius discessisset: alius ex diutino labore in ipsis operibꝰ quieti se dedisset:omnia uero arma

reposita:cõtemptaq; essent:portis se foras erũpunt.secundo magnoq; uen-
to ignem operibus inferunt. Hũc sic distulit uentus uti uno tẽpore agger:
plutei:testudo:turris tormentaq; flãmã acciperent.et prius hæc omnia cõ-
sumerent̃:ꝗ̃ queãdmodũ accidisset:aĩaduerti posset. Nostri repentina for-
tuna ꝑmoti:arma quæ possunt:arripiũt. Alii ex castris sese incitãt:fit ĩ ho-
stes ĩpetus eoꝝ:sed muro sagittis tormẽtisq; fugientes ꝑseq prohibent̃.illi
sub murũ se recipiunt:ibiq; musculũ:turrimq; latericiã libere incendũt.ita
multoꝝ mensiũ labor hostiũ ꝑfidia:et ui tẽpestatis puncto tẽporis interiit.
Tentauerunt hoc idẽ massilienses:postero die eãdem nacti tempestatẽ:ma-
iori cum fiducia ad aliã turrẽ aggeremq; eruptione pugnauerunt:multũq;
ignem intulerũt. Sed ut superioris temporis contentionem nostri omnem
remiserant:ita proximi diei casu admoniti:oĩa ad defensionem parauerãt.
Itaq; multis interfectis:reliquos infecta re ĩ oppidũ reppulerũt. Trebonius
ea quæ sunt amissa multo maiore studio militũ administrare et reficere in-
stituit. Nã ubi tantos suos labores:et apparatus male cecidisse uiderũt:in-
duciisq; per scelus uiolatis:suã uirtutẽ irrisui fore perdoluerũt.ꝙ unde ag-
ger omnino comparari posset:nihil erat reliquum:omnibꝰ arboribꝰ longe
lateq; in finibus massiliẽsiũ excisis:et cõuectis:aggerem noui generis:atq;
inauditum ex latericiis duobꝰ muris senum pedum crassitudine:atq; eorũ
murorũ contignationem facere constituerunt:æqua fere latitudine:atq; il-
le cõgestus ex materia fuerat agger. Vbi aut spaciũ inter muros:aut imbe-
cillitas materię postulare uideret̃:pilæ ĩterponunt̃.transuersaria tigna inii-
ciuntur:quæ firmamẽto esse possint. Et ꝗcqd est cõtignatum cratibus cõ-
sternitur:cratesq; luto integũt̃. Sub texto miles dextra atq; sinistra muro
tectus aduersus plutei obiecto ꝑi/quæcũq; usui sũt sine ꝑiculo supportat.
celeriter res administrat̃.diuturni laboris detrimẽtũ solertia:et uirtute mi-
litum breui reconciliat̃.portæ quibꝰ locis uidetur:eruptionis causa ĩ mu-
ro relinquunt̃:Quod ubi hostes uiderũt:ea quæ diu longoq; spacio refici
nõ posse sperassent:paucoꝝ dierũ opera:et labore ita perfecta:ut nullius ꝑ-
fidiæ:neq; eruptiõis locus esset:neq; quicꝗ̃ omnino reliqueret̃:qũo aut ui
militibꝰ:aut igni operibus noceri posset: eodemque exemplo sentiũt to-
tam urbẽ qua sit aditus ab terra:muro turribusq; cirũueniri posse:sic ut ip-
sis consistendi in suis munitionibus locus non esset:cum pene ędificata in
muris ab exercitu nostro mœnia uiderentur:ac tela coniicerẽtur:suorumq;
tormentoꝝ usum:qbꝰ ipsi ui magna superauissent:spacio ꝓpinquitatis in-
teriore:pariq; cõditiõe e muro ac turribꝰ bellãdi data:uirtute se nostris ad-
ęquare nõ posse intelligunt:ad easdem deditionis cõditiones recurrũt. M.
Varro ĩ ulteriore hispania initio cognitis his rebꝰ quę sũt ĩ italia gestę: diffi-
fidens Pompeianis rebꝰ amicissime de Cæsare loquebat̃. Pręoccupatũ se-
se legatione ab. Cn. Pompeio teneri obstrictum fide:necessitudinem qui-
dem sibi nihilo minorem cũ Cæsare ĩtercedere:neq; se ignorare quod esset
officium legati: qui fiduciariam operam optineret: quæ uires suæ: quæ

uolũtas erga Cæsarem totius prouincię. Hæc oĩbus referebat sermonibus: neq; se in ullam partẽ mouebat. Postea uero cũ Cæsarem ad massiliam detineri cognouit: copias Petreii cum exercitu Afranii esse cõictaũs: magna auxilia conuenisse: magna esse in spe: atq; expectare: et consentire omnẽ citeriorem prouinciam: quæq; postea acciderãt. Deq; ãgustiis ad ilerdam rei frumẽtariæ accepit: atq; ad eum elatius: atq; inflatius Afranius præscribebat: se quoq; ad motũ fortunæ mouere cœpit. delectũ habuit tota prouincia legionib9 cõpletis duabꝫ: cohortes circiter triginta alarias addidit: frumenti magnũ numerũ coegit: qđ massiliẽsibus. item qđ Afranio Petreioq; mitteret. naues longas. x. gaditanis ut facerẽt: imperauit. Cõplures præterea in hispali faciendas curauit. pecuniã oẽm: omniaq; ornamenta ex fano Herculis in oppidum gadis contulit. Eo sex cohortes præsidii causa ex ꝓuincia misit. C. q; Gallonium equitẽ romanũ familiarẽ Domitii: qui eo ꝓcurandę hæreditatis causa uenerat: missus a Domitio: oppido gadibꝫ præfecit. arma omnia priuata et publica ĩ domũ Gallonii cõtulit. Item habuit graues in Cæsarem cõciones. Sæpe ex tribũali prędicauit: aduersa Cæsarẽ prælia fecisse: magnũ numerũ ab eo militũ ad Afraniũ ꝑfugisse. Hęc se certis nũtiis: certis auctoribꝫ cõperisse. Quibꝫ rebꝫ ꝑterritos ciues romãos ei9 ꝓuincię sibi ad remp. administrãdã cohortes. clxxxx. et argenti põdo. xx. milia: tritici modios. cxx. milia polliceri coegit. Quas Cęsari eẽ amicas ciuitates arbitrabat᷑: iis grauiora onera iũgebat. q uerba atq; orationẽ aduersus remp. habuissent: eorum bona in publicũ adducebat. præsidiaq; eo deducebat: et iudicia in priuatos reddebat. ꝓuinciã oẽm ĩ sua et Pompeii uerba per iusiurandum adigebat. Cognitis his rebus: quę sũt gestę in citeriore hispania parabat bellum. Ratio autem hęc erat belli: ut se cũ legionibus gades conferret: naues frumentũq; omne ibi cõtineret. Prouinciã enĩ oẽm Cæsaris rebus fauere cognouerat. In insula frumento nauibusq; comparatis: bellum duci nõ difficile existimabat. Cæsar et si multis necessariisq; rebus ĩ italiã reuocabatur: tñ cõstituerat nullã partem belli in hispaniis relinquere: q magna esse Pompeii beneficia et magnas clientelas in citeriore ꝓuincia sciebat. Itaq; duabus legionibus missis in ulteriorem hispaniam cũ. Q. Cassio tri. ple. ipse cum equitibus de magnis itineribus progreditur. edictumq; premittit: ad quam diem magistratus principesq; omnium ciuitatum sibi esse præsto cordubę uellet. Quo edicto tota ꝓuincia promulgato: nulla fuit ciuitas quin ad id tempus partem senat9 cordubam mitteret. Nullus ue ciuis romanus paulo notior: quin ad statutum diem conueniret. Simul ipse cordubę cõuentus per se portas Varroni clausit: custodias uigiliasq; in muro turribusq; disposuit. Cohortes duas quæ colonicæ appellabant᷑: cum eo casu uenissent: tuendi oppidi causa: apud se retinuit. Iisdem diebus carmonenses: quæ est longe firmissima totius prouincię ciuitas deductis tribus cohortibus positis in arce oppidi a Varrone pręsidio ꝑ se cohortes eiecit: portasq; pręclusit. Hoc uero magis ꝓperare Varro: ut cũ

legionibus q̃primum gadis contẽderet ne in itinere:aut traiectu interclu/
deretur:tanta ac tam ſecunda in Cæſarem uoluntas prouinciæ repiebatur.
Progreſſo ei paulo longius litterę a gadibus reddunt̃:ſimul atq; ſit cogni/
tũ de edicto Cæſaris Cõſenſiſſe gaditanos principes cũ tri. cohortiũ quæ
eſſent ibi in præſidio ut Galloniũ ex oppido expellerent. Vrbem inſulãq;
Cæſari ſeruarẽt. Hoc inito cõſilio denũtiauiſſe Gallonio:ut ſua ſponte dũ
ſine periculo liceret:excederet gadibꝯ:ſi id nõ feciſſet:ſibi cõſiliũ capturos.
Hoc timore adductũ Galloniũ gadibus exceſſiſſe. His cognitis rebus :al/
tera ex duabus legionibus:quæ uernacula appellabatur:ex caſtris Varrõis
aſtante et inſpectante ipſo ſigna ſuſtulit:ſeſeq; hiſpalim recepit:atq; in foro
et porticibus ſine maleficio conſedit. quod factum eius adeo conuentus et
ciues romani comprobauerunt:ut domum ad ſe quiſq; hoſpitio cupidiſſi/
me reciperet. Quibus rebus perterritus Varro:cũ itinere conuerſo ſeſe itali/
cam uenturum promiſiſſet certior a ſuis factus eſt præcluſas eſſe portas. tũ
uero omni intercluſus itinere ad Cæſarem mittit:paratum ſe eſſe legiõem:
cui iuſſiſſet tradere. ille ad eum. Sex. Cæſarem mittit:atq; huic tradi iubet.
Tradita legione Varro cordubam ad Cæſarem uenit:relatis ad eum publi/
cis rationibus cum fide:quod penes eum eſt pecuniæ tradit:et quod ubiq;
habebat frumenti:ac nauium oſtendit. Cæſar habita concione cordubæ:
omnibus generatim gratias agit:ciuibus romanis:ꝙ oppidum in ſua pote/
ſtate ſtuduiſſent habere. hiſpanis:ꝙ præſidia expuliſſent. Gaditanis:ꝙ co/
natus aduerſariorum ĩfregiſſent:ſeq; in libertatem uindicaſſent. tribũis mi/
litum centurionibuſq; qui eo præſidii cauſa uenerant:ꝙ eorum cõſilia ſua
uirtute confirmauiſſent:pecunias quæ erant in publicum Varroni a ciuibꝯ
roma. pollicitæ remittit. Bona reſtituit iis:quos liberius locutos hanc pœ/
nam tuliſſe cognouerat:tributis quibuſdã publicis:priuatiſq; premiis: re/
liquos ĩ poſterũ bona ſpe cõplet:biduũq; cordubæ cõmorat⁹ gades ꝓfici/
ſcit̃:pecunias monumẽtaq; quę ex fano Herculis collata erãt ĩ priuatã do/
mũ:referri ĩ tẽplũ iubet. ꝓuĩcię. Q. Caſſiũ p̃fecit. huic q̃tuor legiões attri/
buit. ipſe his nauibꝯ:q̃s. M. Varro:quaſq; Gaditani iuſſu Varrõis fecerãt
Tarraconẽ paucis diebꝯ ꝑuenit. ibi toti⁹ fere citerioris ꝓuĩcię legatiões Cę
ſaris aduẽtũ expectabãt. Eadẽ rõe priuatĩ ac publice q̃buſdã ciuitatib⁹ ha/
bitis honorib⁹ Tarracõe diſcedit:pedibuſq; Narbonã:atq; ĩde maſſiliã ꝑue
nit. ibi legẽ de dictator̃ latã ſeſeq; dictatorẽ dictũ a. M. lepido p̃tore cogno
ſcit. Maſſiliẽſes oĩbꝯ defeſſi malis:rei frumẽtariæ ad ſũmã ĩopiã adducti:
bis prælio nauali ſuꝑati:crebris eruptiõibꝯ fuſi:graui ẽt peſtilẽtia cõflictati
ex diutĩa cõcluſiõe et mutatiõe uict⁹. panico. n. uetere atq; hordeo corrup/
to oẽs alebãt̃. q̃d ad huiuſmõi caſus ãtiq̃t⁹ ꝑatũ ĩ publicũ cõtulerãt. deiecta
turri:labefacta magna ꝑte muri:auxiliis ꝓuĩciaꝝ:et exercituũ deſꝑatis /q°s
ĩ Cęſaris ꝑtãtẽ uẽiſſe cognouerãt:ſeſe deder̃ ſine fraude cõſtituũt. Sed pau/
cis añ diebꝯ. L. Domiti⁹ cognita maſſiliẽſiũ uolũtate:nauib⁹ trib⁹ cõꝑatis:
ex q̃bꝯ duas fãiliaribꝯ ſuis attribuerat unã ip̃e cõſcẽderat:nact⁹ turbidã tẽ/

pestatē est profectus. hūc cōspicatę naues: quę iussu Bruti cōsuetudīe quotidiana ad portū excubabāt: sublatis anchoris seq cœperūt. Ex his unū ipsius nauigiū cōtēdit: et fugere perseuerauit: auxilioq; tempestatis e cōspectu abiit. duo perterrita cōcursu nostrarum nauiū sese in portum receperūt. massilienses arma tormentaq; ex oppido: ut ē impatū: proferūt. Naues ex portu: naualibusq; educūt: pecuniam ex publico tradūt. Quibus rebus cōfectis Cæsar magis eos: pro nomine uetustatis: q̄ pro meritis in se ciuitatis conseruans: duas ibi legiōes præsidio reliquit: cæteras in italiam mittit. ipse ad urbem proficiscit᷑. iisdem temporibus. C. Curio in africam profectus ex sicilia: etiam ab initio copias. P. Actii Vari despiciens: duas legiones ex quatuor: quas a Cęsare accepat: et. cl. equites trāsportabat: biduoq; et noctibus tribus nauigatione cōsumptis appulit ad eū: qui appellat᷑ aquilaria. Hic locus abest a clupeis passuū uigintiduo milia. habetq; nō īcommodā æstate stationem: et duobꝫ eminentibꝫ promontoriis cōtinetur. Huius aduentū. L. Cæsar filius cū decem longis nauibꝫ ad clupeam præstolās: quas naues uticæ ex prædonū bello subductas. P. Actius reficiendas: huius belli causa curauerat: ueritusq; nauiū multitudinē: ex alto refugerat. Appulsusq; ad proximū littus trireme cōstrata et ī littore relicta: pedibꝫ adrumētū ꝓfugerat. Id oppidū. C. Cōsidius lōgus unius legiōis pręsidio tuebat᷑. Hūc sequutus. M. Ruffus quæstor nauibus duodecim quas præsidio onerariis nauibus Curio ex sicilia eduxerat: postq̄ relictam ī littore nauem cōspexit hāc remulco abstraxit. ipse ad Curionem cū classe redit. Curio Martiū uticam nauibꝫ pręmittit. ipse eodem cū exercitu proficiscit᷑. biduiq; iter progressus ad flumen bagradam peruenit. Ibi. C. Caniū legatū cū legionibus reliquit. ipse cū eqtatu antecedit ad castra explorāda corneliana: qꝛ is locus peridoneus castris habebat᷑. Id aūt est iugū directū: eminens ī mare utraq; ex parte præruptū: atq; asperū: sed tamen paulo leniore fastigio ab ea parte: quæ ad uticam uergit. abest directo itinere ab utica paulo amplius passus mille: sed hoc itinere est fons quo mare succedit longius: lateq; is locus restagnat: quæ si qs uitare uoluerit: sex miliū circuitu ī oppidū ꝑueniet. Hoc explorato loco: Curio castra Vari conspicit: muro oppidoq; coniuncta ad portam quę appellat᷑ bellica admodū munita natura loci: una ex parte ipso oppido utica: altera theatro: qđ est ante oppidū substructiōibꝫ eius opis maximis: aditu ad castra difficili: et āgusto. simul aīaduertit multa undiq; portari: atq; agi plenissimis uiis: quæ repentini tumultus timore ex agris ī urbē cōferebāt᷑. huc eqtatū mittit: ut diripet: atq; haberet loco ꝑdæ. eodēq; tēpore his rebꝫ subsidio sexcenti eqtes electi numidæ ex oppido: peditesq; cccc. mittunt᷑ a Varo: quos auxilii causa rex Iuba paucis diebꝫ āte uticam miserat. Huic et paternū hospitiū cū Pompeio: et simultas cū Curione intercedebat: qꝛ tri. ple. legem ꝓmulgauerat: qua lege regnū Iubę publicauerat. cōcurrūt eqtes īter se: neq; uero primū īpetū nostroꝝ numidę ferre potuerūt: sed interfectis circiter. cxx. reliqui se in castra ad oppidū receperūt.

Interim aduentu longarum nauium: Curio pronunciari onerariis nauibus iubet: quæ stabant ad uticam numero circiter. cc. se in hostium habiturum loco qui non euestigio ad castra corneliana uela duxissent: qua pronuntiatione facta: temporis puncto sublatis anchoris: omnes uticam relinquunt: et quo imperatũ est: transeunt. quæ res omniũ rerũ copia compleuit exercitũ. His rebus gestis Curio se in castra ad bagradam recepit. Atq; uniuersi exercitus conclamatione imperator appellat̃. Postero die uticam exercitũ ducit: et prope oppidum castra ponit. Nondum opere castrorum perfecto: equites e statione nuntiant: magna auxilia eqtũ: peditũq; ab rege missa uticam uenire. eodemq; tempore uis magna pulueris cernebatur: et euestigio temporis primum agmen erat in conspectu. Nouitate rei Curio permotus præmittit equites: qui primum impetũ sustineant ac morent̃. Ipse celeriter ab opere deductis legionibus: aciem instruit: equitesq; committunt pręliũ: et priusq̃ plane legiones et explicari et consistere possent: tota auxilia regis impedita ac ꝑturbata: q̄ nullo ordine: et sine timore iter fecerant: in fugã se coniiciunt. eqtatuq; omni fere incolumi: q̄ se per littora celeriter in oppidũ recepit magnum peditũ numerum interficiunt. Proxima nocte cẽturiones marsi duo ex castris Curionis: cũ manipularibus suis uigintiduo ad Actiũ Varũ profugiunt. Ii seu uere: quam habuerant opinionem ad eũ perferũt: siue etiã auribus Vari seruiunt. Nam quę uolumus et credimus libenter: et quę sentimus ipsi: reliquos sentire speramus. Confirmant certe totius quidem exercitus animos alienos esse a Curione. maximeq; opus esse in conspectũ exercitus uenire: et colloquendi dare facultatem. qua opinione adductus Varus postero die mane legiones ex castris educit: facit idem Curio: atq; una ualle non magna interiecta: suas uterq; copias instruit. Erat in exercitu Vari. sex. Quintilius Varus: quẽ fuisse Corfini supra demõstratũ est. Hic dimissus a Cæsare in africam uenerat. Legionesq; eas traduxerat: quas supioribus temporibus corfinio receperat Cæsar: adeo ut paucis mutatis centurionibus: iidem ordines manipuliq; constarent. Hãc nactus appellationis causam Quintilius circuire aciem Curionis: atq; obsecrare milites cœpit: ne primam sacramenti: quod apud Domiciũ: atq; apud se quęstorem dixissent: memoriam deponerent. Neu contra eos arma ferrent: qui eadem essent usi fortũa: eademq; in obsidione perpessi. Neu pro his pugnarent: a qbus in contumeliam: perfugæ apellarent̃. His pauca ad spem largitionis addidit: quæ ab sua liberalitate: si se atq; Actiũ sequuti essent: expectare deberent. Hac habita oratione nullã in partẽ ab exercitu Curiõis fit significatio: atq; ita suas uterq; copias reducit. atq; in castris Curionis magnus omniũ incessit timor. Nam is uariis hominũ sermonibꝰ celeriter augetur. Vnusq̄sq; enim opiniones fingebat. et ad id: quod ab alio audierat: sui aliqd timoris addebat. Hoc uno auctore ad plures ꝑmanauerat: atq; illi aliis ediderant: plures auctores eius rei uidebantur. ciuile bellũ: genus hominũ: qđ liceret libere facere: et sequi: quod uellent. legiões hæ: quæ paulo

ante:apud aduersarios fuerant. Nam etiã Cæsaris beneficiũ mutauerat cõ/suetudo:qua offerentur municipia etiam diuersis partibꝫ coniuncta. Neq; enim ex marsis pelignisq; ueniebant. ut q superiore nocte in contuberniis: cõmilitesq; nõnulli grauiores sermones militũ uulgo durius accipiebant. Nõnulla etiam ab iis:qui diligentiores uideri uolebant:fingebantur. qui/bus de causis cõcilio conuocato de sũma reꝝ deliberare ĩcipit. Erant sentẽ/tiæ:quæ conandum omnibus modis:castraq; Vari oppugnãda censerent: q̄ huiusmodi militum consiliis ocium maxime contrarium esse arbitrarẽ/tur. Postremo præstare dicebant per uirtutem in pugna belli fortunam ex/periri:q̃ desertos et circumuentos a suis grauissimũ supplicium pati. porro erãt qui censerent de tertia uigilia in castra corneliana recedendum:ut ma/iore spatio temporis interiecto militum mentes sanarent̃. simul si qd gra/uius accidisset:magna multitudine nauium:et tutius:et facilius ĩ siciliam receptus daretur. Curio utrumq; improbãs consilium:q̃tum alteri senten/tiæ deesset animi:tantum alteri superesse dicebat. hos turpissimæ fugæ ha/bere rationẽ. illos etiam iniquo loco dimicãdũ putare. Qua enim inqt fi/ducia:et opere:et natura loci munitissima castra expugnari posse confidi/mus? aut etiam qd proficimus si accepto magno detrimento:ab oppugna/tione castrorum discedimus? quasi non felicitas rerum gestarum exercitibꝫ beniuolentiam imperatoris:et res aduersæ odia concilient. Castrorum aũt mutatio:quid habet nisi turpem fugam:et desperationem omniũ:et alie/nationem exercitus. Nam neq; prudentes suspicari oportet sibi parũ credi. Neq; improbos scire sese timeri:q̄ illis licentiam timor augeat:nostris stu/dia diminuat. Quod si iam inqt hæc explorata habeamus:quæ de exerci/tus alienatione dicunt̃: Quæ quidem ego aut omnino falsa:aut certe mi/nora esse confido:quanto hæc dissimulari:et occultari:q̃ ꝑ nos confirmari præstat? An uero uti corporis uulnera:ita exercitus incommoda sunt tegẽ/da? Ne spem aduersariis augeamus? At etiam ut media nocte ꝓficiscamur addunt:quo maiorem credo licentiã habeant:q peccare conentur. Namq; huiusmodi res aut pudore:aut metu tenent̃. qbus rebus nox maxime ad/uersaria est. Quare neq; tanti sum animi:ut sine spe castra oppugnanda cẽ/seam:neq; tanti timoris:ut ipse deficiam. Atq; omnia prius experienda ar/bitror:magnaq; ex parte iam me una uobiscum de re iudicium facturum confido. Dimisso concilio:cõcionem aduocat militum. cõmemorat quo sit eorum usus studio ad corfiniũ Cæsar:ut magnam partem italiæ bene/ficio atq; auctoritate eoꝝ suam fecerit. Vos enim factũq; uestrũ inquit: oĩa deinceps municipia sũt secuta. Neq; sine causa et Cæsar amicissime de uo/bis:et illi grauissime iudicarũt. Pompeius enim nullo prælio pulsus: uestri facti præiudicio demotus italia excessit. Cæsar me quem sibi carissimũ ha/buit:prouinciamq; siciliã:atq; africam:sine quibus urbem atq; italiã tueri nõ potest:uestræ fidei cõmisit. adsunt qui uos hortent̃:ut a nobis desciscа/tis. qd. n. est illis optatius:q̃ uno tempore:et nos circũuenire:et uos nefario

ſcelere obſtringere: aut q̃d irati grauius de uobis ſentire poſſent: q̃ ut eos ꝓdatis: qui ſe uobis oĩa debere iudicãt: Et in eorũ poteſtaté ueniatis: qui ſe ꝑ uos periſſe exiſtimant: An uero in hiſpania res geſtas Cęſaris non audiſtis: duos pulſos exercitus: duos ſuperatos duces: duas receptas ꝓuincias: Hęc acta diebus. xl. q̃bus in cõſpectũ aduerſariorum uenerit Cæſar. An qui incolumes reſiſtere nõ potuerũt: perditi reſiſtant: Vos auté certa uictoria Cęſarem ſequuti: diiudicata iã belli fortuna: uictum ſequimini: cum ueſtri officii premia percipere debeatis: deſertos enim ſe ac ꝑditos a uobis dicũt: et prioris ſacraméti mentioné faciũt: Vos ne uero. L. Domicium: an uos. L. Domicius deſeruit: nõ ne extremã pati fortunam paratos proiecit: ille ſibi clam: nõ uobis ſaluté fuga petiuit: nõ ne ꝑditi ꝑ illũ Cęſaris beneficio eſtiſ conſeruati: Sacraméro ení uos tenere q̃ potuit: cũ ꝓiectis faſcibus: et depoſito imperio priuatus: et captus ipſe ĩ alienã ueniſſet poteſtaté: Relinqͤ noua religio: ut eo neglecto ſacraméto: quo nũc tenemini: reſpiciatis illud: q̃d deditiõe ducis: et capitis diminutione ſublatũ eſt. At credo ſi Cęſaré ꝓbatis: iam me offenditis: qui de meis in uos meritis pręiudicaturus non ſum: quæ ſunt adhuc: et mea uoluntate: et ueſtra expectatione leuiora. Sed tamen ſui laboris milites ſemꝑ euentu belli premia petiuerũt. qui qualis ſit futurus: ne uos quidem dubitatis. diligentiam quidem ueſtrã: aut qué ad finem adhuc res proceſſit fortunãq; cur prætereã: An pœnitet uos: ꝙ ſaluũ: atq; incolumé exercitũ: nulla oĩno naue deſiderata: traduxerim: ꝙ claſſem hoſtiũ primo ĩpetu adueniens ꝓfligauerim: ꝙ bis per biduũ equeſtri prælio ſuperauerim: ꝙ ex portu ſinuq; aduerſariorum. cc. naues oneratas adduxerim: Eoq; illos cõpulerim: ut neq; pedeſtri itinere neq; nauibus cõmeatu iuuari poſſint: Hac uos fortuna: atq; his ducibus repudiatis corfinienſem ignominiam in italiæ fuga: an hiſpaniarum deditioné ĩ africi belli præiudicio ſequimini: Equidé me Cęſaris milité dici uolui: uos me imperatoris nomine appellauiſtis: cuius ſi uos pœnitet: ueſtrum uobis beneficiũ remitto: mihi meũ reſtituite nomen: ne ad contumeliã honorem dediſſe uideamini. Qua oratione ꝑmoti milites: crebro etiam dicentem interpellabant: ut magno cũ dolore infidelitatis ſuſpicionem ſuſtinere uiderenť. Diſcedétem uero ex concione uniuerſi cohortantur: magno ſit animo: neu dubitet prælium committere: et ſuam fidem uirtutemq; experiri. quo facto et cõmutata oĩum uoluntate: et opinione conſenſu ſuo conſtituit Curio: cũ primum ſit data poteſtas: prælio rem committere. Poſtero die productos loco eodem: quo ſuperioribus diebus cõſtiterat: in acie collocat. Ne Varus quidem Actius dubitat copias producere: ſiue ſollicitandi milites: ſeu ſi ęquo loco dimicandi detur occaſio: ne facultatem prætermittat. Erat uallis inter duas acies: ut ſupra demõſtratũ é: nõ ita magno: aut difficili: et arduo aſcéſu. Hanc uterq; ſi aduerſariorum copiæ trãſire conarentur: expectabat: quo æquiore loco prælium committeretur. ſimul a ſiniſtro cornu Actii equitatus omnis: et una leuis armatura et interiecti complures: cum ſe in uallem

dimitterent:cernebantur. Ad eos Curio equitatum:et duas marucinorum
cohortes mittit. quorum primum impetum equites hostium non tulerũt:
sed amissis equis ad suos refugerũt. relicti ab his:qui una ꝓcurrerant:leuis
armaturæ circũueniebant̃:atq; interficiebant̃ ab nostris. Huc tota Vari cõ/
uersa acies suos fugere:atq; cõcidi uidebat. Tũc Rebilius legatus Cęsaris:
quẽ Curio secũ ex sicilia duxerat:ꝙ magnũ habere usũ ĩ re militari sciebat:
perterritum inquit hostem uides Curio:qd dubitas uti temporis opportu/
nitate? Ille unum elocutus:ut memoria tenerent milites ea:quæ pridie sibi
cõfirmassent:sequi se iubet:et præcurrit ante omnes:adeoq; erat impedita
uallis:ut in ascensu nisi subleuati a suis primi:nõ facile eniterent̃. Sed præ/
occupatis animis actianorum militum:tempore:et fuga:et cæde suorum:
nihil de resistẽdo cogitabant. omnesq; iam se ab equitatu circumueniri ar/
bitrabãt̃. Itaq; priusq̃ telũ abiici posset:aut nostri ꝓpius accederẽt:oĩs Vari
acies terga uertit:seq; in castra recepit. qua in fuga Fabius Pelignus quidã
ex ĩfimis ordinibꝰ de exercitu Curiõis:primũ agmen fugiẽtiũ cõsecutus:
magna uoce Varũ noĩe appellans:reqrebat:uti unus esse ex eius militibus:
et monere aliqd uelle:ac dicere uideret̃. Vbi ille sępius appellat̃:aspexit: ac
restitit:et qs esset:aut qd uellet:quęsiuit. Humerũ aptũ gladio appetit:pau/
lũq; abfuit:qn Varũ interficeret. quod ille ꝑiculũ sublato ad eius conatum
scuto:uitauit. Fabius a ꝓximis militibꝰ circũuentus ĩterficit̃. ac fugientiũ
multitudine ac turba portæ castrorũ occupant̃:atq; iter ĩpeditur. pluresq; ĩ
eo loco sine uulnere q̃ ĩ prælio:aut fuga ĩtereunt. Neq; multũ abfuit: quin
etiam castris pellerentur. ac nonnulli protinus eodem cursu in oppidũ con/
tenderunt. Sed cum loci natura:tũ munitio castroꝝ aditum ꝓhibebant:ꝙ
ad prælium egressi Curionis milites:his rebus indigebant:quæ ad oppu/
gnationẽ castroꝝ erant usui. Itaq; Curio exercitum ĩ castra reducit:suis oĩ/
bus præter Fabium ĩcolumibus. Ex numero aduersarioꝝ circiter sexcentis
interfectis:atq; uulneratis:q omnes discessu Curionis:multiq; præterea per
simulationem uulnerũ:ex castris in oppidũ ꝓpter timorem sese recipiunt.
Qua re animaduersa Varus et terrore exercitus cognito buccinatore in ca/
stris:et paucis ad speciem tabernaculis relictis:de tertia uigilia silẽtio exer/
citũ in oppidũ reducit. Postero die Curio uticã obsidere:et uallo circũue/
nire ĩstituit. Erat ĩ oppido multitudo ĩsolens belli diuturnitate ocii:et uti/
censes pro qbusdam Cęsaris ĩ se beneficiis illi amicissimi erant:. Cum etiã
ex uariis generibus constaret terror ex superioribus præliis magnus . Itaq;
de deditione omnes palam loquebantur:et cũ. P. Actio agebãt:ne sua per/
tinacia oĩum fortũas perturbare uellet. Hæc cum agerent̃:nuncii præmis/
si ab rege Iuba uenerũt:qui illũ cũ magnis copiis adesse dicerent:et de cu/
stodia ac defensione urbis adhortarentur. Quæ res eoꝝ perterritos animos
confirmauit. nunciabantur hæc eadem Curioni:sed aliquandiu fides fieri
non poterat:tantam habebat suarum rerũ fiduciã. Itaq; Cæsaris ĩ hispaniã
res secũdę:ĩ africam nunciis ac litteris perferebantur. Quibus oĩbus rebus

ſublatus:nihil contra ſe regem niſurum exiſtimabat. Sed ubi certis aucto/
ribus comperit minus.v.et.xx.milibus lõge ab utica eius copias abeſſe:re/
lictis munitionibꝰ ſeſe in caſtra cornelia recepit. Huc frumentũ comporta/
re:caſtra munire:materiam conferre cœpit. Statimq; in ſiciliã miſit uti duę
legiones:reliquuſq; eqtatus:ad ſe mitterent͛. Caſtra erãt ad bellũ ducendũ
aptiſſima natura:et loci munitione:et maris ꝓpinqtate:et aquæ et ſalis co/
pia:cuius magna uis iã ex ꝓximis erat ſalinis eo cõgeſta.nõ materia mul/
titudĩe arboꝝ:nõ frumẽtũ:cuius erãt pleniſſimi agri:deficere poterat. Itaq;
ſuoꝝ oĩum conſenſu Curio reliquas copias expectare:et bellũ ducere para/
bat. His conſtitutis rebus probatiſq; conſiliis:ex perfugis qbuſdam oppi/
danis audit Iubam reuocatũ finitimo bello:et controuerſiis leptitanorum
reſtitiſſe in regno. Saburam eius præfectũ cũ mediocribus copiis uticæ ap/
propinquare. His auctoribus temere credens cõſiliũ cõmutat:et prælio rẽ
cõmittere cõſtituit.multũ ad hanc rem ꝓbandã adiuuat adoleſcentia: ma/
gnitudo animi:ſuperioris anni temporis prouentus:fiducia rei benegeren/
dæ.his rebus impulſus eqtatũ oẽm prima nocte ad caſtra hoſtiũ mittit ad
flumen bagradam:qbꝰ præerat Sabura:de quo ãte erat auditũ. Sed rex cũ
oĩbus copiis inſequebat͛:et ſex milium paſſuũ interuallo a Sabura conſe/
derat.equites miſſi nocte iter conficiunt. Imprudentes atq; inopinãtes ho/
ſtes aggrediuntur. Numidæ enim quadã barbara conſuetudine nullis or/
dinibus paſſim conſederãt. Hos oppreſſos ſomno:et diſperſos adorti ma/
gnum eoꝝ numerum interficiunt:multi perterriti perfugiũt.quo facto ad
Curionem equites reuertuntur:captiuoſq; ad eũ reducunt. Curio cũ oĩbuſ
copiis quarta uigilia exierat:cohortibus quinq; caſtris præſidio relictis. ꝓ/
greſſus milia paſſuũ ſex eqtes cõuenit:rẽ geſtã cognouit.ex captiuis quę/
rit qs caſtris ad bagradã præſit.reſpondent Saburã. reliqua ſtudio itineris
cõficiendi quærere prætermittit:ꝓximaq; reſpiciẽs ſigna Videtis ne inqt
milites captiuoꝝ orationẽ perfugis cõuenire/abeſſe regem:exiguas eſſe co/
pias miſſas:quæ paucis eqtibus pares eſſe non potuerunt. Proinde ad prę/
dam:ad gloriam properate:ut iam de premiis ueſtris: et de referẽda gratia
cogitare incipiamus.erãt per ſe magna:quæ geſſerant equites:preſertim cũ
eorum exiguus numerus cũ tanta multitudine numidarũ cõferret͛. Hæc
tñ ab his iflatius cõmemorabant͛:ut de ſuis homines laudibus inſolenter
quidem:ſed libenter prædicãt.multa enim præterea ſpolia præferebãt͛.ca/
pti hoĩes:equiteſq; producebant͛:ut qcqd itercederet temporis: hoc omne
uictoriam morari uideret͛. Ita ſpei Curionis militũ ſtudia nõ deerãt. eqtes
ſequi iubet ſeſe.iterq; accelerat:ut q̃maxime ex fuga ꝑterritos adoriri poſ/
ſet. At illi itinere totius noctis cõfecti:ſubſeq nõ poterãt. Atq; alii alio lo/
co reſiſtebant:ne hæc qdem res Curionem ad ſpem morabat͛. Iuba certior
factus a Sabura de nocturno prelio:duo milia hiſpanoꝝ et galloꝝ equitũ:
quotquot ſuæ cuſtodiæ cauſa circũ ſe habere cõſueuerat:et peditũ eã par/
tem:cui maxime cõfidebat:Saburæ ſubmittit. ipſe cũ reliqs copiis elephã/

tisq;.xl.lentius subseqtur:suspicatus præmissis eqtibus ipsum affore Curio/nem. Sabura copias eqtum peditũq; instruit:atq; his imperat:ut simulatio/ne timoris paulatim cedant:ac pedẽ referãt. sese cũ opus esset:signum præ/lii daturũ:et quod rẽ postulare cognouisset ĩperaturũ. Curio ad supiorem spem addita pñtis tẽporis opiniõe:hostes fugere arbitratus copias ex locis superiorib9 ĩ cãpũ deducit.qbus ex locis cũ longius esset ꝑgressus cõfecto iam labore exercitu.xvi.miliũ spacio cõsistit.dat signũ suis Sabura.aciem cõstituit:et circuire ordines atq; hortari incipit. Sed peditatu dũtaxat ꝓcul ad speciẽ utit᷑. Eqtes ĩ aciẽ mittit.nõ deest negocio Curio:suosq; hortat᷑:ut spem oẽm ĩ uirtute reponãt.nec militibus qdẽ:ut defessis:neq; equitib9:ut paucis et labore cõfectis studium ad pugnãdũ uirtusq; deerat. Sed ii nu/mero ducenti. Reliqui in itinere subsisterant:qui quãcũq; in partem impe/tum fecerant:hostes loco cedere cogebant. Sed neq; longius fugientes pro/sequi:nec uehemẽtius equos ĩcitare poterãt. At equitatus hostiũ ab utroq; cornu circuire aciẽ nostrã:et aduersos ꝓterere ĩcipit. Cũ cohortes ex acie ꝓ/currissent:numidæ integri:celeritate impetum nostroꝝ effugiebãt:rursusq; ad ordines suos se recipientes circũibant:et ab acie excludebant. Sic neq; in loco manere:ordinesq; seruare:neq; ꝓcurrere:et casum subire tutũ uidebat᷑. hostiũ copiæ summissis ab rege auxiliis crebro augebant᷑.nostris uires las/situdine deficiebãt. simul ii:qui uulnera acceperãt:neq; acie excedere neq; ĩ locũ tutũ referri poterant:ꝙ tota acies equitatu hostiũ circũdata tenebat᷑. Hi de sua salute desperantes:ut extremo uitæ tẽpore hoĩes facere cõsuerũt: aut suã mortẽ miserabant᷑:aut parẽtes suos cõmẽdabãt:si quos ex eo peri/culo fortuna seruare potuisset. Plena erant oĩa timoris et luctus. Curio ubi perterritis oĩbus neq; cohortationes suas:neq; preces exaudiri ĩtelligit:unã ut ĩ reliquis reb9 spem reliquã salutis arbitratus:ꝓximos colles capere uni/uersos:atq; eo inferri signa iubet. Hos quoq; præoccupat missus a Sabura equitatus. Tũ uero ad summã desperationẽ nostri ꝑueniunt:et partim fu/gientes ab equitatu ĩterficiunt᷑:partim integri ꝓcumbunt. Hortat᷑ Curio/nem Cn. Domitius pręfectus equitũ:cũ paucis equitib9 circũsistens ut fu/ga salutem petat:atq; in castra contendat.et se ab eo nõ discessurũ pollicet᷑. At Curio nunq̃ amisso exercitu:quẽ a Cęsare fidei cõmissum acceperat:se in eius conspectum reuersurum cõfirmat:atq; ita præliãs interficit᷑. equites perpauci ex pręlio se recipiũt. Sed ii:quos ad nouissimũ agmen equoꝝ re/ficiendoꝝ causa:substitisse demonstratũ ẽ:fuga totius exercitus ꝓcul aĩad/uersa:se ĩcolumes in castra conferũt. milites q; ad unum oẽs interficiuntur. His rebus cognitis. M. Ruffus Quæstor ĩ castris relictus a Curiõe cohor/tat᷑ suos:ne aĩo deficiant. illi orant atq; obsecrant:ut in siciliam nauibus re/portentur. pollicetur. magistrisq; imperat nauium:ut primo uespere omnes scaphas ad littus appulsas habeãt. Sed tãtus fuit oĩum terror:ut alii adesse copias Iubæ dicerẽt:alii cum legiõibus instare Varum:iamq; se puluerem uenientium cernere:quarum rerũ nihil oĩno acciderat:alii classem hostium

celeriter aduolaturam suspicarent. Itaq; perterritis omnibus sibi quisq; cōsulebat. qui in classe erant proficisci properabant. Horum fuga nauiũ onerariarum magistros incitabat. Pauci lenunculi ad officium imperiũq; conueniebant. sed tanta erat completis littoribus cōtentio: qui potissimum ex magno numero conscenderent: ut multitudine atq; onere nonnulli deprimerentur. reliqui hoc timore propius adire tardarentur. quibus rebus accidit: ut milites pauci: patresq; familiæ: qui aut gratia: aut misericordia ualerent: aut naues adnare possent: recepti in siciliam incolumes peruenirent. reliquæ copiæ missis ad Varum noctu legatis cum centurionibus sese ei dediderunt. quorum cohortes militum Iuba postero die ante oppidum conspicatus suam esse prædicans prędam: magnam partem eorũ interfici iussit. paucos electos ĩ regnum remisit. Cum Varus suam fidem ab eo lædi quereretur: neq; resistere auderet: ipse equo in oppidum uectus consequẽtibus cōpluribus senatoribus: quo in numero erat Ser. Sulpitius: et Licinius Damasippus: paucis diebꝰ quæ fieri uellet uticæ cōstituit: atq; imperauit. diebusq; æque post paucis: se in regnum cũ omnibus copiis recepit.

## CAII IVLII CAESARIS COMMENTARIVS TERTIVS.

d ICTATORE HABENTE comitia Cæsare cōsules creantur Iu. Cæsar: et. P. Seruilius. Is enim erat annus: quo per leges ei consulem fieri liceret. His rebus confectis: cum fides tota italia esset angustior: neq; creditæ pecuniæ soluerentur: constituit ut arbitri darentur: per eos fierent æstimationes possessionum et rerum: quanti quæq; earum ante bellũ fuissent: atq; ea creditoribus traderentur. Hoc et ad timorem nouarum tabularum tollendum: minuendumq;: qui fere bellum et ciuiles dissensiones sequi consueuit: et ad debitorum tuendam æstimationem esse aptissimum existimauit. Item pr. tri. q; ple. rogationes ad populum ferentibus: nonnullos ambitus Pompeia lege damnatos illis temporibus: quibus in urbe præsidia legionum Pompeius habuerat: quæ iudicia aliis audientibus iudicibus: aliis sententiam ferentibus: singulis diebus erant perfecta: in integrum restituit: qui se illi odio ciuilis belli obtulerant: si sua opera in bello uti uellet: perinde æstimans ac si usus esset: quoniam sui fecissent potestatem. statuerat enim hos prius iudicio populi debere restitui: q̃ suo beneficio uideri receptos: ne aut ingratus in referenda gratia: aut arrogans in præcipiendo populi beneficio uideretur. His rebus: et feriis la-

tinis comitiisq; oíbus pficiẽdis.xi.dies tribuit:dictaturaq; se abdicat:et ab urbe ꝓficiscit̃:brundusiũq; puenit. Eo legiones.xii.eqtatũ oẽm uenire iusserat. Sed tãtũ nauiũ reperit:ut ãguste.xv.milia legionariorũ militũ et qngenti eqtes trãsportare possent.hoc unũ ĩopia nauiũ Cæsari ad cõficiendi belli celeritatem defuit. Atq; hæ ipsæ copiæ hoc frequentiores quoq; imponũt̃:q multi gallicis tot bellis defecerãt:lõgũq; iter ex hispania magnũ numerũ diminuerat:et grauis autũnus ĩ apulia:circũq; brundusiũ ex saluberrimis gallię et hispaniæ regionibꝰ:oẽm exercitũ ualitudine tentauerat. Põpeius ãni spaciũ ad cõparandas copias nactus:quod uacuũ a bello atq; ab hoste ociosũ fuerat:magnã ex asia cycladibusq; ĩsulis:corcyra: athenis: ponto:bithynia:syria:cilicia:phœnice:ægypto coegerat classem:magnã in oíbus locis ædificãdã curauerat.magnã ĩperatã asiæ:syriæ:regibusq; oíbꝰ: et dynastis et tetrarchis:et liberis achaiæ populis pecũiã exegerat.magnas societates earũ ꝓuinciarũ:quas ipse optinebat:sibi numerare coegerat. Legiões effecerat ciuiũ.ro.viii.quíq; ex italia quas traduxerat.unã ex cilicia ueteranam:quam factam ex duabus gemellam appellabat.unam ex creta: et macedonia ex ueteranis militibus:qui dimissi a superioribus imperatoribus:in his prouinciis consederant.duas ex asia:quas Lentulus cõsul cõscribendas curauerat.Prætererea magnũ numerũ ex thessalia:boetia:achaia: epiroq; supplementi nomine in legiões distribuerat. His antonianos milites admiscuerat.præter has expectabat cũ Scipiõe ex syria legiões duas: sagittarios ex creta:lacedæmõe:ponto:atq; syria:reliquisq; ciuitatibus tria milia numero.habebat funditorum chortes sex.delectoꝝ equitum septem milia.ex quibus duo milia Deiotarus adduxerat.quingentos Ariobarzanes ex cappadocia.ad eũdẽ numerũ Cotus ex thracia dederat: et Sasalam filiũ miserat. Ex macedonia.cc.erant:quibus Rascipolis præerat. excellenti uirtute quingentos ex gabinianis alexãdria:gallos germanosq;:quos sibi.A.Gabinius præsidii causa:apud regem Ptolemæũ reliquerat. Põpeius filius cum classe adduxerat. dccc.quos ex seruis suis pastorũq; suorũ coegerat.ccc.Tarcundarius Castor:et Donilaus ex gallogræcia tantumdem dederunt. Horum alter una uenerat.alter filium miserat.cc.ex syria a Comageno ãtiocho:cui magna premia Põpeius tribuit:missi erãt. In his pleriq; hippotoxotę.Huc dardanos:bessos:partim mercenarios:partim imperio:aut gratia compatos.Idẽ macedones:thessalos: et reliquarum gẽtium: et ciuitatum adiecerat:atq; eum quem supra demõstrauimus numerũ explеuerat.frumenti uim maximam ex thessalia:asia:ægypto: creta: cyrenis: reliquisq; regiõibus cõparauerat. Hyemare dyrrachio:appollonię:oíbusq; oppidis maritimis constituerat:ut mare Cæsarem trãsire prohiberet:eiusq; rei causa omni ĩ ora maritima classem disposuerat.pręerat ægyptiis nauibꝰ Põpeius filius/asiaticis Decius: Lęlius:et.C.Triarius.Syriacis.C.Cassius. Rhodiis.C.Marcellus cũ.C.Põpeio.liburnicæ atq; achaicæ classi Treboniꝰ Libo et.M.Octauius.toti tñ officio maritío.M.Bibulus ꝑpositꝰ: cũcta

administrabat.adhunc summa imperii respiciebat. Cæsar ut brundusium uenit:concionatus apud milites:quoniam prope ad finem laborũ:ac periculorum esset peruentum:æquo ut animo mancipia atq; impedimenta in italia relinquerent:ipsi expediti naues conscenderent:quo maior numerus militum posset imponi:omniaq; ex uictoria:et ex sua liberalitate sperarẽt. Conclamantibus omnibus imperaret quod uellet:quodcumq; imperauisset se æquo animo eẽ facturos:pridie nonas ianuar. naues soluit impositis: ut supra demonstratum est:legionibus septem. postridie terrã attigit. græcorum saxa inter et alia loca periculosa quietam nactus stationem:et portus omnes timens : quos teneri ab aduersariis arbitrabatur:ad eum locum qui appellatur palestina omnibus nauibus ad unam incolumibus milites exposuit. Erat orici Lucretius Hispilo:et Minutius Ruffus cum asiaticis nauibus. xviii. quibus iussu. D. Lælii præerat. M. Bibulus cum nauibus ex corcyra. sed nequaq̃ ii sibi confisi ex portu prodire sunt ausi : cum Cæsar omnino. xii. naues longas præsidio duxisset:in quibus erat etiam ipse. illi neq; Bibulus impeditis nauibus:dispersisq; remigibus satis mature occurtit:ꝙ prius ad continentem uisus est Cæsar : q̃ de eius aduentu fama omnino in eas regiones perferretur . expositis militibus naues eadem nocte Brundusium a Cæsare remittuntur:ut reliquæ legiones:equitatusq; transportari possent. Huic officio præpositus erat Fusius Calenus legatus : qui celeritatem in transportandis legionibus adhiberet. sed serius a terra ꝓuectæ naues:neq; usæ nocturna aura:in redeundo offenderunt. Bibulus enim corcyræ certior factus de aduentu Cæsaris sperans se alicui parti honustarum nauium occurrere posse:nauibus occurrit:et nactus circiter. xxx. ĩ eas diligentiæ suę ac doloris iracundia erupit:oẽsq; incendit. eodẽq; igne nautas:dominosq; nauiũ interficit:magnitudine pœnæ reliquos deterrere sperans. Hoc confecto negocio a solonis ad orici portum stationes:littoraque omnia longe lateq; classibus occupauit:custodiisq; diligentius dispositis: ipse grauissima hyeme ĩ nauibus excubabat:neq; ullum laborem:aut munus despiciens:neque subsidium expectans si in Cæsaris complexum ueniret. Sed post discessum liburnarum ex illyrico. M. Octauius cũ iis : quas habebat nauibus:salonas peruenit:ibiq; cõcitatis dalmatis:reliquisq; barbaris hissam a Cæsaris amicicia auertit:conuentumq; salonis:cũ neq; pollicitatiõibꝰ:neq; denũciatiõe ꝑiculi ꝓmouere posset:oppidũ oppugnare ĩstituit. Est aũt oppidũ:et loci natura:et colle munitũ. Sed celeriter ciues romani ligneis effectis turribꝰ:his sese muniuerũt. et cũ essẽt infirmi ad resistẽdũ propter paucitatem hoĩum:crebris cõfecti uulneribꝰ ad extremũ auxilium descẽderunt:seruosq; oẽs puberes liberauerunt:et præsectis omnium mulierum crinibus:tormẽta effecerunt. quorũ cognita sententia Octauius quinis castris oppidum circũdedit:atq; uno tempore obsidione et oppugnatiõibꝰ eos premere cœpit. Illi omnia ꝑpeti parati:maxĩe a re frumẽtaria laborabant:qui remissis ad Cæsarem legatis : auxilium ab eo petebant.

reliqua ut poterant per se incommoda sustinebant. et longo interposito
spacio: cũ diuturnitas oppugnationis negligẽtiores Octauianos effecisset:
nacti occasionem merediani temporis discessu eorũ: pueris: mulieribusq; ĩ
muro dispositis: ne quid quotidianæ consuetudinis desideraretur: ipsi ma/
nu facta: cum iis: quos nuper manumissos liberauerant: ĩ proxima Octauii
castra irruperunt. His expugnatis: eodẽ impetu altera sunt adorti. Inde ter/
tia: et quarta: et deinceps reliqua: omnibusq; eos castris expulerunt. et ma/
gno numero interfecto: reliquos atq; ipsum Octauiũ in naues confugere
coegerunt. Iamq; hyems appropinquabat: et tantis detrimentis receptis
Octauius: desperata oppugnatione oppidi dyrrachium sese ad Pompeiũ
recepit. Demonstrauimus. L. Bibulum Ruffum Pompeii præfectum bis ĩ
potestatem peruenisse Cæsaris: atq; ab eo esse dimissum: semel ad corfiniũ:
iterum in hispaniam. Hũc ꝓ suis beneficiis Cæsar iudicauerat idoneũ: quẽ
cũ mãdatis ad Cn. Pompeiũ mitteret: eundẽq; apud Cn. Pompeiũ aucto/
ritatẽ habere intelligebat. Erat aũt hæc sũma mãdatoꝝ: debere utrũq; per/
tinaciẹ finem facere: et ab armis discedere: neq; amplius fortunã periclitari:
satis esse magna utrinq; ĩcõmoda accepta: quæ pro disciplina: et præceptis
habere possẽt: ut reliquos casus timerent. illũ ab italia expulsum: amissa si/
cilia: et sardinia: duabusq; hispaniis: et cohortibꝫ: italia atq; hispania ciuiũ
romanoꝝ centũ atq; triginta: morte Curiõis et detrimẽto afraniani exer/
citus tanto: militũq; deditione ad corcyrã. proinde sibi ac reipublicæ par/
cerent: quãtũq; in bello fortuna posset iam ipsi incõmodis suis satis essent
documento. Hoc unum esse tempus de pace agendi: dum sibi uterq; con/
fideret: et pares ambo uiderẽtur. Si uero alteri paululum tribuisset fortuna:
nõ esse usurum conditionibus pacis eum: qui superior uideretur: neq; fore
æqua parte contentum: qui se omnia habiturum confideret. Conditiones
pacis quoniã antea conuenire nõ potuissent romæ: a senatu et a populo ro/
mano peti debere. Interea et reipublicæ: et ipsis placere oportere: si uterq; in
cõcione statim iurauisset se triduo ꝓxio exercitũ dimissuꝝ: depositisq; ar/
mis auxiliisq;: quibꝫ nũc cõfiderẽt: necessario populi senatusq; iudicio fo/
re utrũq; contentũ. Hæc quo facilius Pompeio ꝓbari possent: omnes suas
terrestres: urbiũq; copias dimissurũ. Bibulus his expositis corcyræ nõ mi/
nus necessariũ eẽ existimauit: de repẽtino aduẽtu Cęsaris Põpeiũ fieri cer/
tiorẽ: uti ad id cõsiliũ capere possit: ãteq̃ de mãdatis agi ĩciperet. Atq; ideo
cõtinuato et nocte et die itinere: atq; oĩbus copiis mutatis ad celeritatẽ iu/
mentis ad Pompeiũ cõtendit: ut adesse Cæsarem nũciaret. Pompeius erat
eo tẽpore in cãdauia: iterq; ex macedõia ĩ hyberna apolloniã dyrrachiũq;
habebat. Sed re noua ꝑturbatus: maioribꝫ itineribꝫ apolloniã petere cœpit:
ne Cæsar orę maritimę ciuitates occuparet. At ille expositis militibꝫ: eodẽ
die oricum ꝓficiscitur: quo cum uenisset. L. Torquatus: qui iussu Pompeii
oppido præerat: præsidiumq; ibi pertinorum habebat conatus portis clau/
sis oppidũ defendere: græcos murum ascendere: atq; arma capere iubet. Illi

autem cũ se contra imperium populi romani pugnaturos esse negarẽt:oppidani autem sua sponte Cęsarem recipere conarentur:desperatis omnibus auxiliis portas aperuit:et se atq; oppidum Cæsari dedidit:incolumisq; ab eo cõseruatus est.recepto Cæsar orico nulla interposita mora appolloniam proficiscitur.eius aduentu audito.L. Straberius:qui ibi præerat:aquã cõportari in arcem atq; munire:obsidesq; ab apolloniatibꝰ exigere cœpit. Illi uero daturos se negare:neq; portas consuli præclusuros:neq; sibi iudicium sumpturos contra id:quod oĩs italia populusq;.ro.iudicauisset.quorũ cognita uoluntate:clam profugit apollonia Straberius.illi ad Cæsarem legatos mittũt :oppidoq; recipiũt.Hos sequuntur bellidenses:amatini quoq;:et reliquæ finitimę ciuitates:totaq; epirus.et legatis ad Cęsarẽ missis:quæ imperaret:facturos se pollicent̃. At Pompeius cognitis his rebꝰ:quæ erãt orici:atq; apolloniæ gestæ:dyrrachio timens:diurnis eo nocturnisq; itineribus cõtẽdit.simul ac Cęsar appropinquare dicebat̃:tantus terror incidit eius exercitui:ꝙ ꝓperans noctẽ diei cõiunxerat:neq; iter ĩtermiserat:ut pene omnes in epiro finitimisq; regionibus signa relinquerẽt.complures arma reiicerent:ac fugæ simile uideretur iter. Sed cum ꝓpe dyrrachiũ Pompeius constitisset:castraq; metari iussisset:perterrito etiam tũ exercitu: princeps Labienus procedit:iuratq; eum non desepturũ:eundemq; casum subiturum:quencumq; ei fortuna tribuisset. Hoc idem reliqui iurant legati. Hos tri.mil.centurionesq; sequũtur.atq; idem omnis exercitus iurat.Cæsar profecto occupato itinere ad dyrrachiũ finem ꝓperãdi facit:castraq; ad flumen hapsum supponit in finibus apolloniatũ:ut castellis uigiliisq; bene meritæ ciuitates tutæ essent præsidio.ibiq; reliquarum ex italia legionum aduentum expectare:et sub pellibus hyemare constituit.Hoc idem Pompeius fecit:et trans flumen thapsum positis castris:eo copias omnes auxiliaq; conduxit.Calenus legionibus equitibusq; Brundusii in naues impositis:ut erat præceptum a Cæsare:quantum nauium facultatem habebat:naues soluit.paulumq; a portu progressus:litteras a Cæsare accipit: quibus est certior factus:portus littoraq; omnia classibus aduersariorũ teneri. quo cognito se in portum recipit : nauesq; omnes reuocat.una ex his quæ perseuerauit:neq; imperio Caleni obtemperauit:ꝙ erat sine militibus : priuatoq; consilio administrabatur:delata oricum:atq; a Bibulo expugnata est:qui de seruis liberisq; omnibus ad impuberes supplicium sumit:et ad unũ interficit.Itaq; exiguo tempore:magnoq; casu totius exercitus salus constitit.Bibulus ( ut supra demonstratum est ) erat cum classe ad oricum : et sicut mari portubusq; Cæsarem prohibebat:ita ipse omni terra earum regionũ prohibebatur.Præsidiis enim dispositis:omnia littora a Cæsare tenebant̃:neq; lignãdi:neq; aquandi:neq; naues ad terram religãdi potestas fiebat.Erat res in magna difficultate:summisq; angustiis rerum necessariarum præmebantur:adeo ut cogerentur:sicuti reliquum commeatum : ita ligna atq; aquam corcyra nauibꝰ onerariis supportare. Atq; etiam uno tẽ

pore accidit: ut difficilioribus usi tempestatibus: ex pellibus: quibus erant tectæ naues nocturnum excipere rorem cogerentur inuiti: quas tamen difficultates patienter et æquo animo ferebant: neq; sibi nudãda littora: et relinquendos portus existimabant. Sed cum essent: in quibus demonstraui angustiis: ac se Libo cum Bibulo coniunxisset: loquuntur ambo ex nauibus cum. M. Acilio: et Statio Murco legatis. quorũ alter oppidi muris: alter præsidiis terrestribus præerat: uelle se de maximis rebus cum Cęsare loqui: si sibi eius facultas detur. Huc addunt pauca rei confirmãdæ causa: ut de compositione acturi uiderent. Interim postulant: ut sint indutię: atq; ab his impetrant: magnum enim quod afferebant: uidebatur. Et Cæsarem id sũme sciebant cupere: et perfecturũ aliqd de Bibuli mandatis existimabat. Cęsar eo tẽpore cũ legione una ꝓfectus erat ad recipiẽdas ulteriores ciuitates: et rem frumentariã expediendã: qua anguste utebat. Erat autẽ ad buthrotũ oppidũ corcyrę: ibi ab Acilio certior: et Murco per litteras factus de postulatis Libonis et Bibuli, regionem relinquit: ipse oricum reuertit. eo cũ uenisset: euocant illi ad colloquium. prodit Libo: atq; excusat Bibulũ: ꝗ is iracundia summa erat: inimiciciasq; habebat etiam priuatas cum Cæsare ex ædilitate et consulatu conceptas. ob eam rem colloquiũ uitasse: ne res maximæ spei: maximæq; utilitatis: eius iracundia impedirentur. Pompeii summam esse: ac fuisse semper uoluntatem: ut componerentur: atq; ab armis discederetur. Sed potestatem se eius rei nullam habere: ꝓpterea ꝙ de consilii sententia: summam belli rerumq; omnium Pompeio ꝓmiserunt: sed postulatis Cęsaris cognitis: missuros ad Pompeium: atq; illum reliqua per se acturum hortantibus ipsis. Interea manerent indutię: dum ab illo rediri posset: ne ue alter alteri noceret. Huc addit pauca de causa: et de copiis auxiliisq; suis. Quibus rebus: neq; tum respondendũ Cæsar existimabat: neq; nunc ut memoriæ prodat: satis causæ putamus. Postulabat Cæsar: ut legatos sibi ad Pompeiũ sine periculo mittere liceret. Idq; ipsi fore reciperent: aut acceptos per se ad eũ perducerent, quod ad inducias pertineret: sic belli rationem esse diuisam: ut illi classe naues auxiliaq; sua impedirent. ipse ut aqua terraq; eos ꝓhiberet. et si hoc sibi remitti uellent: remitterent ipsi: de maritimis custodiis. si illud tenerent: se quoq; id retenturũ. nihilominus agi posse de compositione: ut hæc non remitterent: neq; hanc rem illis esse impedimenti loco: neq; legatos Cæsaris recipere: neq; periculum præstare eorũ: sed totam rem ad Pompeium reiicere. Vnum instare de indutiis: uehementissimeq; contendere. quẽ ubi Cæsar intellexit præsentis periculi: atq; inopiæ uitandæ causa omnem orationem instituisse: neq; ullam spem aut conditionis pacem afferre: ad reliquam cogitationem belli sese recepit. Bibulus multos dies terra prohibitus: et grauiore morbo: et frigore ac labore implicitus: cum neq; curari posset: neq; susceptũ officiũ deserere uellet: uim morbi sustinere non potuit. eo mortuo ad neminem unũ summa imperii: sed separatim suã qsq; classẽ ad arbitriũ suũ administrabat. Vibul/

lius sedato tumultu:quem repentinus aduentus Cæsaris concitauerat:ubi primum rursus adhibito Libone:et.L.Luceio:et Theophane:quibus cõmunicare de maximis rebus Pompeius consueuerat:de mandatis Cæsaris agere ĩstituit:Eũ ingressum ĩ sermonẽ Pompeius ĩterpellauit:et loqui plura ꝓhibuit.Quid mihi inqt:aut uita:aut ciuitate opus est:quam beneficio Cæsaris habere uidebor?Cuius rei opinio tolli nõ poterit:nisi cũ ĩ italiã ex qua ꝓfectus sũ reductus existimabor bello pfecto.Ab his Cæsar hæc dicta cognouit:qui sermoni interfuerunt. Conatus tamen nihilominus est aliis rõnibus per colloquia de pace agere:ut inter bina castra Pompeii atq; Cæsaris unũ flumen tãtũ ĩterat hapsus:crebraq; iter se colloqa milites habebant:neq; ullum interim telum per pactiones colloquentium traiiciebat᷑: mittit.P.Vatinium legatum ad ripam ipsam fluminis:qui ea:quæ maxime ad pacem pertinere uiderentur:ageret.et crebro magna uoce pronũtiaret:liceret ne ciuibꝰ ad ciues de pace duos legatos mittere: quod etiã fugitiuis ab saltu pyreneo:prædonibusq; licuisset.pręsertim cum id agerent:ne ciues cũ ciuibus armis decertarent.multa suppliciter locutus:ut de sua atq; omnium salute debebat:silentioq; ab utrisq; militibus facto:auditum responsum est ab altera parte.A.Varronem profiteri se altera die ad colloquiũ uenturum.atq; una etiam utrinq; admodum turo legati uenire:et quę uellent exponere possent:certumq; ei rei tempus constituitur.quo cũ esset postero die uentũ:magna utrinq; multitudo conuenit:magnaq; erat eius rei expectatio:atq; omnium intenti animi ad pacem esse uidebant᷑.qua ex frequentia.T.Labienus prodiit:summissa oratione loqui de pace: atq; altercari cum Vatinio incipit.quorum mediam orationem intercipiũt undiq; subito tela immissa:quæ ille obtectus armis militum uitauit: Vulnerantur tamen complures.In his Cornelius Balbus.M.Plotius.L.Tiburtius centuriones:militesq; nonnulli.Tum Labienus:desinite ergo de compositione loqui:Nam nobis nisi Cæsaris capite relato pax esse non potest. His tẽporibꝰ.M.Celius Ruffus p̃tor cã debitoꝝ suscepta initio magistratus tribunal suum iuxta.C.Trebonii prætoris urbani sellam collocauit.et si quis appellauisset de æstimatione:et de solutionibus:quæ per arbitrum fierent: ut Cæsar præsens constituerat:fore auxilio pollicebatur.Sed fiebat ęquitate decreti:et humanitate Trebonii:qui his temporibus clæmẽter et moderate ius hoc dicendum existimabat:ut reperiri nõ posset:a quibus initium appellandi nasceretur.Nam fortasse inopiã excusare:et calamitatem aut ꝓpriam suam:aut temporum queri:et difficultates auctionãdi ꝓponere: etiã mediocris est animi.Integras uero tenere possessiones:qui se debere fateantur:cuius animi:aut cuius impudentiæ est?Itaq; q hoc postularet: reperiebatur nemo.atq; ipsis ad quorum commodum pertinebat: durior ĩuentus est Celius:et ab hoc ꝓfectus initio:ne frustra ingressus turpem causam uideretur:legem promulgauit:ut sexies seni dies sine usuris creditæ pecuniæ soluantur.Cum resisteret Seruilius consul:reliquiq; magistratus: et minus

opinione sua efficeret: ad hominum excitanda studia: sublata priore lege: duas promulgauit. Vnam qua mercedes habitationum annuas conductoribus donauit. aliam tabularum nouarum, impetuq; multitudinis in. C. Trebonium facto: et nonnullis uulneratis: eum de tribunali deturbauit. de quibus rebus Seruilius Consul ad Senatum retulit. Senatusq; Cælium ab republica remouendum censuit. hoc decreto eum consul senatu prohibuit: et concionari conantem de rostris deduxit. Ille ignominia et dolore permotus: palam se proficisci ad Cæsarem simulauit: clam nunciis ad Milonem missis: qui Clodio interfecto: eius nomine erat damnatus. Atq; eo in italiam euocato: q; magnis muneribus datis gladiatoriæ familiæ reliquias habebat, sibi coniunxit. atq; eum in turinum ad sollicitandos pastores præmisit. Ipse cum cassilinum ueniret: unoq; tempore signa eius militaria atq; arma capuæ essent comprensa: et familia neapoli uisa: atq; proditio oppidi appareret: patefactis consiliis exclusus capua: et periculum ueritus: q; conuentus arma cœperat: atq; eum hostis loco habendum existimabat: consilio destitit: atq; eo itinere sese auertit. Interim Milo dimissis circum municipia litteris: ea quæ faceret iussu atq; imperio facere Pompeii: quæ mandata ad se per Bibulum delata essent: quos ex ære alieno laborare arbitrabatur: sollicitabat. apud quos cum proficeret nihil: quibusdam solutis ergastulis cosam in agro turino oppugnare cœpit. Is cum a. Q. Pedio prætore cum legione lapide ictus esset ex muro periit. et Cælius profectus: ut ipse tunc dictitabat: ad Cęsarem peruenit turios: ubi cum quosq; eius municipii sollicitaret: equitibusq; Cæsaris gallis atq; hispanis: qui ab eo prædandi causa missi erãt: pecuniam pollicitaretur: ab his est interfectus. Itaq; magnarum initia rerum: quæ occupatione magistratuum: et temporũ sollicitam italiam habebant: celerem et facilem exitum habuerunt. Libo profectus ab orico cum classe: cui præerat: nauium quinquaginta brũdusium uenit. Insulamq;: quæ contra brundusinum portum est: occupauit: q; præstare unum locũ arbitrabatur: qua magis necessarius nostris erat egressus: q̃ omnium littora: ac portus custodia clausos teneri. Hic repentino aduentu naues onerarias quasdam nactus: incẽdit: et unam frumento honustam abduxit: magnumq; nostris terrorem iniecit. et noctu militibus et sagittariis in terram expositis præsidium equitum deiecit. et adeo loci opportunitate ꝓfecit: ut ad Pompeiũ litteras mitteret: naues reliquas (si uellet) subduci: et refici iuberet. sua classe auxilia sese Cæsaris prohibiturum. Erat eo tempore Antonius brundusii: qui uirtuti militum cõfisus: scaphas nauiũ magnarum circiter sexaginta cratibus pluteisq; contexit: eisq; milites delectos imposuit: atq; eas in littore: pluribus locis separatim disposuit: nauesq; triremes duas: quas brundusii faciendas curauerat ꝓpter causam exercendorum remigum: ad fauces portus prodire iussit. Has cum audacius progressas Libo uidisset: sperans intercipi posse: quadriremes quinq; ad eas misit: quæ cum nauibus nostris appropinquassent: nostri ueterani in portũ

refugiebant.Illi ſtudio incitati incautius ſequebantur. Nam ex omnibus
partibus ſubito Antonianæ ſcaphæ ſigno dato:ſe in hoſtes incitauerunt.
primoq; impetũ unã ex his quadriremem cum remigibus defenſoribuſq;
ſuis cœperunt:reliquas turpiter refugere coegerunt.ad hoc detrimentũ ac/
ceſſit:ut equitibus per oram maritimam ab Antonio diſpoſitis:aquati ꝓ/
hiberentur.qua neceſſitate et ignominia permotus Libo diſceſſit a brun/
duſio:obſidionemq; noſtrorum omiſit. Multi iam menſes tranſierant: et
hyems iam præcipitauerat:neq; brunduſio naues legioneſq; ad Cæſarem
ueniebant.ac nõnullæ eius rei prætermiſſæ occaſiones Ceſari uidebantur.
ꝗ certe ſæpe flauerant uenti:quibus neceſſario committendum exiſtima/
bat.Quantoq; eius amplius proceſſerat temporis:tanto erant alacriores ad
cuſtodias:qui claſſibus præerant:maioremq; fiduciam prohibendi habe/
bant:et crebris Pompeii litteris caſtigabantur:quoniam primo uenientem
Cæſarem non prohibuiſſent:ut reliquos eius exercitus impedirent. duri/
uſq; quottidie tempus ad tranſportandum lenioribus uentis expectabant.
Quibus rebus permotus Cæſar brunduſium ad ſuos ſeuerius ſcripſit: ut
nacti idoneum uentum:ne occaſionem nauigandi dimitterent:ſiue ad lit/
tora apolloniatũ curſum dirigere:atq; eo naues elicere poſſent. Hæc a cu/
ſtodibus claſſium loca maxime uacabant:ꝗ ſe longis portubus commit/
tere non auderent.Illi adhibita audacia et uirtute adminiſtrãtibus. M. An/
tonio et Fuſio Caleno multum ipſis militibus hortãtibus:neq; ullum pe/
riculum pro ſalute Cæſaris recuſantibus:nacti auſtrum naues ſoluũt.atq;
altera die apolloniam dyrrachiumq; peruehuntur:qui cum eſſent ex con/
tinenti uiſi. Q.Coponius:qui dyrrachii claſſi rhodię pręerat:naues ex por/
tu educit.et cum iam noſtri remiſſiore uẽto appropinquaſſent:idem auſter
increbuit:noſtriſq; præſidio fuit.Neq; uero ille ob eam cauſam conatu de/
ſiſtebat:ſed labore et perſeuerantia nautarum:ſe uim tempeſtatis ſuperare
poſſe ſperabat.præteruectoſq; dyrrachium magna ui uenti: nihilo ſegnius
ſequebatur. Noſtri uſi fortunæ beneficio: tantum impetum claſſis time/
bant:ſi forte uentus remiſiſſet.nacti portum qui appellatur nympheum ul/
tra lyſſum milia paſſuum tria:eo naues introduxerũt.qui portus ab africo
tegebatur:ab auſtro non erat tutus.Leuiuſq; tempeſtatis ꝗ̃ claſſis pericu/
lum exiſtimauerunt:quo ſimulatq; ĩtro eſt itum:Incredibili felicitate au/
ſter:qui per biduum flauerat:in africum ſe uertit.hic ſubitam commuta/
tionem fortunę uidere licuit:qui modo ſibi timuerant:hos tutiſſimus por/
tus recipiebat:qui noſtris nauibus periculum intulerant:de ſuo timere co/
gebantur.Itaq; tempore commutato:tempeſtas et noſtros texit: et naues
rhodias afflixit:ita ut ad unam roſtratæ omnes numero. xvi. eliderentur:
et naufragio interirent:et ex magno remigum propugnatorumque nume/
ro:pars ad ſcopulos eliſa interficeretur: pars a noſtris diſtraheretur. quos
omnes conſeruatos Cæſar domum remiſit.noſtræ naues duæ tardius cur/
ſu confecto in noctem coniectę:cum ignorarent quem locum reliquę cœ/

pissent:contra lyssum in anchoris constiterunt. Has scaphis minoribusq;
nauigiis compluribus sumptis Octacilius Crassus:qui lyssi præerat:expu/
gnare parabat.simul de deditione eorum agebat:et incolumitatem deditis
pollicebatur.Harum altera nauis ducentos et uiginti ex legione tyronum
sustulerat. altera ex ueterana paulominus ducentis se compleuerat. His
cognosci licuit quantum esset hominibus præsidii in animi fortitudine.
Tyrones enim multitudine nauium perterriti:et salo nauseaq; confecti: iu/
reiurando accepto nihil his nocituros hostes:se Octacilio dediderunt.qui
omnes ad eum perducti contra religionem iurisiurandi in eius conspectu
crudelissime interficiuntur. At ueteranæ legionis milites: item conflictati
et tempestatis et sentinæ uitiis: non ex pristina uirtute remittendum ali/
quid putauerunt:sed tractandis conditionibus:et simulatione deditionis:
extracto primo noctis tempore gubernatorem in terram nauem eiicere co/
gũt.ipsi idoneum locũ nacti:reliquam noctis partem ibi confecerũt.et lu/
ce prima missis ad eos ab Octacilio equitibus:qui eam partem oræ mari/
timæ obseruabant circiter.cccc.qui q; eos armati ex præsidio sequuti sunt:
se defenderunt.et nõnullis eorum interfectis incolumes ad nostros sese re/
ceperunt. Quo facto conuentus ciuium Romanorum:qui lyssum optine/
bant:quod oppidum his antea Cæsar attribuerat:muniendumque cura/
uerat:Antonium recepit:omnibusque rebus iuuit.Octacilius sibi timens
oppido fugit:et ad Pompeium peruenit. Ex omnibus copiis Antonius:
quarum erat summa ueteranorum trium legionum: uniusque tyronum:
et equitum octingẽtorum:plerasque naues in italiam remittit:ad reliquos
milites equitesque transportãdos.Pontones:quod est genus nauium gal/
licarum:lyssi relinquit hoc consilio:ut si forte Pompeius uacuam existi/
mans italiam eo traiecisset exercitum:quæ opinio erat edita in uulgus:ali/
quam Cęsar ad insequendum facultatem haberet.nuntiosque ad eum ce/
leriter mittit:quibus regionibus exercitum exposuisset: et quid militum
transuexisset. Hoc eodem fere tempore Cæsar atque Pompeius cogno/
scũt.Nam præteruectas apolloniam dyrrachiumque naues uiderant.ip/
si iter secundũ eas terras direxerunt. Sed quo essent eę quattuorcentæ dela/
tæ primis diebus ignorabant:cognitaque re diuersa sibi ambo consilia ca/
piunt. Cæsar ut q̃primum se cum Antonio coniungeret:Pompeius ut ue/
nientibus in itinere se opponeret:et sic imprudẽtes ex insidiis adoriri pos/
set.eodemque die uterque eorum ex castris statiuis:ex flumine hapso ex/
ercitum educunt.Pompeius clam et noctu: Cæsar palam atque interdiu.
Sed Cæsari circuitu maiore iter quippe erat longius aduerso flumine: ut
uada transire posset.Pompeius quia expedito itinere flumen ei transeun/
dum non erat:magnis itineribus ad Antonium cõtendit. Atque ubi eum
appropinquare cognouit:idoneum locum nactus: ibi copias collocauit:
suosque omnes castris continuit:ignesque fieri prohibuit: quo occultior
esset eius aduentus. Hæc ad Antonium statim per græcos deferuntur. Ille

miſſis ad Cæſarem nuntiis:unum diem ſeſe caſtris tenuit.Altero die ad eũ peruenit Cæſar.Cuius aduentu cognito Pompeius: ne duobus circumclauderetur exercitibus:ex eo loco diſcedit:omnibuſque copiis ad aſparagum dyrrachinorum peruenit:atq; ibi idoneo loco caſtra ponit. His temporibus Scipio detrimentis quibuſdam circa montem amanum acceptis ſeſe imperatorem appellauerat.quo facto ciuitatibus:tyranniſque magnas imperauerat pecunias.Item a publicanis ſuæ prouinciæ debitam biennii pecuniam exegerat:et ab eiſdem inſequentis anni mutuam acceperat: equiteſque toti prouinciæ imperauerat.quibus coactis finitimis hoſtibus parthis poſt ſe relictis:qui paulo ante .M.Craſſum imperatorem interfecerãt: et.M.Bibulum in obſidionem habuerant:legiones equiteſq; ex ſyria deduxerat.ſummaque ſollicitudine:at timore parthici belli in prouinciam cum ueniſſet:ac nonnullæ militum uoces tum audirentur:ſeſe contra hoſtem/ſi ducerentur/ituros:contra ciuem et conſulem arma non laturos: deductis pgamũ atq; ĩ locupletiſſimas urbes hibernę legiõibꝫ:maxĩas largitiões fecit.et cõfirmãdoꝝ militũ cauſa diripiẽdas his ciuitates dedit.Interĩ acerbiſſime ĩperatæ pecunię tota ꝓuincia exigebantur.multa prętere a generatim ad auariciam excogitabantur.In capita ſingula ſeruorum ac liberorum tributum imponebatur.columnaria:hoſtiaria:frumentum:militeſ: remiges:arma:tormenta:uecturæ imperabantur.cuius rei nomen reperiri poterat: hoc ſatis eſſe ad cogendas pecunias uidebatur.nõ ſolum urbibus: ſed pene uicis caſtelliſq; ſingulis cum imperio præficiebantur. qui horum quid acerrime crudeliſſimeq; fecerat:is et uir:et ciuis optimus habebatur. Erat plena lictorum et imperiorum prouincia: conferta præceptis atq; exactoribus:qui præter imperatas pecunias:ſuo etiam priuato imperio cõpẽdioq; ſeruiebãt.Dictitabant enim ſe domo patriaque expulſos oĩbus neceſſariis egere rebus:ut honeſta præſcriptione rem turpiſſimam tegerent. Accedebant ad hæc grauiſſimæ uſuræ:quod in bello plerumque accidere conſueuit/In uniuerſis pecuniis:quibus in rebus prolationem diei donationem eſſe dicebant. Itaque æs alienum prouinciæ eo biennio multiplicatum eſt:nec minus ob eam cauſam ciuibus. Ro .eius prouinciæ: ſed in ſingulos conuentus:ſingulaſque ciuitates certæ pecuniæ imperabantur: mutuaſq; ex illo ſenatus conſulto exigi dictitabãt: Publicanis uti in ſorte fecerant:inſequentis anni uectigal pro mutuo. Prærerea Epheſi a phano Dianæ depoſitas antiquitus pecunias Scipio tolli iubebãt:cæteraſque eius deæ ſtatuas.cum ĩ phanum uentum eſſet:adhibitis compluribus ſenatorii ordinis:quos aduocauerat Scipio: litteræ ei redduntur a Pompeio/mare tranſiſſe cum legionibus Cęſarem:properaret ad ſe cum exercitu uenire: oĩbuſq; quæ haberet. His litteris acceptis:quos aduocauerat:dimittit.Ipſe iter in macedoniam parare incipit:pauciſque poſt diebus ẽ ꝓfectus.hęc res epheſiæ pecuniæ ſalutem attulit.Cæſar Antonii exercitu cõiuncto:deducta orico legione:quam tuẽdæ orę maritimæ cauſa poſuerat:tentandas ſibi

prouincias:longiusque procedendum existimabat:et cum ad eum legati uenissent ex thessalia ætoliaq;:qui præsidio misso pollicerētur earum gentium ciuitates imperata facturas. L. Crassum Longinum cum legione tyronum:quæ appellabatur uicesimaseptima:atq; equitibus ducētis in thessaliam ire mandat:et. C. Caluisium Sabinum cum cohortibꝰ quinq;:paucisq; equitibus in ætoliam misit:maxime eo:ꝙ erant propinquæ regiones: de re frumentaria ut prouiderent:hortatus est. Cn. Domicium Caluinum cum legionibus duabus undecima:et duodecima: et equitibus quingentis in macedoniam proficisci iubet:cuius prouinciæ ab ea parte:quæ libera appellabatur: Menedemus princeps earum regionum:missus legatus omnium suarum studiū excellens profitebatur. Ex his Caluisius prīo aduentu sūma oīum ætoloꝝ receptus uolūtate:præsidiis aduersarioꝝ Calidōe:et Naupacto reiectis omni ætolia potitus est. Cassius ī thessaliā cū legiōe ꝑuenit. Hic cū essent factiōes duę uaria uolūtate ciuitatū utebat̃. Egesaretus ueteris homo potentiæ Pōpeianis rebꝰ studebat. Peretreius sūmę nobilitatis adulescens suis: ac suoꝝ opibus Cæsarem enixe iuuabat. eodēq; tēpore Domicius in macedoniam uenit:et cum ad eum frequentes ciuitatum legatiōes conuenire cœpissent:nunciatum est adesse Scipionem : cum legiōe magna et opinione et fama omnium. Nam plerumque in nouitate fama antecedit. Hic nullo in loco macedoniæ moratus:magno impetu contendit ad Domicium:et cum ab eo milia passuum uiginti abfuisset : subito se ad Cassium Longinum in thessaliam conuertit. Hoc adeo celeriter effecit: ut simul adesse:et uenire nuntiaretur:et quo iter expeditius faceret. M. Fauonium ad flumen alemonem:quod macedōiam a thessalia diuidit : cum cohortibus octo præsidio impedimentis legionis reliquit. Castellumq; ibi muniri iussit. eodem tempore equitatus regis Coti ad castra Cassii aduolauit:qui circum thessaliam esse consueuerat. Tum timore perterritus Cassius: Cognito Scipionis aduentu:uisisq; equitibus :quos Scipiōis esse arbitrabatur:ad montes se conuertit:qui thessaliam cingūt. atq; ex his locis ambrachiam uersus iter facere cœpit. At Scipionem properantem sequi litterę sunt consequutę a. M. Fauonio/ Domicium cū legionibus adesse:nec se præsidium/ubi constitutus esset/sine auxilio Scipionis tenere posse. quibus litteris acceptis consilium Scipio iterq; commutat. Cassium sequi desistit. Fauonio auxilium ferre contendit. Itaq; die ac nocte continuato itinere ad eum peruenit:tam opportuno tempore ut simul Domiciani exercitus puluis cerneretur:et primi antecursores Scipionis uiderētur. Ita Cassio industria Domicii: Fauonio Scipionis celeritas salutem attulit. Scipio in castris statiuis biduo moratus ad flumen:quod inter eum et Domicii castra fluebat alisicam:tertio die prima luce exercitum uado transducit. et castris positis postero die mane copias ante frontem castrorum struit. Domicius tum quoq; sibi dubitandum non putauit:quin productis legionibus prælio decertaret. Sed cum esset inter bina castra campus: circiter mi-

lia passuum.iii. Domicius castris Scipionis aciem suam subiecit. ille uero a uallo non discedere perseuerauit. Attamen ægre retentis Domicianis militibus est factum ne prælio contenderent: et maxime ꝙ riuus difficilibus ripis castris Scipionis subiectus: progressus nostrorum impediebat. quorum studium alacritatemque pugnandi: cum cognouisset Scipio suspicatus fore: ut postero die aut inuitus dimicare cogeretur: aut magna cum infamia in castris se contineret. qui cum magna expectatione uenisset: temere progressus turpem habuit exitum. et noctu neque conclamatis quidem uasis flumen transit: atque in eandem partem: ex qua uenerat: rediit. Ibiq; prope flumen edito natura loco castra posuit. paucis diebus iterpositis noctu insidias equitum collocauit. quo in loco superioribus fere diebus nostri pabulari consueuerant. et cum quottidiana cõsuetudine. Q. Varus præfectus eqtũ Domicii uenisset: subito illi ex insidiis consurrexerunt: sed nostri fortiter eorum impetum tulerunt: celeriterque ad suos quisque ordines rediit. atque ultro uniuersi in hostes impetum fecerunt. Ex his circiter octuaginta interfectis: reliquis in fugam coniectis: nostri duobus amissis in castra se receperunt. His rebus gestis Domicius sperans Scipionem ad pugnam elici posse: simulauit sese angustiis rei frumentariæ adductum castra mouere: uasisq; militari more conclamatis progressus milia passuum tria: loco idoneo et occulto omnem exercitum: equitatumque collocauit. Scipio ad sequendũ paratus: equitatũ magnãq; partẽ leuis armaturæ ad explorandum iter Domicii: et cognoscendum pręmisit: qui cum essent progressi, primęque turmę insidias intrauissent: ex fremitu equorum illata suspicione ad suos se recipere cœperunt. qui que hos sequebantur celerem eorum receptum conspicati restiterunt. Nostri cognitis hostium insidiis: ne frustra reliquos expectarẽt: duas nacti turmas exceperũt. In his fuit. M. Opimius pater eques. reliquos omnes earum turmarum: aut interfecerũt: aut captos ad Domicium deduxerunt. Deductis oræ maritimæ præsidiis Cæsar (ut supra demonstratum est) tres cohortes orici oppidi tuendi causa reliquit: iisque custodiam nauium longarum tradidit: quas ex italia traduxerat. Huic officio oppidoque Caninius legatus præerat. Is naues nostras in interiorem partem post oppidum reduxit: et ad terram deligauit. faucibusque portus nauem onerariam summersam obiecit: et huic alteram coniunxit: super quas turrim effectam ad ipsum introitũ portus opposuit: et militibus compleuit: tuendamque ad omnes repentinos casus tradidit. Quibus cognitis rebus. C. Pompeii filius: qui classi ægyptiæ præerat ad oricum uenit: summersamque nauem remulco: multisque colligans funibus abduxit. atque alteram nauem: quæ erat ad custodiam ab Acilio posita pluribus aggressus nauibus: in quibus ad libram fecerat turres: ut ex superiori pugnans loco: integrosq; defatigatis summittens: et reliquis partibus simul ex terra scalis et classe mœnia oppidi tentans: ut aduersariorũ

manus diduceret:labore et multitudine telorum noſtros uicit. defectiſque
defenſoribus:qui omnes ſcaphis excepti refugerant: etiam nauem expu/
gnauit.eodemque tempore ex altera parte molem tenuit naturalem : ob/
iectamque pene inſulam contra oppidum effecerat.quattuor biremes ſub/
iectis ſcutulis:impulſas uectibus in interiorem partem tranſduxit:ita ut ex
utraq; parte naues longas aggrederetur:quæ erant deligatę ad terram: atq;
naues quattuor ex his abduxit:reliquas incendit. Hoc confecto negocio
.D.Lælium ab aſiatica claſſe deductum reliquit:qui commeatus biblide:
atq; mantinea importari in oppidum prohibebat.Ipſe interim lyſſum pro/
fectus naues onerarias triginta a.M.Antonio relictas ītra portum aggreſ/
ſus omnes incendit. Lyſſum expūgnare conatus : defendentibus ciui/
bus Romanis :qui eius erant conuentus:militibuſq;:quos præſidii cauſa
miſerat Cæſar/triduum moratus : paucis in oppugnatione amiſſis re in/
fecta inde diſceſſit. Cæſar poſtquā Pompeium ad aſparagum eſſe co/
gnouit : eodem cum exercitu profectus : et expugnato in itinere oppido
partinorum:in quo Pompeius præſidium habebat:tertio die in macedo/
niam ad Pompeium peruenit:iuxtaq; eum caſtra poſuit.et poſtridie educ/
tis omnibus copiis:acie inſtructa decertandi poteſtatē Pompeio fecit. Vbi
illum ſuis locis ſe tenere animaduertit:reducto in caſtra exercitu:aliud ſibi
conſilium capiendum exiſtimauit.Itaq; poſtero die omnibus copiis : ma/
gno circuitu:difficili anguſtoq; itinere dyrrachium profectus eſt : ſperans
Pompeium aut dyrrachium compelli:aut ab eo intercludi poſſe: ꝙ omnē
se quicq̄ proficere uiderent: rumoresq; existerent magna Cæsaris præsidia terrestri itinere syria ciliciaq; adduci: quod nondum auditum Cæsari erat: commeatum: qui nostris mari supportabatur: intercipere statuerunt. Itaq; expeditis nauigiis: locis idoneis ad canopũ in statione dispositis nauibus: insidiabant̃ nostris commeatibus. Quod ubi Cæsari nuntiatũ est: classem iubet expediri atq; instrui. Præficit huic Tiberium Neronem. proficiscunt̃ in ea classe rhodiæ naues: atq; in his Euphranor: sine quo nulla unq̄ dimicatio maritima parum etiam feliciter cõfecta est. At fortuna: quę plerumq; eos: quos plurimis beneficiis ornauit ad duriorem casum reseruat: superiorũ temporum dissimilis Euphranorem persequebatur. Nam cum ad canopum uentum est: instructaq; utrinq; classis esset: et conflixisset: et sua cõsuetudine Euphranor prius prœliũ commisisset: et illic triremem hostiũ pforasset: ac demersisset: proximam longius ĩsecutus: parũ celeriter insequẽtibus reliqs: circũuentus ab Alexãdrinis est. cui subsidiũ nemo tulit: siue q̄ in ipso satis pręsidii pro uirtute ac felicitate eius putarent esse: siue q̄ ipsi sibi timebant. Itaq; unus ex omnibus eo prœlio bene rem gessit. solus cũ sua quadriremi uictrice periit. Sub id tempus Mithridates pergamenus magnæ nobilitatis domi: scientiæq; in bello: et uirtutis: fidei, dignitatisque in amicitia Cæsaris missus in syriam: ciliciamq; initio belli Alexandrini ad auxilia accersenda: cum magnis copiis: quas celeriter: et propensissima ciuitatum uoluntate: et sua diligentia cõfecerat: itinere pedestri: quo cõiungitur ægyptus syrię: pellusium adducit. Idq; oppidum firmo pręsidio occupatũ ab Achilla propter opportunitatem loci: Namq; tota ægyptus maritimo accessu pharo: pedestri Pelusio: uelut claustris munita existimatur: repente magnis circundatum copiis: multiplici præsidio pertinaciter propugnãtibus: et copiarum magnitudine: quas integras uulneratis defessisq; subiiciebat: et perseuerantia constantiaq; oppugnãdi: quo die est aggressus in suam redegit potestatem. Pręsidiũq; ibi suũ collocauit. Inde re bene gesta Alexandriã ad Cæsarem contendit. omnesq; eas regiones: per quas iter faciebat auctoritate ea: quæ plerumq; adest uictori: placarat: Atq; in amiciciam Cæsaris redegerat. locus est fere regionum illarum nobilissimus non longe ab Alexãdria: qui nominatur delta: quod nomen a similitudine literæ cœpit. Nam pars quædã fluminis nili deriuata inter se duobus itineribus paulatim medium inter se spatium relinquens diuersissimo ad littus interuallo a mari adiũgitur. Cui loco cũ appropinquare Mithridatem rex cognouisset: et transeũdum ei flumen sciret: magnas aduersus eum copias misit. qbꝰ uel superari: deleriq; Mithridatem: uel sine dubio retineri posse credebat. quẽadmodũ autem optabat eum uinci: sic satis habebat: ĩterclusum a Cęsare a se retineri. Quæ primæ copiæ flumen a delta trãsire: et Mithridati occurere potuerunt: prœlium commiserunt: festinantes præripere subsequẽtibꝰ uictoriæ societatẽ. Quoꝝ ĩpetũ Mithridates magna cũ prudentia cõstãtiaq; uirtutũ, et Alexãdrinoꝝ imprudẽtia, consuetudine nostra

castris uallatis sustinuit. Cũ uero incaute atq; insolenter succedere eos munitionibus uideret: eruptione undiq; facta magnum numerum interficit. ꝙ nisi locorum notitia reliqui se texissent: partimq; in naues: quibus flumen transierant: recepissent: funditus deleti essent. qui ut paululum ab illo timore se recrearunt: adiunctis iis: qui subsequebantur: rursus Mithridatem oppugnare cœperunt. mittitur Ma ithridate nuntius Cæsari: qui rem gestam perferret. cognoscit ex suis: hæc eadem accidisse. ita pene sub idem tempus: et rex ad opprimendum Mithridatem proficiscitur: et Cęsar ad recipiẽdũ. celeriori fluminis nili nauigatiõe rex est usus: in qua magnam et paratam classem habebat. Cæsar eodem itinere uti noluit: ne nauibus in flumine dimicaret. Sed circumuectus eo mari: quod africæ partis esse dicit᷑: sicuti supra demonstrauimus: prius tamen regis copiis occurrit: q̃ is Mithridatem aggredi posset. eumq; ad se uictorem incolumi exercitu recepit. Consederat cũ copiis rex loco natura munito: ꝙ erat ipse excelsior: planicies ex omnibus partibus subiecta. Tribus autem ex lateribꝰ uariis genere munitionibus tegebatur. Vnum latus erat adiectum flumini nilo. alterum editissimo loco ductum, ut partem castrorum optineret. Tertium palude cingebatur. Inter castra regis et Cæsaris iter flumen intercedebat angustum altissimis ripis: quod in nilum effluebat. Aberat autem ab regis castris milia passuum circiter septem. rex cum hoc itinere uenire Cæsarem cõperisset: equitatum omnem expeditosq; delectos pedites: ad id flumen misit: qui transitu Cæsarem prohiberẽt: et minus ex ripis prœlium impar inirent. Nullum enim ꝓcessum uirtus habebat: aut periculum ignauia subibat. quæ res incendit dolore milites equitesq; nostros: ꝙ tamdiu pari prœlio cum Alexãdrinis certaretur. Itaq; eodem tempore equites germani dispersi: uada fluminis quærentes: partim demissioribus ripis flumen tranarunt: et legionarii magnis arboribus excisis: quę longitudine utramq; ripam contingerẽt proiectis: repentinoq; aggere iniecto: flumen transierunt. quorum impetũ adeo pertimuerunt hostes: ut ĩ fuga spem salutis collocarẽt. Sed id frustra. namq; ex ea fuga pauci ad regem refugerunt: pene omni reliqua multitudine interfecta. Cæsar re pręclarissime gesta: cum subitum aduentum suum iudicaret magnum terrorem Alexãdrinis iniecturum: ꝓtinus uictor ad regis castra contendit. Hæc cum et opere magno uallata: et loci natura munita aduerteret: confertamq; armatorum multitudinem: collocatamq; in uallo uideret: lassos itinere ac prœliando milites ad oppugnandum castra succedere noluit. Itaq; nõ magno interuallo relicto ab hoste: castra posuit. Postero die castellũ: quod rex ĩ proximo loco non longe a suis castris munierat: brachiisq; cum opere castrorũ coniunxerat, uici optinẽdi causa, Cęsar aggressus oĩbus copiis expugnat. Non ꝙ id minori numero militũ cõseq difficile factu putaret: sed ut ab ea uictoria perterritis Alexãdrinis: protinus castra regis oppugnaret. Itaq; eo cursu: quo refugientes Alexandrinos ex castello in castra sunt milites insequuti, munitionibus successerunt.

acerrimeq; eminus prœliari cœperunt. duabus ex partibus aditus oppugnationibus nostris dabatur. una qua liberũ accessũ habere demonstraui. altera quæ mediocre interuallũ inter castra: et flumen nilum habebat. maxima et electissima Alexãdrinorũ multitudo defendebat eam partem: quę facillimum aditum habebat. plurimũ autẽ proficiebant hostes in repellendis uulnerandisq; nostris: q in regione fluminis nili propugnabant. diuersis enim telis nostri figebantur: aduersi ex uallo castrorum: auersi ex flumine: in quo multæ naues instructæ funditoribus: et sagittariis nostros impugnabant. Cæsar cũ uideret milites acrius prœliari non posse: nec tamen multũ profici propter locorum difficultatem: Cũq; animaduerteret excelsissimũ locum castrorum relictum esse ab Alexandrinis: quod et per se munitus esset: et studio partim pugnandi: partim spectandi decurrissent in eum locum: in quo pugnabatur: cohortes illo circumire castra: et summum locum aggredi iussit. hisq; Carfulenum præfecit: et animi magnitudine: et rei militaris scientia uirũ pręstantem. quo ut uentũ est: paucis defendentibus munitionem: nostris cõtra militibus acerrime pugnãtibus: diuerso clamore: et prœlio perterriti Alexandrini, trepidantes in omnes partes castrorũ discurrere cœperunt. quorum perturbatione nostrorum animi adeo sunt incitati: ut pene eodem tempore ex omnibus partibus, primi tamen editissimum locũ castrorum caperẽt. ex quo decurrentes magnam multitudinem hostium interfecerũt. quod periculum pleriq; Alexandrini fugientes: aceruatim se de uallo præcipitauerunt in eam partem: quæ flumini erat adiuncta. horum primis in ipsa fossa munitionis magna ui oppressis: cæteri faciliorem fugam habuerunt. Constat fugisse ex castris regem ipsum: receptũq; in nauem: et multitudine eorũ: qui ad proximas naues adnatabant: demerso nauigio: perisse. re felicissime celerrimeq; gesta Cæsar magnæ uictoriæ fiducia proximo terrestri itinere: Alexandriam cum equitibus contendit. Atq; ea parte oppidi uictor introiit: quę præsidio hostium tenebatur. Neque eum consilium suum fefellit: quin hostes eo prœlio audito: nihil iam de bello essent cogitaturi. dignum adueniens fructum uirtutis: et animi magnitudinis tulit. Omnis enim multitudo oppidanorũ armis proiectis munitionibusq; suis relictis: ueste ea sumpta: qua supplices dominãtes deprecari consueuerũt: sacrisq; omnibus prolatis: quorum religione precari offensos: iratosq; animos regũ erãt soliti: aduenienti Cæsari occurrerũt. seq; ei dediderũt. Cæsar in fidẽ receptos cõsolatus: per hostiũ munitiones in suam partẽ oppidi magna gratulatione uenit suorum. q nõ tantũ bellũ ipsum: ac dimicationem: sed etiam talem aduentũ eius felicem fuisse lætabãt. Cæsar ęgypto atq; Alexãdria potitus reges cõstituit: quos Ptolemęus testamẽto scripserat: atq; obtestatus erat: po. ro. ne mutarent. Nã maiore ex duobus pueris rege amisso minori tradidit regnũ. maiori ex duabus filiabus Cleopatrę: quę manserat in fide. præsidiisq; eius minorẽ Arsinoen: cuius noĩe diu regnasse impotẽter Ganymedẽ docuimus: deducere ex regno statuit: ne qua rursus

noua dissensio priusq̃ diuturnitate confirmaretur regis imperium per hoīes seditiosos nasceretur.legione ueterana sexta secum deducta:cæteras ibi reliquit:quo firmius esset eorũ regnum et imperiũ.qui neq; amorem suorũ habere poterant:q fideliter permanserant in Cęsaris amicicia:neq; uetustatis auctoritatem paucis diebus reges cõstituti.simul ad imperii nostri dignitatem:utilitatemq; publicam pertinere existimabat:si permanerent in fide Cæsaris reges:præsidiisq; eos nostris esse tutos.et hos si essent ingrati posse iisdem præsidiis coerceri.Sic rebus omnibus confectis : et collocatis: ipse itinere pedestri profectus est in syriam.Dum hæc in ęgypto geruntur: rex Deiotarus ad Domitium Caluinum:cui Cæsar asiam:finitimasq; ꝓuincias et regiones administrandas tradiderat/uenit oratum:ne armeniam minorem regnum suum:ne ue cappadociam regnum Ariobarzanis possideri:uastariq; pateretur a Pharnace.quo malo nisi liberarentur imperata se facere/pecuniãq; promissam Cæsari non posse persoluere.Domitius cum non tantum ad explicandos sumptus rei militaris pecuniam necessariam esse iudicaret:sed etiam turpe po.ro.et Cæsari uictori:sibiq; infame eē statueret:regna sociorum atq; amicorum ab externo rege occupari: nũtios confestim ad Pharnacem misit:armenia cappadociaq; decederet:ne ue occupatione belli ciuilis/populi.ro.ius maiestatemq; tentaret. Hanc denuntiationem cum maiorem uim habere existimaret:si propius eas regiões cũ exercitu accessisset:ad legiones profectus:unam ex tribus ipse trigessimam sextam secum ducit.duas in ægyptũ ad Cęsarem mittit:litteris eius euocatas.Quarum altera in bello Alexandrino non occurrit:q itinere terrestri per syriã erat missa.Adiungit.Cn.Domitius legioni trigesimæ sextę duas a Deiotaro:quas ille disciplina atq; armatura nostra complures annos cõstitutas habebat:equitesq; cẽtum:totidemq; ab Ariobarzane sumit. mittit .P.Sestium ad.C.prætorium quæstorem:ut legionem adduceret : quæ ex tumultuariis militibus in ponto cõfecta erat. Q.q; Patissiũ in ciliciam ad auxilia accerssenda.quæ copię celeriter omnes iussu Domitii conuenerũt. Interim legati a Pharnace responsum referunt cappadocia se decessisse. Armeniam minorem se recepisse:quam paterno iure optinere deberet.Deniq; eius regni causa integra Cæsari seruaretur.Paratum enim se facere:quod is statuisset.Cn.Domitius cum animaduerteret eũ cappadocia decessisse:nõ uoluntate adductum:sed necessitate:q facilius armeniam defendere posset subiectam suo regno:q̃ cappadociam longius remotam: q q; omnes tres legiones adducturum Domitium putasset: Ex quibus cum duas ad Cæsaré missas audisset/audaciusq; in armenia substitisset:perseuerare cœpit: ut eo quoq; regno decederet.Neq; enim aliud ius esse cappadociæ:atq; armeniæ:nec iuste eum postulare ut in .Cæsaris aduentum res integra differret: Id enim esse integrum:qđ ita esset:ut fuisset.His responsis datis: cũ iis copiis:quas suprascripsi:ꝓfectus est in armeniam.locisq; superioribus iter facere instituit.Nam ex ponto a comanis iugum editum siluestre ꝑtingens

in armeniam minorem:quo cappadocia finitur ab armenia. cuius itineris hæ erant certæ opportunitates:q in locis superioribus nullus impetus repentinus accidere hostium poterat:et q cappadocia his iugis subiecta:magnam commeatus copiam erat sũministratura. Complures interim legationes Pharnaces ad Domitium mittit:quæ de pace agerent:regiaq; munera Domitio ferrent.ea constanter omnia aspernabatur.nec quicq̃ sibi fore antiquius:q̃ dignitatem populi.ro.et regna sociorum recuperare: legatis respondebat.magnis et continuis itineribus confectis: cum aduentaret ad nicopolim:quod oppidũ in armenia minore positũ est:plano loco:montibus tñ altis ab duobus lateribus obiectis:satis magno interuallo ab oppido remotis:castra posuit longe a nicopoli circiter milia passuũ septẽ. Quibus ex castris cum locus angustus ac impeditus esset transeũdus:Pharnaces in insidiis delectos pedites:omnesq; pene disposuit equites. Magnam autem multitudinem pecoris intra eas fauces disparari iussit:paganosq; et oppidanos ĩ his locis obuersari:ut siue amicus siue inimicus Domitius eas angustias transiret:nihil de insidiis suspicaretur:cum in agris et pecora et homines animaduerteret uersari:tamquam amicorum greges.Sin uero ut in hostium fines ueniret:præda diripienda milites dissiparentur: dispersiq; cæderentur.Hæc cũ administraret:nunquã tñ intermittebat legatos de pace atq; amicicia mittere ad Domitium.cum hoc ipso crederet eum facilius decipi posse.At contra spes pacis Domitio in eisdem castris morandi attulit causam:Ita Pharnaces amissa proximi temporis occasione:cum uereretur:ne cognoscerẽt insidiæ:suos in castra reuocauit. Domitius postero die propius nicopolim accessit.castraq; oppido cõtulit.quæ dũ muniunt nr̃i: Pharnaces aciem instruxit suo more atq; ĩstituto.In fronte.n.simplici directa acie:cornua trinis firmabant subsidiis.eadem ratione medię collocabantur acies duobus dextra sinistraq; interuallis:simplicibꝯ ordinibus instructis:pfecit inceptum castrorum opus Domitius:parte copiarũ pro uallo instructa.proxima nocte Pharnaces ĩterceptis tabellariis:qui de Alexãdrinis rebꝯ litteras ad Domitiũ ferebant:cognoscit Cæsarẽ magno ĩ periculo uersari:flagitareq; a Domitio.ut q̃primum sibi subsidia mitteret: ppiusq; ipse Alexandriã p syriã accederet.qua cognita re Pharnaces uictorię loco ducebat si trahere tempus posset:cum discedẽdum celeriter Domitio putaret.Itaq; ab oppido qua facillimum accessum:et æquissimum ad dimicandũ nostris uidebat:fossas duas directas:nõ ita magno medio interuallo relicto:quattuor pedũ altitudinis in eũ locum deduxit.quo longius constituerat suam non producere aciem.Inter has fossas aciem semper instruebat.equitatũ autem ab lateribus omnem extra fossam collocabat. qui neq; aliter utilis esse poterat:et multũ numero anteibat nostrũ eqtatũ. Domitius autem cum Cęsaris magis periculo q̃ suo cõmoueretur:neq; se tuto discessurum arbitraretur:si conditiones:quas reiecerat:rursus appeteret: aut sine causa discederet:ex propinquis castris in aciem exercitum eduxit.

tricesimamsextam legionem in dextro cornu collocauit. ponticam ĩ sinistro. Deiotari legiones in mediam aciem contulit: quibus tamen angustissimum frontis reliquit interuallum: reliquis cohortibꝰ in insidiis collocatis. sic utrinq; acie instructa processum est ad dimicandum. Signo sub idem tempus ab utroque dato concurritur acriter: uarieq; pugnatur. Nam tricesimasexta legio cum extra fossam in equitatum regis impetũ fecisset: adeo secundum prœlium fecit: ut mœnibus oppidi succederet: fossamq; trãsiret: auersosq; hostes aggrederet. At pontica ex altera parte legio: cum paululũ auersa hostibus cessisset: fossam autem circumire acies secũdo conata fuisset: ut aperto latere aggrederetur hostẽ: in ipso transitu fossæ confixa et oppressa est. Deiotari uero legiones uix impetũ sustinuerunt: Ita uictrices regis copiæ: cornu suo dextro: mediaq; acie conuerterunt se ad tricesimãsextam legionẽ: quæ tñ fortiter uincentiũ ĩpetũ sustinuit. magnis copiis hostium circumdata: præsentissimo animo pugnans ĩ orbem se recepit ad radices montium: quo Pharnaces inseq propter iniquitatem loci noluit. Ita pontica legione pene tota amissa: magna parte Deiotari militum interfecta: tricesimasexta legio in loca se superiora contulit: non amplius ducentis quinquaginta desideratis. Ceciderunt eo prœlio splendidi ac illustres uiri nõnulli equites romani. Quo tñ ĩcommodo Domitius accepto: reliquias exercitus dissipari collegit. itineribusq; tutis ꝑ cappadociam in asiam se recepit. Pharnaces rebꝰ secũdis elatus: dũ de Cæsare ea, quæ optabat, speret: pontũ omnibus copiis occupauit. Ibiq; et uictor: et crudelissimus rex: cum sibi fortunam paternã feliciore euentu destinaret: multa oppida expugnauit. bona ciuium romanoꝶ: ponticorũq; diripuit. supplicia cõstituit in eos: qui aliquã formę atq; ętatis cõmendationẽ habebãt: eaq; quæ morte essẽt miseriora. pontumq; nullo defendente: paternum regnum se recepisse glorians optinebat. Sub id tempus ĩ illyrico est incommodum acceptum: quę prouincia superioribus mensibus retenta non tantum sine ignominia: sed etiam cũ laude erat. Nãq; eo missus æstate cũ duabꝰ legionibꝰ Cornifitius Cæsaris questor propretore: q̃q̃ erat prouincia minime copiosa ad exercitus alendos: et finitimo bello ac dissensionibus uastata et confecta: tamen prudẽtia ac diligentia sua: ꝙ magnam curam suscipiebat: ne quo temere ꝓgrederetur: et recepit: et defendit. Namq; et castella complura locis editis posita: quorum opportunitas castellanos impellebat ad decursiones faciẽdas: et bellum inferendum: expugnauit. Eaq; præda milites donauit. Quæ et si erat tenuis tamen in tanta desperatiõe erat grata: præsertim uirtute parta. et cum Octauius ex fuga Pharsalici prœlii magna classe in illum se sinũ cõtulisset: paucis nauibus iadertinorum: quorum semper in rempublicam singulare constiterat officium: dispersis Octauianis nauibus erat potitus: ut uel classe dimicare posset: adiunctis captiuis nauibus sotiorum. et cũ diuersissima parte orbis terrarum. Gn. Pompeium uictor Cæsar sequeretur: compluresq; aduersarios in illyricum propter macedoniæ propinquitatem

ſe reliquis ex fuga collectis compuliſſe audiret: litteras ad Gabiniũ mittit: uti cum legionibus tyronum: quæ nuper erãt conſcriptæ proficiſceretur in illyricum. coniunctiſq; copiis cum Cornifitio: ſi quod periculum ꝓuinciæ inferretur: depelleret. Sin ea non magnis copiis tuta eſſe poſſet: in macedoniam legiones adducerent. Omnẽ enim illam partem regionẽq; uiuo. Cn. Pompeio bellũ inſtauraturam eſſe credebat. Gabinius ut in illyricũ uenit hyberno tempore anni ac difficili: ſiue copioſiorem prouinciam exiſtimãs: ſiue multum fortunæ uictoris Cæſaris tribuens: ſiue uirtute et ſcientia ſua confiſus: quibus ſæpe in bellis periclitatus magnas res: et ſecundas ductu auſuq; ſuo geſſerat: neq; prouinciæ facultatibus ſubleuabatur: quæ partim erat exinanita: partim infidelis: neque nauibus intercluſo mari tempeſtatibus commeatus ſupportari poterat: magniſq; difficultatibus coactus nõ ut uolebat: ſed ut neceſſe erat: bellum gerebat. ita cum duriſſimis tempeſtatibus: propter inopiam caſtella expugnare cogeretur: crebra incommoda accipiebat. adeoq; eſt a barbaris cõtemptus: ut ſolonam ſe recipiens in oppidum maritimum: quod ciues. ro. fortiſſimi fideliſſimiq; incolebant: in agmine dimicare ſit coactus. Quo prœlio duobus milibus militum amplius amiſſis centurionibus. xxxviii. tribunis. iiii. cum reliquis copiis ſolonam ſe recepit. Summaq; ibi difficultate rerum omniũ preſſus paucis mẽſibus morbo periit. cuius et infelicitas uiui: et ſubita mors in magnã ſpem Octauium adduxit prouincię potiundæ. quem tamen diutius in rebus ſecundis: et fortuna: quæ plurimum in bellis poteſt: diligentiaq; Cornifitii: et uirtus Vatinii uerſari paſſa nõ eſt. Vatinius Brũduſii cum eſſet: cognitis rebus: quæ geſtę erant in illyricum: cum crebris litteris Cornifitii ad auxilium prouinciæ ferendum euocaretur: et. M. Octauium audiret cum barbaris fœdera percuſſiſſe: compluribuſq; locis noſtroꝝ tyronum et militum oppugnare præſidia: partim claſſe per ſe: partim pedeſtribus copiis per barbaros: et ſi graui ualitudine affectus uix corporis uiribus animum ſequebatur: tamen uirtute uicit incõmodum naturæ: difficultateſque hyemis: et ſubitæ præparationis. Nam cum ipſe paucas in portu naues longas haberet: litteras in achaiam ad Calenum miſit: uti ſibi claſſem mitteret. quod cũ tardius fieret: q̃ periculum noſtrorum flagitabat: qui ſuſtinere impetum Octauii nõ poterãt: nauibꝰ actuariis: quarũ numerus erat ſatis magnꝰ: magnitudine ſatis iuſta ad prœliandũ roſtra ipſe impoſuit. His adiunctis nauibus longis: et numero claſſis aucto: militibus ueteranis impoſitis: quorũ magnam copiam habebat ex omnibus legionibꝰ. q numero ægrorũ relicti erant Brunduſii: cum exercitus in græciã tranſportarent̃: profectus eſt ĩ illyricũ. maritimaſq; nõnullas ciuitates: quæ defecerãt: Octauioq; ſe tradiderãt: partim recipiebat: partim remanẽtes ſuo cõſilio præteruehebat̃. nec ſibi ullius rei moram neceſſitatẽq; iniungebat: quin q̃ celerrime poſſet ipſũ Octauiũ ꝑſequeret̃. Hunc oppugnãtẽ epidãnũ terra mariq;: ubi noſtrꝝ erat præſidium: aduentu ſuo diſcedere ab oppugnatione coegit. præſidiumque

nostrum recepit. Octauius enim, cum Vatiniũ classem magna ex parte cõfectam ex nauiculis actuariis habere cognouisset: confisus sua classe substitit ad insulam thauridem. qua regione Vatinius insequens nauigabat: nõ q Octauium ibi restitisse sciret: sed quod eum longius progressum insequi decreuerat. Cum propius thauridem accessisset: distensis suis nauibus: q et tempestas erat turbulenta: et nulla suspicio hostis accessisset: repente aduersam ad se uenietẽm nauem: antennis ad medium malum demissis instructam ꝓpugnatoribus animaduertit. Quod ubi conspexit: celeriter uela subduci: dimittiq; antẽnas iubet: et milites armari. et uexillo sublato: quo pugnandi dabat signum: quæ primę naues subsequebantur: idem ut facerẽt: significabat. parabãt se uatiniani repente oppressi. parati deinceps octauiani ex portu procedebant. Instruitur utrimq; acies: ordine disposita magis octauiana: paratior militum animis uatiniana. Vatinius cum animaduerteret neq; nauiũ se magnitudie: neq; numero parem esse fortuitæ dimicationi: fortunæ rem committere maluit. Itaq; primus sua quinqueremi in quadriremem ipsius Octauii impetum fecit. celerrime fortissimeq; contra illo remigante: naues aduersæ rostris concurrunt: adeo uehementer: ut nauis octauiana rostro discusso, ligno contineretur. committitur acriter reliqs locis prœlium. cõcurriturq; ad duces maxime. nam cum suo quisq; auxiliũ ferret: magnum comminus in angusto mari prœlium factum est. Quantoq; coniunctis magis nauibus confligendi potestas dabatur: tanto superiores erant uatiniani: qui admiranda uirtute ex suis nauibus in hostium naues: transilire non dubitabant. et dimicatione æquata: longe superiores uirtute rem feliciter gerebãt. deprimitur ipsius Octauii quadriremis. multę præterea capiuntur: aut rostris perforatæ merguntur. propugnatores octauiani partim in nauibus iugulantur: partim in mare præcipitantur. Ipse Octauius se in scapham confert: in quam plures cũ fugerent: depressa scapha uulneratus tamen adnarat ad suũ Myoparõem. eo receptus cũ prœliũ nox dirimeret: tempestate magna uelis profugit. sequunt hunc suæ naues nonnullę: quas casus ab illo periculo uendicarat. At Vatinius re bene gesta receptui cecinit. suisq; omnibus incolumibus in eum se portum uictor recepit: quo ex portu classis octauiana ad dimicandum processerat. Capit ex eo prœlio pentiremem unã: triremes duas: dierotas octo: cõpluresq; remiges octauianos. posteroq; ibi die fuit: dum suas captiuasq; naues reficeret. post diem tertium contẽdit in ĩsulã issam: q eo se recepisse ex fuga credebat Octauiũ. erat in ea nobilissimũ regionum earum oppidũ cõiunctissimũq; Octauio. quo ut peruenit: oppidani supplices se Vatinio dediderũt. Comperitq; ipsum Octauiũ: paruis paucisq; nauigiis uento secundo regionem græcię petisse. inde ut siciliam: deinde ut africam caperet. Ita breui spatio re præclarissime gesta: prouincia recepta: et Cornificio reddita: classe aduersariorũ ex illo toto sinu expulsa: uictor se Brũdusiũ ĩcolumi exercitu: et classe recepit. His autẽ temporibus: quibus Cęsar ad dyrrachium Pompeium

obſidebat:et palæopharſali rem feliciter gerebat: Alexandriæq; cũ periculo magno:tum etiam maiore periculi fama dimicabat: Caſſius Longinus in hiſpania proprætore prouinciæ ulterioris optinẽdæ cauſa relictus:ſiue cõ/ſuetudine naturæ ſuę:ſiue odio:qđ in illam prouinciam ſuſceperat quęſtor ex inſidiis ibi uulneratus:magnas odii ſui fecerat acceſſiones:quod uel ex conſcientia ſua:cũ de ſe mutuo ſentire prouinciam crederet:uel mutuis ſi/gnis et teſtimoniis eorum:qui difficulter odia diſſimulant: animaduertere poterat:et cõpenſare offenſiõem prouinciæ:exercitus amore cupiebat.Itaq; cum primum in unum locum exercitum conduxit:ſeſtertia.C.militibus ẽ pollicitus.nec multo poſtꝗ in luſitania medobregam oppidũ:montemq; herminium expugnaſſet:quo medobrugenſes confugerant:ibi imperator appellatus:iterꝫ ſeſtertiis.C.milites donauit.multa pręterea et magna pre/mia ſingulis concedebat:quæ ſpecioſũ reddebant pręſentẽ exercitus amo/rem.Paulatim tamen et occulte militarem diſciplinam ſeueritatemq; mi/nuebãt.Caſſius legionibus in hyberna diſpoſitis ad ius dicendum cordu/bam ſe recepit.Contractumq; in ea æs alienum grauiſſimis oneribꝯ ꝓuin/ciæ conſtituit exoluere.et ut largitiõis poſtulat cõſuetudo:per cauſam li/beralitatis ſpecioſam exempla largitionum quærebãtur.pecuniæ locuple/tibus imperabantur:quas Longinus ſibi expenſas ferri:non tãtum patie/batur:ſed etiam cogebat.in gregem locupletium ſimultatũ cauſæ tenues coniiciebantur:neq; ullum genus quæſtus:aut magni et euidẽtis:aut mi/nimi et ſordidi prætermittebatur:quo domus et tribunal imperatoris ua/caret.nemo erat:qui modo aliquam iacturam facere poſſet:quin aut uadi/monio teneretur:aut inter reos referretur.Ita etiam magna ſollicitudo peri/culorum ad iacturas et detrimenta rei familiaris adiungebatur.Quibus de cauſis accidit ut cum Lõginus imperator eadem faceret:quæ fecerat quæ/ſtor:ſimilia rurſus de morte eius prouinciales cõſilia inirent. Horum odiũ confirmabant nonnulli familiares eius:qui cum in illa ſocietate uerſarent̃ rapinarum:nihilominus tamen oderant eum:in cuius noĩe peccabãt:ſibiq; quod rapuerant acceptum ferebãt.quod interciderat/aut erat interpellatũ: Caſſio aſſignabant.quintam legionem nouam conſcribit.augetur odium et ex ipſo delectu:et ſumptu additę legiõis.complentur equitũ tria milia: maximiſq; ornant̃ impenſis.nec prouincię datur ulla requies.Interim lit/teras accipit a Cæſare:ut in africam exercitum traiiceret:per q; mauritaniã ad fines numidiæ perueniret:ꝙ magna.Cn.Põpeio Iuba rex miſerat auxi/lia:maioraq; miſſurus exiſtimabatur.quibus litteris acceptis inſolenti uo/luptate efferebatur:ꝙ ſibi nouarum prouinciarum:et fertiliſſimi regni tan/ta oblata eſſet facultas.Itaque ipſe in luſitaniam proficiſcitur ad legiones accerſendas:auxiliaque adducẽda.certis hominibꝯ dat negocium:ut fru/mentum naueſque centum præpararentur:pecuniæq; deſcriberentur:atque imparentur:ne qua res cũ rediſſet moraretur.reditus eius fuit celerior oĩum opinione.non enim labor aut uigilantia cupienti præſertim aliquid Caſſio

deerat.exercitu coacto in unum locum:castris ad cordubam positis ꝓ cõcione militibus exponit:quas res Cæsaris iussu gerere deberet:polliceturq; iis cum in mauritaniam traiecisset: sextertia se daturum : quintam fore in hispania legionem.ex cõcione se cordubam recepit.eoq; ipso die meridiana hora cum in basilicam iret:quidam Minutius Silo cliens.L.Racilii libellum:quasi aliquid ab eo postularet:ut miles ei tradidit.deíde post Racilium:nam is latus Cassii tegebat:quasi responsum ab eo peteret: celeriter dato loco:cum se insinuasset:sinistra corripit eum:dextraq; bis ferit pugione.clamore sublato fit a cõiuratis impetus uniuersis.Minutius Flaccus ꝓximum gladio traiicit lictorem.Hoc interfecto.Q.Cassium legatum uulnerat.Ibi.T.Vasius et.L.Mergilio simili cõfidentia Flaccum municipem suum adiuuant.Erant enim omnes italicenses.ad ipsum Longinũ.L.Licinius Squillus inuolat.Iacentemq; leuibus sauciat plagis.concurritur ad Cassium defendendum.Semper enim Varrones compluresq; euocatos cũ telis secum habere consueuerat.a quibus cæteri intercluduntur:qui ad cædem faciẽdam subsequebãtur.quo in numero fuit Calpurnius Saluianus: et Manilius.Tusculus Minutius inter saxa:quæ iaciebantur in itinere fugiens opprimit̃:et relato ad domum Cassio ad eum deducitur. Racilius ĩ proximam se domum familiaris sui confert:dum certum cognosceret : cõfectus ne Cassius esset.L.Laterensis cum id non dubitaret:accurrit lętus in castra.militibus uernaculis:et secundæ legionis:qbus odio sciebat præcipue Cassium esse gratulatur.Tollitur a multitudine in tribunal.prætor appellatur.Nemo enim aut in prouincia natus:aut uernaculæ legiõis miles: aut diuturnitate iam factus prouincialis:quo in numero erat secũda legio: qui non cum omni prouincia consenserat in odio Cassii. Nam legiões trigesimam:et uigesimamprimam paucis mensibus in italia scriptas : Cæsar attribuerat Longino.Quinta legio ibi nuper erat cõfecta.Interim nunciat̃ Laterensi uiuere Cassium:quo nuntio dolore magis permotus:q̃ aío perturbatus:reficit celeriter se:et ad Cassium uisendum ꝓficiscit̃ . Re cognita trigesima legio signa cordubam ĩfert ad auxilium ferendũ imperatori suo. Facit hoc idem uigesima prima.Subsequitur has quinta.Cum duæ legiones reliquæ essent in castris:secundani ueriti ne soli relinquerentur: atq; ex eo quid consensissent iudicaretur:secuti sunt factum superiorum.permansit in sententia legio uernacula:nec ullo timore de gradu deiecta est. Cassius eos:qui nominati erant conscii cędis:iubet comprehẽdi.Legionem quintam in castra remittit:cohortibus.xxx.retentis.Indicio Minutii cognoscit .L.Racilium et.L.Laterensem et Anniũ Scapulam maximę dignitatis et gloriæ ꝓuincialem hoĩem sibiq; tã familiarẽ q̃ laterensem in eadem fuisse coniuratione.Nec diu moratur dolorem suum: quin eos interfici iubeat. Minutium libertis tradit excruciandum . Item Calpurnium Saluianum: q profitetur indicium:coniuratorumq; numerum auget:uere ut quidam existimant:ut nonnulli queruntur coactus:iisdem cruciatibus affectus.L.

Mergillio. Squillus nominat plures: quos Cassius interfici iubet: exceptis iis: qui se pecunia redemerũt. Nam palam sestertiis decem cum Calpurnio paciscitur: et cum Qu. Sestio quinquaginta. Qui si maxime nocentes sũt mulctati: tamen periculum uitæ: dolorq; uulnerũ pecunia remissus: crudelitatem cũ auaritia certasse significabat. Aliquot post diebus litteras a Cæsare missas accipit: qbus cognoscit Pompeiũ in aciem uictum: amissis copiis fugisse. Qua re cognita: mixtam dolore uoluptatem capiebat: uictorię nuncius læticiam exprimebat: confectum bellum licẽtiam temporum intercludebat. Sic erat dubius animi utrum nihil timere/an oĩa licere mallet. Sanatis uulneribus accersit omnes: qui sibi pecunias expensas tulerant: acceptasq; eas iubet referri. quibus parum uidebatur imposuisse oneris: ampliorem pecuniam imperat. Quem autẽ Romę delectum instituit: quos q; ex omnibus cõuentibus: coloniisq; conscriptos transmarina militia perterritos ad sacramenti redemptionẽ uocabat: magnũ hoc fuit uetigal: maius tamen crescebat odium. His rebus confectis totum exercitum lustrat. Legiones quas in africa ducturus erat: et auxilia mittit ad traiectum. Ipse classem quam parabat: ut inspiceret hispalim accedit. ibiq; moratur proprerea: q; edictum tota prouincia proposuerat: ut quibus pecunias imperasset: neq; contulissent: se adirẽt. Quæ euocatio uehementer omnes turbauit. Interim .L. Titius: qui eo tempore tri. mili. legionis uernaculæ fuerat: nunciat fama legionem trigesimam quam Qu. Cassius legatus simul ducebat: cum ad oppidum leptum castra haberet: seditione facta centurionibus aliquot occisis: qui signa tolli non patiebantur/discessisse: et ad secundam legionẽ cõtendisse: quę ad fretum alio itinere ducebatur. Cognita re noctu cũ quinq; cohortibus undeuicesimanorum egreditur: mane peruenit. Ibi eum diem (ut quid ageret᷑ respiceret) moratus carbonã cõtendit. Hic cũ legiones trigesima et uigesima pría: et tres cohortes ex scda legione: et quinta legio totusq; conuenisset eqtatus: audit quattuor cohortes a uernaculis oppressas ad obuculam: cum his ad secũdam peruenisse legionem: omnesq; ibi se coniunxisse: et. T. Toriũ italicensem ducem delegisse. Celeriter habito cõcilio Marcellũ cordubam: ut eam ĩ potestate retineret. Qu. Cassiũ Legatũ hispalim mittit. Paucis ei diebus affertur conuentum cordubensem ab eo defecisse. Marcellumq; aut uoluntate: aut necessitate adductum (namq; id uarie nuntiabatur) consentire cum cordubensibus. duas cohortes legionis quintę: quæ fuerant cordubæ in præsidio/idem facere. Cassius his rebus ĩcensus mouet castra: et postero die segouiam ad flumen silicense uenit. ibi habita concione militum tentat animos: quos cognoscit non sua: sed Cæsaris absentis causa fidissimos esse: nullumq; periculum deprecaturos: dum per eos Cęsari prouincia restitueretur. Interim Torius ad cordubam ueteres legiones adducit. Ac ne dissensionis initium natum seditiosa militum suaq; uideretur natura: simul ut contra Qu. Cassium: qui Cæsaris nomine maioribꝰ uiribꝰ uti uidebat᷑/ęque potẽtẽ opponeret dignitatẽ: Cn. Põpeio

se ꝓuinciã recuperare uelle palam dictitabat. Et forsitã etiã hoc fecerit odio Cæsaris: et amore Pompeii: cuius nomen multum poterat apud eas legiones: quas. M. Varro optinuerat. Sed id qua mente cõmotus fecerit cõiectura sciri potest. Certe hoc præ se Torius ferebat. Milites adeo fatebantur: ut Cn. Pompeii nomen in scutis inscriptum haberẽt. eiq; frequens legionum conuentus obuiam prodit. Neq; tãtum uiroꝝ: sed etiam matrumfamiliarum: ac prætextatorũ: deprecaturq; ne hostili aduentu cordubam diriperent. Nam se contra Cassium cõsentire cũ omnibus, cõtra Cæsarem ne facere cogerentur: orare. Tantæ multitudinis precibus: et lachrymis exercitus commotus: cum uideret ad Cassium persequendum nil opus esse Cn. Pompeii nomine et memoria: tamq; omnibus Cæsarianis q̃ Pompeianis Longinũ esse in odio: neq; se conuentũ: neq;. M. Marcellũ contra Cæsaris causam posse perducere: nomen Pompeii ex scutis detraxerũt. Marcellum: qui se Cæsaris causam defensurum profitebatur: ducem asciuerunt: prætorem appellarunt: et sibi conuentum adiunxerũt: castraq; ad cordubam posuerunt. Cassius eo biduo circiter quattuor milia passuum a corduba citra flumen bethym in oppidi cõspectu loco excelso facit castra. Litteras ad regem Bogudẽ in mauritaniam: et ad. M. Lepidum procons. in hispaniã citeriorem mittit: subsidio sibi prouinciæq; Cæsaris causa q̃primũ ueniret. Ipse hostili modo cordubensium agros uastat: ædificia incendit. Cuius rei deformitate atq; indignitate: legiones quæ sibi Marcellũ in ducẽ cœperãt: ad eum concurrerunt: ut in aciem educerentur: orant: Priusq; confligendi sibi potestas fieret: q̃ cum tanta cõtumelia nobilissimæ carissimæq; possessiones cordubensium in cõspectu suo: rapinis: ferro: flammaq; consumerẽtur. Marcellus dũ confligere miserrimũ putaret: ꝙ et uictoris et uicti detrimentum ad eundem Cæsarẽ esset redũdaturũ: neq; suæ potestatis esset: legiones bethym traducit: atq; aciem instruit. Cum Cassius cõtra pro castris suis aciem instruxisset loco superiore, causa interposita: ꝙ is in æquum nõ descenderet. Marcellus militibus ꝑsuadet: ut se in castra recipiant. Itaq; copias reducere cœpit. Cassius ꝙ bene ualebat: Marcellumq; ĩfirmũ esse sciebat: aggressus equitatu legionarios se recipientes complures nouissimos in fluminis ripis ĩterfecit. cũ hoc detrimẽto quid trãsitus fluminis uitii difficultatisq; haberet cognitũ esset: Marcellus castra bethym transfert: crebroq; uterq; legiones in aciem educit: neq; tamen confligitur propter locoꝝ difficultates. Erat copiis pedestribus multo firmior Marcellus. habebat enĩ ueteranas: multisq; prœliis expertas legiones. Cassius fidei magis q̃ uirtuti legionis confidebat. Itaq; cum castra castris collata essent: et Marcellus locum idoneum castello cœpisset: quo ꝓhibere aqua cassianos posset: Longinus ueritus ne genere quodã obsidionis clauderet: in regionibꝰ alienis: sibiq; infestis: noctu silentio ex castris proficiscitur: celeriq; itinere ulam cõtendit: quod sibi fidele eẽ oppidũ credebat. ibiq; adeo cõiũcta ponit mœnibꝰ castra: ut ẽ loci natura (nãq; ula in edito monte posita est) ut ipsa mu

T

nitione urbis undiq; ab oppugnatiõe tutus esset. Hunc Marcellus insequit: et q̃proxime potest ulam castra castris cõfert. locorũq; cognita natura: quo maxĩe rem deducere uolebat: necessitate est adductus: ut neq; confligeret: cuius si rei facultas esset: resistere incitatis militibus nõ poterat: neq; uagari Cassium latius pateret: ne plures ciuitates ea paterent: quę passi erant cor/dubenses. Castellis idoneis locis collocatis/opibusq; in circuitu oppidi cõ/tinuatis/ulam Cassiũq; munitionib9 clausit. quę priusq̃ perficerent: Lon/ginus omnẽ suũ equitatũ emisit: q sibi usui fore credebat: si pabulari fru/mentariq; Marcellũ nõ pateret. Magno aũt impedimẽto: si clausus obsi/dione et inutilis necessariũ cõsumeret frumentũ. paucis dieb9 litteris Cassii acceptis rex Bogud cũ copiis uenit: adiungitq; ei legionem: quã secũ ad/duxerat/cõpluresq; cohortes auxiliarias hispanoꝝ. nãq; ut in ciuilibus dis/sensionib9 accidere consueuit: ita tẽporibus illis in hispania nõnullæ ciui/tates rebus Cassii studebãt. plures Marcello fauebãt. Accedit cũ copiis Bo/gud ad exteriores Marcelli munitiones: pugnat utrinq; acriter. crebroq; id accidit/fortuna sæpe ad utrũq; trãsferente uictoriam. nec tñ unq̃ ab operib9 depellit Marcellus. Interim Lepidus ex citeriori prouincia cũ cohortibus legionariis trigintaquinq;: magno numero eqtũ: et reliquoꝝ auxilioꝝ ue/nit ea mente ulam: ut sine ullo studio tãtum contentionẽ Cassii Marcelliq; cõponeret. Huic uenĩeti sine dubitatiõe Marcell9 se credit/atq; offert. Cas/sius cõtra suis se tenet præsidiis: siue eo q plus sibi iuris deberi: q̃ Marcello existimabat: siue eo q ne præoccupatus animus Lepidi esset obsequio ad/uersarii uerebat. ponit ad ulã castra Lepidus. neq; habet a Marcello quicq̃ diuisi. ne pugnaret interdicit. ad exeundũ Cassium inuitat: fidemq; suã in re omni interponit. Cum diu dubitasset Cassius: quid sibi faciedũ: quidue Lepido esset credẽdum: neq; ullum exitum consilii sui reperiret: si perma/neret in sẽtẽtia: postulat uti munitiones disiicerẽtur: sibiq; liber exitus da/retur: non tãtum ĩdutias facerẽt: sed prope iam cõstituta opera cõplanarẽt: custodiæq; munitiõum essent deductæ. Auxilia regis in id castellum Mar/celli: quod proximũ erat regiis castris: neq; opinantib9 oĩbus: si tñ in oĩb9 fuit Cassius: nã de huius consciẽtia dubitabat: impetum fecerunt. complu/res ibi milites oppresserunt. q nisi celeriter indignatione et auxiliis Lepidi prœlium esset diremptũ: maior calamitas esset accepta. Cũ iter Cassio pa/tefactum esset: castra Marcellus cum Lepido coniungit. Lepidus eodẽ tẽ/pore Marcellusq; cordubã cum suis proficiscit: a corduba narbonem. Sub idẽ tẽpus Trebonius proconsul ad prouinciã optinẽdã uenit. De cuius ad/uentu ut cognouit Cassius: legiones quas secũ habuerat: equitatũq; in hy/berna distribuit. Ipse oĩbus suis rebus celeriter correptis malacã contendit. ibiq; aduerso tẽpore nauigãdi naues conscẽdit: ut ipse prędicabat: ne se Le/pido et Trebonio et Marcello cõmitteret. et amici eius dictitabant: ne ꝑ eã prouinciã minore cum dignitate iter faceret: cuius magna pars ab eo defe/cerat. ut cęteri existimabãt: ne pecunia illa ex ĩfinitis rapinis cõfecta: in po/

testatem cuiusq̃ ueniret. Progressus hyberna secunda tẽpestate: cum in hy/berum flumen noctis uitandæ causa se contulisset: Inde paulo uehemẽtio/ri tẽpestate nihilo periculosius se nauigaturum credens: profectus aduersis fluctibus occurrẽtibus ostio fluminis in ipsis faucibus: cũ neq; flectere na/uem propter uim fluminis: neq; directã tãtis fluctibus tenere posset: diuer/sa naui periit. Cum in syriam Cęsar ex ægypto uenisset: atq; ab his: q roma uenerant ad eũ, cognosceret: litterisq; urbanis animaduerteret: multa romæ male et inutiliter administrari: neq; ullam partẽ reipub. satis cõmode geri: q cõtẽtionibus tribunitiis perniciose seditiones orirẽtur: et ambitiõe atq; indiligẽtia tribunorum militũ: et qui legionibus præerãt: multa contra morẽ cõsuetudinẽq; militarẽ fierẽt: quæ dissoluẽdæ disciplinæ seueritatisq; essẽt: eaq; oĩa flagitare aduentum suum uideret: tñ preferendũ existimabat: quas in prouincias regionesq; uenisset: eas ita relinquere constitutas: ut domesti/cis dissensionibus liberarẽtur: Iura legesq; acciperent: et externorum hostiũ metum deponerẽt. Hæc in syria, cilicia, asia, celeriter se confecturũ sperabat: q hæ ꝓuinciæ nullo bello premebant᷑. In bithynia ac ponto plus oneris ui/debat impendere sibi. non enim excessisse ponto Pharnacem audierat: neq; excessurum putabat: cũ secũdo prœlio esset uehemẽter inflatus: quod cõtra Domitium Caluinum fecerat. commoratus fere in oĩbus ciuitatibus: quæ maiores sunt dignitate: premia benemeritis et uiritim et publicẽ tribuit. de controuersiis ueteribus cognoscit: ac statuit reges: tyrãnos: dynastas ꝓuin/cię: finitimosq; omnes: qui ad eum concurrerãt: receptos in fidem cõditio/nibus impositis prouinciæ tuendæ ac defendẽdæ dimittit: et sibi et popu/lo romano amicissimos. Paucis diebus in ea ꝓuincia consũptis Sex. Cęsarẽ amicum et necessarium suũ legionibus syrięq; pręfecit. Ipse eadẽ classe: qua uenerat: proficiscitur in ciliciam. cuius ꝓuincię ciuitates omnes euocat tar/sum: quod oppidum fere totius ciliciæ nobilissimum fortissimũq; ẽ. ibi re/bus oĩbus prouinciæ et finitimarum ciuitatũ constitutis: cupiditate profi/ciscendi ad bellum non diutius moratur: magnisq; itineribus per cappado/ciam confectis: biduum mazacæ moratus uenit comana uetustissimum et sanctissimum in cappadocia Bellonæ templum: quod tanta religiõe colit᷑: ut sacerdos eius deæ maiestate: imperio: et potẽtia secundus a rege cõsensu gẽtis illius habeat᷑. Id homini nobilissimo Nicomedi bithynio adiudica/uit: qui regio cappadocum genere ortus propter aduersam fortunã maiorum suorum mutationẽq; generis: iure minime dubio, uetustate tñ intermisso sacerdotium id repetebat. Fratrem aũt Ariobarzanis Ariaratem cum bene/meritus uterq; eorum de repub. esset: ne aut regni hęreditas Ariaratem sol/licitaret: aut hæres regni terreret: Ariobarzani attribuit: qui sub eius impe/rio ac ditione esset. ipse iter cœptum simili uelocitate conficere cœpit. cum propius pontum finesq; gallogræcię accessisset: Deiotarus tetrarcha gallo/græcię tunc quidem pene totius: quod ei neq; legibus neq; moribus con/cessum esset: et cæteri tetrarchæ contendebãt: sine dubio autẽ rex armeniæ

minoris ab senatu appellatus:depositis regiis insignibus:neq; tãtũ priuato uestitu:sed etiã reorum habitu:supplex ad Cæsarẽ uenit oratum:ut sibi ignosceret:q in ea parte positus terrarum:quæ nulla præsidia Cęsaris habuisset: exercitibus imperiisq; in Cn.Pompeii castris fuisset.neq; enim se iudicẽ debuisse esse controuersiarum populi ro.sed parere præsentibus imperiis.Cõtra quem Cæsar cum plurima sua cõmemoraret officia:quæ consul ei decretis publicis tribuisset:cumq; defensionẽ eius nullã posse excusationẽ suę imprudẽtiæ recipere coarguisset:q homo tãtæ prudẽtiæ ac diligẽtiæ scire potuisset:qs urbẽ italiãq; teneret:ubi senatus populusq; romãus:ubi respub. esset:quis deinde post.L.Lentulum.M.Marcellũ consul esset.sed tñ se cõcedere id factũ supioribus suis beneficiis:ueteri hospitio:atq; amicitiæ:dignitati:ætatiq; hominis:precibus eorum:qui frequẽtes concurrissẽt hospites atq; amici Deiotari ad deprecandum.De controuersiis tetrarcharũ postea se cogniturum eẽ dixit.regiũ uestitum ei restituit:Legionẽ autẽ eam:quã ex genere ciuiũ suorum Deiotarus natura disciplinaq; nostra cõstitutã habebat:equitatumq; omnem ad bellũ gerẽdum adduci iussit.Cum in pontum uenisset:copiasq; omnes in unũ locũ coegisset:quæ numero atq; exercitatione bellorum mediocres erãt:excepta enim legione sexta:quã secum adduxerat Alexãdria ueteranã:multis meritis laboribus piculisq; fũctã:multisq; militibus partim difficultate itinerum ac nauigationũ:partim crebritate bellorum adeo diminutam ut minus mille hominum in ea esset: reliquæ erãt tres legiones:una Deiotari:duæ quę in eo prœlio:quod Cn. Domitiũ fecisse cum Pharnace scripsimus:fuerant.Legati a Pharnace missi Cæsarẽ adeunt:atq; imprimis deprecantur:ne eius aduentus hostilis esset:Facturum.n. omnia Pharnacem:quę imperata essent.maximeq; commemorabãt:nulla Pharnacẽ auxilia contra Cæsarẽ Pompeio dare uoluisse:cũ Deiotarus qui dedisset:tñ ei satisfecisset.Cæsar respondit:se fore æquissimum Pharnaci:si quæ polliceretur repræsentaturus esset.monuit aũt(ut solebat)mitibus uerbis legatos:ne aut Deiotarum sibi obiicerent:aut nimis eo gloriarẽtur beneficio:q auxilia Pompeio nõ misissent.nam se neq; libentius facere quicq: q̃ supplicibus ignoscere:neq; prouinciarum publicas iniurias cõdonare iis posse:q non fuissent in se officiosi.Id ipsum,quod cõmemorasset,officium utilius Pharnaci fuisse:qui prouidisset ne uinceretur:q̃ sibi : cui dii immortales uictoriam tribuissent.Ita ipse magnas et graues iniurias ciuium romanorum:qui in ponto negociati essent:quoniã in integrum restituere nõ posset:concedere Pharnaci.Nam neq; interfectis amissam uitã:neq; exectis uirilitatẽ restituere posse.quod quidẽ suppliciũ grauius morte ciues romani subissent.Ponto uero decederet confestim.familiasq; publicanorum remitteret:cæteraq; restitueret sociis ciuibusq; romanis:quę penes eum eẽnt. Si bene fecisset:iã tunc sibi mitteret munera ac bona:quæ rebus gestis imperatores ab amicis accipere consuessẽt. Miserat enim Pharnaces coronã auream.His respõsis datis:legatos remisit.At Pharnaces omnia liberaliter

pollicitus/cum festinantem ac properantem Cæsarem speraret libẽtius etiã crediturum suis ꝓmissis:q̃ res pateret̃:quo celerius honestiusq; ad res ma/gis necessarias ꝓficisceret̃(nemini enim erat ignotũ:plurimis de causis ad urbẽ Cęsarem reuocari)lentius agere:decedendi diem postulare longiorẽ. pactiones interponere.in summa frustrari cœpit. Cæsar cognita calliditate hominis:quod aliis temporibꝰ natura facere cõsueuerat:tũc necessitate fe/cit adductus:ut celerius oĩum opinione manum conferret. Zela est oppidũ in ponto positum:ipsum/ut in plano loco/satis munitũ.tumulus enim na/turalis uelut manufactus:excelsiori undiq; fastigio sustinet murum. Cir/cumpositi sunt huic oppido magni multiq; intercisi uallibus colles:quorũ editissimus:qui propter uictoriam Mithridatis:et infelicitatem Triarii:de/trimentũq; exercitus nostri superioribus locis atq; itineribus pene coniunc/tus oppido:magnam in illis partibus habet nobilitatem:nec multo longiꝰ milibus passuum tribus abest ab zela.Hunc locũ Pharnaces ueteribus pa/ternorum felicium castrorum refectis operibus copiis omnibus suis occu/pauit. Cæsar cum ab hoste milia passuum quinque castra posuisset: ui/deretq; eas ualles:quibus regia castra munirentur:eodem interuallo sua ca/stra muniturus:si modo ea loca hostes priores nõ cœpissẽt:quæ multo erãt propiora regis castris:aggerem cõportari iubet intra munitiões. Quo ce/leriter collato ꝓxĩa nocte uigilia quarta: legiõibus oĩbꝰ expeditis: impedi/mentisq; in castris relictis:prima luce non opinantibus hostibus ipsum lo/cum cœpit.In quo Mithridates secundum bellum aduersus Triarium fe/cerat.Huc omnem comportari aggerem e castris:seruitiaq; agi iussit:ne qs ab opere miles discederet:cum spatio non amplius mille passuum intercisa uallis castra hostium diuideret ab opere incepto Cæsaris castroꝝ. Pharna/ces cum id repẽte prima luce animaduertisset:copias suas omnes ꝓ castris instruxit:quas interposita tãta locoꝝ iniqtate:cõsuetudine magis ꝑuulga/ta militari credebat instrui.Cęsar uel ad opus suum tardãdũ:quo plures in armis tenerentur:uel ad ostentationem regiæ fiduciæ:ne munitione magis q̃ manu defendere locum Pharnaces uideretur:deterritus non est:quo mi/nus prima acie pro uallo instructa:reliqua pars exercitus opus faceret. At Pharnaces impulsus siue loci felicitate:siue auspiciis et religiõibus induc/tus:quibus obtemperasse eum postea audiebamus:siue paucitate nostroꝝ: qui in armis erãt:comperta:cum more operis quotidiani magnã illoꝝ ser/uorum multitudinem:quę aggerẽ portabat:milites eẽ credidisset:siue etiã ueterana fiducia exercitus sui:quem cum legione.xxii.in acie conflixisse et uicisse legati eius gloriabant̃:siue contemptu exercitus nostri: quẽ pul/sum a se Domitio duce sciebat:inito consilio dimicandi descendere præ/rupta ualle cœpit:Cuius aliquandiu Cæsar irridebat inanẽ ostentationem: et eo loco militũ cohortationem:quẽ in locũ nemo sanus hostis subiturus esset.Cum interim Pharnaces eodem gradu:quo in præruptum descende/rat:uallem ascendere aduersus arduũ collem instructis copiis cœpit: Cæsar

incredibili eius uel temeritate:uel fiducia motus: neq; opinãs imparatusq; oppressus eodem tempore milites ab operibus uocat.arma capere iubet.legiões opponit.aciem instruit. Cuius rei subita trepidatio magnum terrorẽ attulit:nostris nondum ordinibus instructis:falcatæ regiæ quadrigæ permixtos milites perturbant:quæ tñ celeriter multitudine teloꝝ opprimuntur.Insequitur has acies hostium:et clamore sublato confligit multũ adiuuante natura loci:plurimum deoꝝ immortaliũ benignitate:qui cum oĩbus casibus belli intersunt:tum præcipue eis:quibꝰ nihil ratione potuit administrari. Magno atq; acri prœlio facto:comminus dextro cornu: quo ueterana legio erat collocata:initium uictoriæ natum est:ex ea parte cum in ꝓcliui detruderentur hostes. Multo tardius:sed tamen iisdem diis adiuuãtibus:sinistro cornu mediaq; acie totæ profligantur copiæ regis:quæ q̃ facile suberant iniquum locum:tam celeriter gradu pulsæ premebantur loci iniquitate.Itaq; multis militibus partim interfectis:partim suorum ruina oppressis : qui uelocitate effugere poterant:armis tamen ꝓiectis:uallem transgressi nihil ex loco superiore inermes proficere poterant.At nostri uictoria elati:subire iniquum locum:munitionesq; aggredi non dubitarunt. Defendentibus aũt his cohortibꝰ castra:quas Pharnaces præsidio reliquerat:celeriter castris hostiũ sunt potiti.Interfecta multitudĩe omni aut capta suoꝝ:Pharnaces cum paucis equitibus profugit.Cui nisi castroꝝ oppugnatio facultatem attulisset liberius profugiendi:uiuus in Cęsaris potestatem adductus esset.Tali uictoria totiens uictor Cæsar incredibili est lęticia affectus:ꝙ maximum bellũ tãta celeritate cõfecerat:ꝙ q; subiti periculi recordatio est lætior:ꝙuictoria facilis ex difficilimis rebꝰ acciderat.Ponto recepto:pręda omni regia militibus condonata:postero die cũ expeditis eq̃tibus ipse ꝓficiscitur.Legionem sextam decedere ad premia: atq; honores accipiẽdos in italiam iubet.auxilia Deiotari domum remittit.duas legiones cum Cœlio Minutio in ponto reliquit.Ita per gallogræciã bythiniãq; in asiam iter facit.omniumq; earum prouinciarum de cõtrouersiis cognoscit:et statuit.Iura in tetrarchas:reges:ciuitates disponit.Mithridatem pergamenum:a quo rem feliciter celeriterq; gestã in ægypto suprascripsimus: regio genere ortum:disciplinis etiam regiis educatum(nam eum Mithridates rex asiæ totius:propter nobilitatem pergamo paruulum secũ asportauerat in castra:multosq; tenuerat annos)Regem bosphori constituit.q̃d sub imperio Pharnacis fuerat:prouinciasq; populi romani a barbaris atq; inimicis regibꝰ:interposito amicissimo rege muniuit. Eidem tetrarchiã legibus gallogręcorum:iure gentis et cognationis adiudicauit:occupatam et possessam paucis ante annis a Deiotaro:Neq; tamen usq̃ diutius moratus est:q̃ necessitas urbanarum seditionum pati uidebatur.Rebus felicissime celerrimeq; confectis:in italiam celerius oĩum opinione uenit.

# CAII IVLII CAESARIS BELLI AFRICI OPII SIVE HIRTII COMMENTARIVS QVINTVS.

c

AESAR ITINERIBVS IVSTIS CONFECTIS nullo die intermisso ad. xiiii. kal. ianuarii lilybeum peruenit. statimqꝫ ostendit sese naues uelle conscendere: cum non amplius legionem tyronum haberet unam: equitesqꝫ uix sexcentos. Tabernaculum secundum littus ipsum cõstituit: ut prope fluctus uerberaret. Hoc eo consilio fecit: ne quis moræ quicq̃ fere speraret. et ut omnes ĩ dies horasqꝫ parati essent. Incidit per id tempus: ut tempestates ad nauigandũ idoneas nõ haberet. Nihilo tamen minus in nauibꝯ remiges milites qꝫ cõtinere: et nullam prætermittere occasionem profectionis: cum præsertim ab incolis eius prouinciæ nunciarentur aduersariorum copiæ: equitatus infinitus: legiones regiæ tres: leuis armaturæ magna uis: Scipionis decem: elephanti centum uiginti: classesqꝫ esse complures: tamen non deterrebatur animo: et spe cõfidebat. Interim indies et naues lõgæ adaugeri: et onerariæ complures eodem concurrere: et legiones tyronum conuenire. In his ueterana legio qnta: equitum ad duo milia. legionibꝯ collectis sex: et equitum duobus milibus: ut quæqꝫ prima legio uenerat: in naues longas imponebatur: equites autem in onerarias: ita maiorem partem nauium antecedere iussit: et insulam petere aponianam: quæ non abest a lilybeo. Ibiqꝫ commoratus bona paucorum uendit publice. Deinde Allieno pretori: qui siciliam optinebat: de omnibus rebus præcipit: et de reliquo exercitu celeriter imponendo. Datis mandatis conscendit ad. vi. kal. ianuarii: et reliquas naues statim est cõsequutus. Ita uento certo celeriqꝫ nauigio uectus: post diem quartã cum longis paucis nauibus in conspectũ africæ uenit. Nam neqꝫ onerariæ reliquæ præter paucas uento dispersæ: atqꝫ errabundæ diuersa loca petierunt. clupeam classe preteruehitur: deinde neapolim. complura præterea castella: et oppida non longe a mari reliquit. Postq̃ adrumetum accessit: ubi præsidium erat aduersariorum: cui præerat. C. Considius: et a clupea secundum oram maritimam cum equitatu adrumeti. Cn. Piso cum mauris circiter tribus milibus apparuit. Ibi paulisper Cæsar ante portum commoratus: dum reliquæ naues conuenirent: exponit exercitum. Cuius numerus in præsentia fuit peditum tria milia: equitum centum quinquaginta. Castrisque ante oppidum positis: sine iniuria cuiusq̃ consedit. cohibetque omnes a præda. Oppidani interim muros armatis complent. ante portam frequentes considunt ad se defendendum. quorum numerus duarum legionum intus erat. Cæsar circum oppidũ uectus natura loci pspecta: redit in castra. Non nemo culpæ eius imprudentiæqꝫ assignabat: ꝙ neqꝫ circum

loca gurbernatoribus præfectisq; quid peterent:præceperat:neque ut more ipsius consuetudo superioribus temporibus fuerat:tabellas signatas dederat:ut in tempore his perlectis locum certum peterent uniuersi.quod minime Cæsarem fefellerat. Nam neq; ullum portũ terrę africę:quo classes decurrerent:pro certo tutum ab hostium præsidio fore suspicabatur. Sed fortuitu oblatam occasionem egressus aucupabatur. L. Plancus interim legatus petit a Cęsare:uti sibi daret facultatem cum Considio de pace agẽdi:si posset aliqua ratione perduci ad sanitatem. Itaq; data facultate litteras conscribit:et eas captiuo dat perferendas ad oppidũ ad Considiũ. Quo simulatq; captiuus peruenisset:litterasq;(ut erat mandatum( Cõsidio porrigere cœpisset:priusq̃ acciperet ille:unde inquit istas? Tũ captiuus:uenio a Cæsare. Tunc Considius: Vnus est inquit Scipio imperator hoc tempore populi romani. Deinde in conspectu suo captiuum interfici iubet: Litterasq; nondum perlectas:sicut erant signatę:dat homini certo ad Scipionem perferendas. Postq̃ una nocte et die ad oppidum consumpta:neq; responsum a Considio dabatur:neq; ei reliquæ copiæ succurrebãt:neq; equitatu abũdabat:et ad oppidum oppugnandum non satis copiarum habebat : et eas tyronum,neq; primo aduentu conuulnerari exercitum uolebat : et oppidi egregia munitio:difficilisq; ad oppugnandum erat ascensus: et nuntiabãtur auxilia magna equitatus oppidanis suppetias uenire:non est uisa ratio ad oppugnandum oppidum commemorãdi:ne dum in ea re Cæsar est occupatus:circumuentus a tergo ab equitatu hostiũ laboraret: Itaq; castra cũ mouere uellet:subito ex oppido erupit multitudo:atq; equitatus subsidio uno tempore eis casu succurrit:qui erat missus a Iuba ad stipendium accipiendum. Castraq; unde Cæsar egressus iter facere cœperat:occupat.et eius agmen extremum insequi cœperũt. Quæ res cum animaduersa esset: subito legionarii consistunt:et equites quanq̃ erant pauci:tamen contra tãtam multitudinem audacissime concurrunt. Accidit res incredibilis:ut equites minus triginta galli,maurorum equitũ duo milia loco pellerẽt: fugarentq; in oppidũ. Postq̃ cõpulsi et cõiecti erant intra munitiones: Cęsar iter constitutũ ire contendit. Quod cum sæpius facerent:et modo insequerẽt᷑ mõ rursus ab equitibus in oppidum repellerẽt᷑:cohortibꝰ paucis ex ueteranis: quas secum habebat in extremo agmine collocatis:et parte equitatus : iter leniter cum reliquis facere cœpit. Itaq; quanto longius ab oppido discedebatur:tanto tardiores ad insequendum erãt numidæ. Interim in itinere ex oppidis et castellis legiones uenire.polliceri frumẽtũ.paratosq; esse quæ ĩperasset facere. Itaq; eo die castra posuit ad oppidũ ruspinam kal.ianuar.inde mouit:et peruenit ad oppidum leptim liberam ciuitatẽ : et immunem. Legati ex oppido ueniunt obuiam:libenter se omnia facturos:quæ uellet: pollicent᷑. Itaq; centuriõibus ad portas oppidi et custodiis impositis: ne qs miles in oppidum introiret:aut iniuriam faceret cuipiã incolæ: non longe

ab oppido secundùm littus fecit castra. Eodē naues onerariæ:et longę nō/
nullæ casu aduenerunt. Reliquæ(ut est ei nunciatum ) incertæ locorū uticā
uersus petere uisæ sunt. Interea Cæsar a mari non digredi: neq; mediterra/
nea petere propter nauium errorem .equitatumq; in nauibus omnem con/
tinere(ut arbitror)ne agri uastarentur. aquam in naues iubet comportari.
Remiges interim q aquatū e nauibus exierant: subito equites mauri ador/
ti non opinantibus Cæsarianis: multos iaculis conuulnerauerunt: nonnul/
los interfecerunt. Latēt enim in insidiis cum equis inter conualles: et subi/
to exeunt: non ut in campo comminus depugnent. Cæsar interim in sardi/
niam nuncios cum litteris: et in reliquas ꝓuincias finitimas dimisit: ut sibi
auxilia: commeatus: frumētumq; simulatq; litteras legissent: mittēda cu/
rarent. Exoneratisq; partim nauibus longis: Rabirium Posthumium in si/
ciliam ad secūdum commeatum accerssendum mittit: Interim cum. x. na/
uibus longis ad reliquas naues onerarias conquirendas: quę deerrassent: et
simul mare tuendum ab hostibus iubet proficisci. Item. C. Salustium Cris/
pum prætorem ad celerinam insulam: uersus quam aduersarii tendebant:
cum parte nauium ire iubet: ꝙ ibi magnum numerum frumēti esse audie/
bat. Hæc ita imperabat unicuiq;: præcipiebatq;: ut si fieri posset : ne locum
ullum excusatio haberet: nec moram tergiuersatio. Ipse interea ex profugis
et incolis cognitis conditionibus Scipionis: et qui cum eo cōtra se bellum
gerebāt: miserari. Regium enim equitatum in prouincia africa Scipio ale/
bat: tanta hominum erat dementia: ut mallent regis esse uectigales: q̄ cum
ciuibus in patria in suis fortunis esse incolumes. Cęsar ad. iii. nonas ianuar.
castra mouet. Leptiq; sex cohortium pręsidio cū Saserna relicto: ipse rursus
unde pridie uenerat: ruspinam cum reliquis copiis conuertit. ibiq; sarcinis
exercitus relictis: ipse cum expedita manu proficiscitur circum uillas fru/
mentatum. oppidanisq; imperat: ut plaustra: iumentaq; omnia sequantur.
Itaq; magno frumēti iuento numero ruspinā redit. Hoc eū iccirco existīo
fecisse: ne maritima oppida post se uacua relinqueret: præsidiaq; firmata ad
classis receptacula muniret. Itaq; ibi relicto. P. Sarsena fratre eius: quē lepri
proximo oppido reliquerat cum legiōe: iubet comportari ligna in oppidū
q̄plurima. Ipse cum cohortibus septē: quę ex ueteranis legionibus in clas/
se cum Sulpitio et uatinio rem gesserant: ex oppido ruspina egressus ꝓfici/
scitur ad portum: qui abest ab oppido milia passuum duo. Ibiq; classē sub
uesperum cum ea copia conscendit: omnibus in exercitu insciis : et requi/
rentibus imperatoris consilium magno metu: ac tristi sollicitabantur. Par/
ua enim cum copia: et ea tyronū: neq; omni exposita in africa contra ma/
gnas copias et insidiosæ nationis: equitatumq; innumerabilem: se exposi/
tos uidebant. neq; quicq̄ solatii ī præsentia: neq; auxilium ī suorum cōsi/
lio animaduertebāt: nisi in ipsius imperatoris uultu: uigore: mirabiliq; hi/
laritate. Animum enim altum et erectum præ se gerebat. Huic acquiesce/
bant homines: et in eius scientia: et consilio omnia sibi ꝓcliuia omnes fore

ſperabant. Cæſar in nauibus una nocte conſumpta: iam cœlo albeſcēte: cū proficiſci conaretur: ſubito nauium pars: de qua timebat: ex errore eodem conferebatur. Hac re cognita celeriter de nauibus imperat omnes egredi: atq; armatos in littore reliquos aduenientes expectare. Itaq; ſine mora nauibus eis in portum receptis: et aduectis militum equitumq; copiis: rurſus ad oppidum ruſpinam redit. atq; ibi caſtris conſtitutis ipſe cum cohortibus. xxx. frumentatum eſt profectus. Ex eo eſt cognitum Cæſaris conſilium. Ille cum claſſe: nauibus onerariis: quæ deerraſſent: ſubſidio ire clam hoſtibus dicitur uoluiſſe: ne caſu imprudentes ſuę naues in claſſem aduerſariorum inciderent. neq; eam rem eos uoluiſſe ſcire: qui in pręſidiis relicti milites fuiſſent: ne propter ſuorum paucitatem et hoſtium multitudinē: metu deficerent. Interim cū iam Cæſar progreſſus eſſet e caſtris: circiter milia paſſuum tria per ſpeculatores et anteceſſores equites: nuntiatur ei copias hoſtium haud longe a ſeſe uiſas. et hercule cū eo nuncio puluis ingens cōſpici cœptus ē. Hac re cognita Cęſar celeriter iubet equitatum uniuerſum: cuius copiam habuit in præſentia nō magnam: et ſagittarios: quoꝝ paruus e caſtris exierat numerus accerſi: atq; ordinatim ſigna ſe leuiter conſequi. ipſe antecedere cum paucis armatis. Iamq; cum procul hoſtis conſpici poſſet: milites in campo iubet galeari: et ad eam pugnam parari: quorum omnino numerus fuit. xxx. cohortium: cum equitibus. cccc. et ſagittariis. Et hoſtes interim: quorum dux erat Labienus: et Duopacidius aciem dirigunt mirabili longitudine, nō peditum ſed equitum confertā: et inter eos leuis armaturæ numidas: et ſagittarios interpoſuerant: et ita condenſauerant: ut procul Cæſariani pedeſtres copias arbitrarentur: et dextrum ac ſiniſtrum cornu magnis copiis firmauerant equitatuum. Interim Cęſar aciē dirigit ſimplicem: ut poterat: ꝑpter paucitatem. ſagittarios ante aciem cōſtituit. equites dextro: ſiniſtroq; cornu opponit. et ita præcipit ut prouiderent: ne multitudine equitatus hoſtium circumuenirentur. Exiſtimabat enim ſe cum pedeſtribus copiis acie inſtructa dimicaturum. Cum utrinq; expectatio fieret: neq; Cæſar ſe remoueret: et cum ſuorum paucitate contra magnam uim hoſtium artificio magis: q̄ uiribus decertādū uideret: ſubito aduerſariorum equitatus ſe extendere: et multitudinē promouere: colleſq; complecti: et Cæſaris equitatum extenuari: ſimulq; ad circumeūdum comparare ſe cœperunt. Cæſariani equites eorum multitudinem ægre ſuſtinebant. Acies interim mediæ cum concurrere conarentur: ſubito ex condenſis turmis numidæ leuis armaturæ cum equitibus procurrunt: et inter legionarios pedites iacula coniiciūt. Hic cū Cæſariani in eos impetū feciſſent: ad illorum equites refugiebant. pedites interim reſiſtebāt: dum eqtes rurſus curſu renouato peditibus ſuis ſuccurrerent. Cæſar nouo genere pugnæ oblato cum aīaduerteret ordines ſuoꝝ in procurrendo turbari: pedites enim dū eqtes longius a ſignis perſequūtur: latere nudato a proximis numidis iaculis uulnerabantur. equites aūt hoſtium pilū militis curſu facile

uitabant: edicit per ordines, ne quis miles a signis quattuor pedes longius procederet. Equitatus interim Labieni suorum multitudine confisus: Cæsaris paucitaté circumire conatur. et equites iuliani pauci multitudine hostium defessi: equis conuulneratis paulatim cedere. hostis magis magisq̄ īstare. Ita puncto temporis oı̄bus legionariis ab hostium equitatu circumuentis: Cæsarisq̄ copiis in orbem compulsis: ītra cancellos omnes coniecti pugnare cogebant̄. Labienus in equo capite nudo uersari in prima acie: simul suos cohortari: nōnunq̄ legionarios Cæsaris ita appellare. Quid tu inquit miles tyro tam feroculus es? uos quoq̄ iste uerbis ı̄fatuauit. in magnū me hercule uos periculum impulit. misereor uestri. Tum miles: nō sum inquit tyro Labiene: sed de legione decima ueteranus. Tum Labienus: non agnosco inquit signa decumanorum. Tum miles: Iam me quis sim intelliges: Simul cassidem de capite deiecit: ut agnosci ab eo posset: atq̄ ita pilū uiribus contortum, dum in Labienum mittere contendit: equi grauiter aduerso pectori affixit. Et ait Labiene, decumum militem: qui te petit: scito esse. Omniū tamen animi in terrorem coniecti: et maxime tyronum. Circumspicere enim Cæsarem, neq̄ amplius facere: nisi hostium iacula uitare. Cæsar interim consilio hostium cognito: iubet aciem in longitudinem q̄ maximam porrigi: et alternis conuersis cohortibus: ut una post alterā ante signa tenderet: Ita coronam hostium dextro: sinistroq̄ cornu mediam diuidit. et unam partem ab altera exclusam: equitesq̄ intrinsecus adortus cū peditatu telis coniectis in fugam uertit. neq̄ longius progressus ueritus ı̄sidias: se ad suos recipit. Idem altera pars equitum: peditumq̄ Cæsaris facit. His rebus gestis: et ꝓcul hostibus expulsis conuulneratisq̄, ad sua præsidia sese (sicut erat ı̄stitutū) recipere cœpit. Interim. M. Petreı9: et. Cn. Piso cum. ccc. equitibus numidis electis: peditatuq̄ eiusdem generis satis grandi ex itinere recto subsidio suis concurrunt: Hostes suis ex terrore firmatis: rursusq̄ renouatis animis legionarios conuersis eq̄tibus recipientes nouissimos adoriri: et impedire cœperunt: quo minus se in castra reciperent. Hac re animaduersa Cæsar iubet signa conuerti: et medio campo redintegrari prœlium. Cum ab hostib9 eodem modo pugnaretur: nec comminus ad manus rediretur: Cæsarisq̄ equites et iumenta ex nausea: recenti siti: lāgore: paucitate: uulneribusq̄ defatigati ad insequēdum hostem perseuerādumq̄: cursum tardioré haberēt: dieiq̄ pars exigua iā reliqua esset: cohortib9 eq̄tibusq̄ circūdatis ı̄perat: ut uno ictu cōtēderēt: neq̄ remitterēt: donec ultra ultimos colles hostes repulissent: atq̄ eorum essent potiti. Itaq̄ signo dato: cū iā hostes languide: negligenterq̄ tela mitterent: subito immitit cohortes turmasq̄ suorum: atq̄ uno puncto temporis hostibus nullo negocio campo pulsis, post colleq̄ deiectis: nacti locum: atq̄ ibi paulisꝑ cōmorati: ita ut erant instructi leniter se ad suas recipiunt munitiones. Itēq̄ aduersarii male accepti tum demū se ad sua præsidia cōtulerūt. Interı̄ ea re gesta: et prœlio direpto ex aduersariis ꝑfugæ plures ex oı̄ hoı̄um genere:

et præterea intercepti hostium complures equites:peditesq;:ex quibus co/gnitum est consilium hostium:eos hac mente et conatu uenisse:ut nouo et inusitato genere prœlii tyrões:legionariiq; pauci pturbati Curionis exem/plo ab equitatu circumuenti opprimerentur. Et ita Iubā dixisse pro con/cione:tantam se auxiliorum multitudinem aduersariis subministraturum: ut ēt cædēdo fatigati in ipsa uictoria uincerēt:atq; a suis superarēt. Quip/pe qui in nullo illorum sibi confideret. Primum q; audierat romę legiones ueteranas dissentire:neq; in africā uelle transire. Deinde q; triennio in afri/ca suos milites cōsuetudine retentos fideles iam sibi effecisset. maxima aūt auxilia haberet numidarum:equitumq; leuis armaturę. Præterea ex fuga prœlioq; Pompeii Labienus secum a brundusio transportauerat eqtes ger/manos:gallosq; ibiq; postea ex hybridis libertinis:seruisq; cōscripserat:ar/mauerat:equoq; frenato uti condocuerat. Præterea regia auxilia:elephanti centū.xx.eqtatusq; innumerabilis. Deinde legiones conscriptæ ex cuiusq; modi generis āplius.xii.milibus. Hac spe atq; ea audacia īflāmatus Labie/nus cū eqtibus gallis:germanisq;.dccc.numidarū sine frenis.viii. milibus. Præterea petreiano auxilio adhibito equitibus.dccc.peditū ac leuis arma/turæ quater tantis:sagitariis:ac funditoribus:hippotoxotisq; complurib9. his copiis pridie nonas ianuarias post diem tertiū:q̄ africā attigit:in cāpis planissimis purissimisq;/ab hora diei quinta usq; ad solis occasum ē decer/tatum. In eo prœlio Petreius grauiter ictus ex acie recessit. Cæsar enim in/terim castra munire diligētius:psidiaq; firmare maiorib9 copiis:uallūq; ab oppido ruspina usq; ad mare deducere:et a castris alteq;/eodē quo tuti9 ul/tro citroq; cōmeare:auxiliaq; sine piculo sibi succurrere possent. Tela:tor/mentaq; ex nauibus in castra comportare:remigum partem ex classe gal/lorum/rhodiorumq;/epibatorumq; armare:et in castra euocare/uti si posset eadem ratione:qua aduersarii leui armatura interiecta inter equites suos ī/terponerentur:sagittariisq; ex omnibus nauibus ithyreis:syrisq;:et cuiusq; generisq; ductis in castra compluribus frequentabat suas copias. Audie/bat enim Scipionem post diem tertium eius diei:quo prœlium factū erat: appropinquare:copias suas cum Labieno et petreio cōiungere. Cuius co/piæ legionum octo/equitū quattuor milia esse nuntiabantur.officinas fer/rarias instruere.sagittæq; telaq; uti fierent cōplura curare:glandes fundere. sudes comparare.litteras in siciliam nuntiosq; mittere/ut sibi crates mate/riemq; cōgererent ad arietes:cuius inopia in africa esset. Præterea plurimū plumbum:ferrū adduceretur. Et iam animaduertebat frumento se in afri/ca nisi portato uti non posse. Priore anno enim propter aduersariorum de/lectus:q; aratores stipendiarii:militesq; essent facti:messem nō esse factam. Præterea ex omni africa frumētū aduersarios in pauca oppida et bene mu/nita comportasse:omnemq; regionem africæ exinanisse frumento.oppida præterea pauca:quæ ipsi suis præsidiis tueri poterant:reliqua dirui atq; de/leri:et eorum incolas inter sua præsidia coegisse cōmigrare:agros desertos

ac uacuatos esse. Hac necessitate Cæsar coactus priuatos ambiendo: et blã/de appellando aliquãtulũ frumẽti numerũ in sua præsidia cõgesserat: et eo parce utebatur. Opera interim ipse quottidie circumire: et alteras cohortes in statione habere propter hostium multitudinem. Labienus saucios suos: quorũ maximus numerus fuit: iubet in plaustris deligatos adrumentũ de/portari. Naues interim Cæsaris onerariæ errabundæ male uagabantur in/certæ locorum: atq; castrorũ suorum. quas singulas scaphæ aduersariorũ cõ/plures adortæ incenderãt: atq; expugnabant. Hac re nunciata: Cęsar classes circum insulas portusq; disponit: quo tutius commeatus supportari posset. .M. Cato interim: q uticæ præerat: Cn. Pompeiũ filium multis uerbis: assi/dueq; obiurgare nõ desistebat. Tuus inqt pater istius ętatis cũ esset: et aĩad/uertisset rempub. ab audacibus sceleratisq; ciuibus oppressam: bonosq; aut ĩterfectos: aut exilio mulctatos patria ciuitateq; carere: gloria et animi ma/gnitudĩe elatus: priuatusq; adolescẽtulus paterni exercitus reliquiis collec/tis: pene oppressam funditus: et deletam italiam: urbẽq; romanã in liberta/tatem uindicauit. Idemq; siciliam: africam: numidiam: mauritaniã mira/bili celeritate armis recepit. qbus ex rebus sibi eã dignitatẽ: quæ ẽ p gentis rarissima clarissimaq;: cõciliauit. Adolescẽtulusq; atq; eques romãus triũ/phauit. Atq; ille nõ ita amplis rebus gestis patris: neq; tã excellenti maiorũ dignitate parta: neq; tantis clientelis: noĩsq; claritate præditus in rempub. est ingressus. Tu cõtra et patris nobilitate: et dignitate: et p te ipse satis ani/mi magnitudĩne et diligẽtia pditus: nõne niteris: et proficisceris ad pater/nas cliẽtelas: et ad auxilium tibi reiq; publicæ: atq; optimo cuiq; efflagita/tum. His uerbis hominis grauissimi incitatus adolescẽtulus cum nauicu/lis cuiusq; modi generis. xxx. inibi paucis rostratis pfectus ipse ab utica in mauritaniam: regnũq; Bogudis est ingressus. Expeditoq; exercitu nume/ro seruorũ: liberorũq;. ii. milium: cuius partem inermem: partẽ armatã ha/buerat: ad oppidum ascurum accedere cœpit. In quo oppido præsidiũ fuit regium. Pompeio aduenĩete oppidani usq; eo passi propius eum accedere: donec ad ipsas portas ac murum appropinquaret: subito eruptione facta: p/stratos perterritosq; pompeianos in mare passim: nauesq; compulerũt. Ita re male gesta. Cn. Põpeius filius naues inde auertit. neq; postea littus attigit. Classemq; ad insulas baleares uersus cõuertit. Scipio interim cũ his copiis: quas pauloante demõstrauimus: uticæ grãdi præsidio relicto pfectus: pri/mum adrumẽti castra ponit. deinde ibi paucos dies cõmoratus: noctu iti/nere facto cum Petreii: et Labieni copiis se cõiungit: atq; unis castris factis .iii. milia passuum longe considũt. Equitatus interim eorũ circum Cæsaris munitiones uagari: atq; eos: qui pabulandi aut aquãdi gratia extra uallum pgressi essent: excipere: et ita oẽs aduersarios ĩtra munitiones cõtinere. qua/re Cæsariani graui ãnona sunt conflictati. ideo: q nõdũ neq; ab sicilia: neq; ab sardinia cõmeatus supportatus erat. neq; p ãni tẽpus in mari classes sine piculo uagari poterãt: neq; amplius milia passuũ sex terræ africę quaq; uer/

sus tenebãt:pabuliq; iopia premebãt. Qua necessitate coacti ueterani milites eqtesq;:q multa terra:mariq; bella cõfecissẽt:et piculis:inopiaq; tali sępe solent esse conflictati:alga in littore collecta:et aqua dulci elota:iumẽtis esurientib9 data uitã eorũ pducebãt. Dum hęc ita fierent:rex Iuba cognitis Cęsaris difficultatibus:copiarũq; paucitate:nõ est uisum dari spatiũ cõualescẽdi:augẽdarũq; eius opũ. Itaq; cõparatis equitũ magnis:peditũq; copiis subsidio suis egressus e regno ire cõtẽdit. P. Citi9 interi:et rex Bogud cõiũctis suis copiis:et cognito regis Iubæ egressu:ppius eius regnũ copias admouere. Cirthãq; oppidũ eius regni opulẽtissimũ adorti:paucis diebus pugnãdo capiũt.et præterea duo oppida gętulorũ:qbus cũ cõditionẽ ferrẽt ut oppido excederent:idq; uacuũ traderent:conditionẽq; repudiassent:postea ab eis capti iterfectiq; sũt oẽs. Inde pgressi agros:oppidaq; uexare nõ desistunt. Quibus rebus cognitis Iuba cũ iã non lõge a Scipione atq; eius ducibus abesset:capit cõsiliũ satius eẽ sibi:suoq; regno subsidio ire:q̃ dum ipse alios adiutur9 pficisceret:ipse suo regno expulsus forsitã utraq; re expelleret. Itaq; rursus se recepit:atq; auxilia a Scipione ẽt abduxit:suis rebus timens. Elephãtisq; triginta relictis:suis finibus oppidisq; suppetias pfectus est. Cæsar cũ de suo interi aduentu dubitatio in puincia esset: neq; qsq̃ crederet ipsum sed aliquẽ legatũ cũ copiis i africã uenisse: cõscriptis litteris circum puinciã oẽs ciuitates de suo aduentu facit certiores. Interim nobiles hoĩes ex suis oppidis pfugere:et in castra Cęsaris deuenire:et de aduersariorũ suorũ acerbitate crudelitateq; cõmemorare cœperunt. Quorũ lachrymis querelisq; Cæsar cõmotus:cum ãtea stare cõstituisset i statiuis castris: æstate inita cunctis copiis:auxilisq; coactis:bellũ cũ aduersariis suis gerere instituit.litterisq; celeriter in siciliã ad Allienũ et Rabiriũ Posthumiũ conscriptis:et p Catascopũ missis:ut sine ulla mora:ac nulla excusatione hyemis:uentorũq; exercitus sibi q̃celerrime trãsportaret. Africã puinciã pire: funditusq; euerti a suis inimicis.q nisi celeriter sotiis foret subuentũ:præter ipsam africã terrã nihil ne tectũ qdẽ:quo se reciperẽt:ab eorũ scelere isidiisq; reliquũ futurũ.atq; ipse in tãta erat festinatiõe:et expectatiõe: ut postero die q̃ misisset litteras:nuntiũq; in siciliã/classem exercitũq; morari diceret.noctes diesq; mẽtẽ:atq; oculos ad mare dispositos:directosq; haberet. Nec mirum. Animaduertebat.n.uillas exuri:agros uastari.pec9 diripi:trucidariq;. oppida castellaq; dirui:deseriq;.principesq; ciuitatũ aut interfici:aut in catenis teneri.liberos eorũ obsidũ noĩe i seruitutẽ abripi. His se miseris:suãq; fidem implorãtib9/auxilio pp copiarũ paucitatẽ esse non posse. Milites interim i opere exercere:atq; castra munire:turresq; et castella facere : molesq; iacere in mare nõ intermittere. Scipio iterim elephãtes hoc modo cõducere instituit. duas istruxit acies : unam funditorũ cõtra elephãtos:quæ quasi aduersariorũ locũ obtineret:et cõtra eorũ frontem aduersam lapillos minutos mitterẽt. Deinde in ordinẽ elephãtos cõstituit. Post illos aũt aciem instruxit:ut cũ ab aduersariis lapides mitti cœpissẽt: et elephãti pterriti se ad

suos conuertissent: rursus a sua acie lapidibus missis eos cõuerterẽt aduersũ hostem: quod ægre tardeq; fiebat. Audere enĩ elephãti multorũ ãnorũ doctrina: usuq; uetusto uix edocti: tñ cõmuni periculo in aciem pducunt. Dũ hæc ad ruspinã ab utrisq; ducibus administrant. C. Vergilius prætorius: q tapso oppido maritimo preerat: cũ aĩaduertisset naues singulas cum exercitu Cæsaris incertas locorũ: atq; castrorũ suorũ uagari occasionem nactus: nauim (quã ibi habuit) actuariam complet militibꝰ: et sagittariis. eidẽ scaphas de nauibus adiũgit. ac singulas naues Cæsarianas consectari cœpit. et cũ plures adortus eẽt pulsus: fugatusq; ĩde discessisset: nec tamen desisteret periclitari: forte incidit in nauem in qua erãt duo Titi hispani adolescẽtes: tribuni legionis. v. quorũ patrem Cesar in senatũ legerat: et cum his. T. Salienus cẽturio legionis eiusdem: q. M. Messallam legatum obsederat messanæ: et seditiosissima oratione apud eũ est usus. Ideq; et pecuniã et ornamẽta triumphi Cæsaris retinẽda: et custodiẽda curauerat: et ob has causas timebat sibi. Hic pter consciẽtiã peccatorũ suorũ psuasit adolescentibus: ne repugnarent: se q; Vergilio traderent. Itaq; deducti a Vergilio ad Scipionem custodibus traditi: et post diẽ tertium sunt interfecti. Qui cũ ducerẽt ad necem perisse dicit maior Titus a centurionibus uti se priorem: q̃ fratrẽ interficerẽt: Idq; ab eis facile impetrasse: atq; ita esse interfectos. Turmæ interim eqtũ: quæ p uallo in stationibus eẽ solebãt: ab utrisq; ducibus quotidie mutuis prœliis ĩter se pugnare nõ intermittũt. Nõnunq̃ etiã germãi: galliq; Labieniani cum Cæsaris eqtibus fide data ĩter se colloquebãt. Labienus interĩ cum parte eqtatus leptim oppidũ: cui præerat Saserna cũ cohortibus tribus oppugnare: ac ui irrumpere conabat. quod ab defensoribꝰ pter egregiã munitionem oppidi: et tormentorũ multitudinẽ facile et sine piculo defendebat. Quod ubi eius facere eqtatus sæpius nõ intermittebat: et cum forte ãte portã turma dẽsa adstitisset: scorpiõe accuratius misso: atq; eorũ decuriõe pcusso: et ad terrã defixo: reliq perterriti fuga se in castra recipiũt. Quo facto postea sũt deterriti oppidũ tentare. Scipio interĩ fere quotidie nõ longe a suis castris passibus. ccc. instruere aciẽ: ac maiore diei parte cõsumpta rursus se in castra recipere. Quod cũ sæpius fieret: neq; ex Cæsaris castris qsq̃ pdiret: neq; ppius eiꝰ copias accederet: despecta patiẽtia Cesaris: exercitusq; eiꝰ Iuba uniuersis copiis pductis (elephãtisq; turritis. xxx. ãte aciem instructis) q̃latissime potuit porrecta eqtũ peditumq; multitudĩe uno tẽpore pgressus: haud ita longe a Cesaris castris constitit ĩ cãpo. Quibus rebus cognitis Cæsar iubet milites: q extra munitiões pcesserãt: qui q; pabulãdi: aut lignãdi: aut etiã muniẽdi gratia uallẽ petierãt: qui q; ad eam rem opus erãt: oẽs intra munitiones minutatĩ modesteq; sine tumultu: aut terrore se recipere: atq; in opere consistere. eqtibus autẽ: q in statione fuerãt: præcipit ut usq; eo locũ optinerẽt: ĩ quo paulo ãte cõstitissent: donec ab hoste missum telum ad se perueniret. q; si ppius accederet: q̃honestissime se ĩtra munitiões reciperẽt. Alii quoq; eqtatui edicit: uti quisq; suo loco para/

tus:armatusq; præsto esset.at hęc nõ ipse p se corã:cũ de uallo ꝓspecularet᷑: sed mirabili peritus sciẽtia bellãdi in prætorio sedens:p speculatores:et nũtios imperabat:quæ fieri uolebat.Animaduertebat enim:q̃q̃ magnis essẽt copiis aduersarii freti:tñ sæpe a se fugatis:pulsis:territisq; et cõcessam uitã: et ignota peccata.Quibus rebus nũq̃ tãta suppeteret ex eoꝝ inertia:cõsciẽtiaq; animi uictoriæ fiducia:ut castra sua adoriri auderent. Præterea ipsius nomen auctoritasq; magna ex parte eoꝝ exercitus minuebat audaciã:cum egregiæ munitiones castroꝝ:et ualli:fossarumq; altitudo:et extra uallum stili cæci mirabilem in modum consiti:ut sine defensoribus aditũ aduersariis ꝓhiberẽt. Scorpionum et catapultarũ cæterorũq; telorum:quæ ad defendendũ solent parari:magnã copiã habebat.Atq; hæc propter exercitus sui præsentis paucitatẽ:et tyrociniũ præparauerat:nõ hostiũ ui et metu cõmotus:sapientẽ se timidũq; hostiũ opinioni prębebat.Neq; iccirco copias (quãq̃ erãt paucæ:tyronũq;)nõ ducebat ĩ aciẽ:ꝙ uictoriæ suoꝝ diffideret: sed referre arbitrabat᷑:cuiusmodi uictoria esset futura.Turpe enĩ sibi existimabat:tot rebus gestis:tantisq; exercitibꝰ deuictis:tot tam claris uictoriis partis:ab reliq̃s copiis aduersarioꝝ suoꝝ ex fuga collectis se cruentã adeptũ existimari uictoriã.itaq; cõstituerat gloriã exultationemq; eoꝝ pati:donec sibi ueteranarũ legionũ pars aliqua in secundo cõmeatu occurrisset.Scipio interim paulisp:ut ante dixi:in eo loco cõmoratus:ut quasi despexisse Cæsarem uideret᷑:paulatim reducit suas copias in castra.et concione aduocata de terrore suo:despatiõeq; exercitus Cæsaris uerba facit.et cohortatus suos uictoriam ꝓpriam se eis breui daturum pollicet᷑.Cęsar iubet militem rursus ad opus redire:et per causã munitionũ tyrones in labore defatigare nõ ĩtermittit.Interim numidæ:gętuliq; diffugere quottidie ex castris Scipionis:et partim in regnũ se cõferre:partim,ꝙ ipsi maioresq; eoꝝ beneficio.C. Marii usi fuissent:Cæsarẽq; eius affinẽ esse audiebant:in eius castra ꝑfugere cateruatim non intermittebãt.Quoꝝ ex numero electos hoĩes illustriores gætulos litteris ad suos ciues datis cohortatus:ut manu facta se suosq; defenderent:et ne suis inimicis:aduersariisq; dicto audiẽtes essent:mittit.Dũ hæc ad ruspinã fiũt legati ex acilla ciuitate ueniũt,libere etiã undiq; ad Cęsarem:seq; paratos quæcũq; imperasset:et libẽti animo pollicent᷑ facturos. tantũ orare et petere ab eo:ut sibi præsidium daret:quo tutius id et sine periculo facere possent.Se et frumẽtũ:et quæcũq; res eis suppeteret: cõmunis salutis gratia subministraturos.Quibus rebus facile a Cæsare impetratis: præsidioq; dato.C.Messium ædilitia functum potestate acillã iubet proficisci.Quibus rebus cognitis Considius Longinus:q adrumẽti cũ duabus legionibꝰ et eq̃tibus.dcc.præerat:celeriter ibi parte præsidii relicta:cũ octo cohortibus acillã ire contendit.Messius celerius itinere cõfecto:prior acillam cũ cohortibus ꝑuenit.Cõsidius interim cũ ad urbẽ cum copiis accessisset:et aĩaduertisset præsidiũ Cæsaris ibi esse:nõ ausus ꝑiculo suo rẽ facere: nulla re gesta præ multitudine hoĩum rursus adrumẽtũ se recepit. Deinde

paucis post diebus equestribus copiis ab Labieno adductis rursus acillita/
nos castris positis obsidere cœpit. Per id tempus. C. Salustius Crispus: quē
paucis ante diebus missum a Cæsare cū classe demōstrauimus: cereninā ꝑ/
uenit: cuius aduentum. C. Decimus quæstorius uir: qui ibi cum grandi fa/
miliæ suæ præsidio præerat cōmeatui: paruulū nauigiū nactus conscendit:
ac se fugæ cōmēdat. Salustius interim prætor a cereninatibꝰ receptus ma/
gno numero frumenti inuento: naues onerarias: quaꝝ ibi satis magna co/
pia fuit: complet: atq; ad castra ad Cæsarē mittit. Allienus interim ꝓcōsul e
lilybeo ī naues onerarias īponit legiones. xiii. et. xiiii. et eqtes gallos. dccc.
funditoꝝ sagittariorūq; mille: ac secundū cōmeatum in africam mittit ad
Cæsarē. quæ naues uentum secūdū nactæ quarto die in portum ad ruspi/
nam: ubi Cæsar castra habuerat: incolumes ꝑuenerūt. Ita Cæsar duplici læ/
ticia ac uoluptate uno tēpore auctus: frumento auxiliisq;: tādē suis exhila/
ratis aīo atq; leuata sollicitudīe: depōit legiones: eqtesq; ex nauibus egres/
sos iubet ex langore nauseaq; reficere. dimissos in castella munitiōesq; dis/
ponit. Quibus rebus Scipio et qui cū eo erāt: cōmirari et requirere. C. Cæ/
sarem: qui ultro consuesset bellū inferre: ac lacessere prælio: subito cōmuta/
tū. illud nō sine magno consilio suspicabāt. Ita ex eius patientia in magnū
timorē cōiecti ex gætulis duos: quos arbitrabātur suis rebus amicissimos:
magnis præmiis pollicitatiōibusq; ꝓpositis: ꝑ perfugis speculandi gratia ī
Cæsaris castra mittunt. q simul ad eum sunt deducti: petierunt ut sibi lice/
ret sine periculo uerba ꝓloqui. Potestate facta sæpenumero inquiunt impe/
rator cōplures gætuli: q sumus clientes. C. Marii: et prope modum omnes
ciues romani: q sūt in legione quarta et sexta ad te uoluimus: in tuaq; præ/
sidia cōfugere: sed custodiis equitum numidarū: quo id sine ꝑiculo minus
faceremus: īpediebamur. Nūc data facultate ꝑ speculatoribus missi a Sci/
pione: ad te cupidissime uenimus: ut ꝑspiceremus quæ fossæ aut īsidiæ ele/
phātis ante castra portasq; ualli factæ essent: simulq; cōsilia uestra cōtra eas/
dem bestias cōparationēq; pugnę cognosceremus: atq; eis renuntiaremus.
Qui collaudati a Cęsare stipēdioq; donati ad reliquos perfugas deducūt.
quoꝝ orationem celeriter ueritas cōprobauit. Namq; postero die ex legio/
nibus iis: quas gętuli nominauerunt: milites legionarii cōplures a Scipio/
ne in castra Cæsaris profugerunt. Dum hæc ad ruspinam gerunt. M. Cato
qui uticę præerat: delectus quotidie libertinoꝝ afroꝝ: seruoꝝ deniq;: et cu/
iusq;modi generis hoīum: qui modo ꝑ ætatem arma ferre poterāt: habere:
atq; sub manu Scipiōis ī castra sūmittere nō intermittit. Legati interim ex
oppido tisdre: in quo tritici modia milia. ccc. cōportata fuerāt a negociato/
ribus italicis aratoribusq;: oratores ad Cæsarem uenere. quātaq; copia fru/
menti apud se sit docēt: simulq; orāt: ut sibi præsidium mittat: quo facilius
et frumentū: et copiæ suæ conseruentur. Quibus Cęsar in præsentia gratias
agit: ꝑsidiūq; breui tēpore se missurū dixit. cohortatos ad suos ciues iubet
ꝓficisci. P. Cicius īterim cū copiis numidiæ fines īgressus: castello ī mōtes

loco munito locato:in quod Iuba belli gerendi gratia et frumentum: et res
cæteras:quę ad bellũ uſui ſolent eſſe:comportauerat:ui expugnãdo eſt po/
titus. Cæſar poſtq̃ legiõibus ueteranis duabus:eqtatu/leuiq; armatura:co/
pias ſuas ex ſcdo cõmeatu auxerat:naues ſex onerarias ſtatĩ iubet lilybeũ
ad reliquũ exercitum trãſportãdũ proficiſci. Ipſe.vi.kal.febr.circiter uigilia
prima imperat ſpeculatores apparitoreſq; oẽs ut ſibi præſto eſſẽt. Itaq; oĩbꝰ
inſciis:neq; ſuſpicãtibꝰ uigilia.iii.iubet omnes legiones ex caſtris educi:ac
ſe conſequi ad oppidũ ruſpinã uerſus:in quo ipſe præſidiũ habuit:et quod
primũ ad amicitiã eius acceſſit.inde paruulã ꝑcliuitatem digreſſus: ſiniſtra
parte campi prope mare legiones educit. Hic cãpus mirabili planicie patet
milia paſſuũ.xv.quẽ iugũ ingens a mari ortũ:neq; ita præaltũ uelut theatri
efficit ſpeciẽ. In hoc iugo colles ſũt excelſi pauci:ĩ qbus ſingulæ turres ſpe/
culæq; ſingulæ perueteres erãt ante collocatæ:apud quos ultimũ p̃ſidiũ et
ſtatio fuit Scipiõis. Poſtq̃ Cæſar ad iugũ de quo docui:aſcẽdit:atq; ĩ unũ/
quẽq; collem turres caſtellaq; facere cœpit:atq; ea minus ſemihora fecit: et
poſtq̃ nõ ita lõge ab ultĩo colle turriq; fuit:quæ ꝓxima fuit caſtris aduer/
ſarioꝝ:in qua docui eſſe præſidium:ſtationẽq; numidarum:Cæſar pauliſp
cõmoratus:perſpectaq; natura loci:eqtatu in ſtatione diſpoſito: legionibus
opus attribuit.brachiũq; medio iugo ab eo loco ad quẽ peruenerat:uſq; ad
eũ unde egreſſus erat/iubet dirigi:ac muniri. Quod poſtq̃ Scipio Labie/
nuſq; aĩaduerterũt:eqtatu omni ex caſtris educto:acieq; equeſtri iſtructa:a
ſuis munitiõibꝰ circiter paſſus mille ꝓgrediunt̃:equeſtrẽq; copiã in ſecũda
acie minus paſſus.cccc.a caſtris ſuis conſtituũt. Cæſar in opere milites ad/
hortari.neq; aduerſarioꝝ copiis moueri. Iã cum non amplius paſſuũ mille
inter hoſtium aciem:ſuaſq; munitiones eſſe aĩaduertiſſet:intellexiſſetq; ad
impediẽdos milites ſuos:et ab opere depellendos hoſtes propius accedere:
neceſſeq; haberet legiones a munitionibus deducere:imperat ut turma hiſ/
panoꝝ ad ꝓximũ collẽ ꝑpere occurrerẽt:præſidiũq; ĩde deturbarẽt:locũq;
caperẽt.eodẽq; iubet leuis armaturæ paucos cõſeq ſubſidio. Qui miſſi ce/
leriter numidas adorti partim uiuos capiũt:nõnullos equites fugiẽtes cõ/
uulnerauerũt:locoq; ſũt potiti. Poſtq̃ id Labienus aĩaduertit: quo celerius
iis auxiliũ ferret:ex acie iſtructa eqtatus ſui ꝑpe totum dextrũ cornu auer/
tit:atq; ſuis fugientibꝰ ſuppetias ire contendit. Quod ubi Cęſar conſpexit,
Labienum a ſuis copiis longius iam abſceſſiſſe:equitatus ſui alam ſiniſtrã
ad intercludẽdos hoſtes immiſit. Erat in eo campo:ubi ea res gerebat̃: uil/
la permagna quattuor turribus extructa:quæ Labieni proſpectũ impedie/
bat:ne poſſet animaduertere ab eqtatu Cęſaris ſe intercludi. Itaq; non priuſ
uidit turmas iulianas:q̃ ſuos cædi a tergo ſentit. Ex qua re ſubito in terro/
rem conuerſo equitatu numidarũ recta in caſtra fugere cõtendit. Galli ger/
maniq;:q reſtiterant:ex ſuperiore loco et poſt tergum circumuẽti:fortiterq;
reſiſtentes conciduntur uniuerſi. Quod ubi legiones Scipionis:quæ ꝓ ca/
ſtris erant inſtructæ aĩaduerterunt: Scipione eiuſq; copiis in cãpo collibuſq;

exturbatis:atq; in caſtra compulſis cum receptui Cęſar cani iuſſiſſet: equi/
tatumq; omnem intra ſuas munitiões recepiſſet:campo purgato animad/
uertit mirifica corpora gallorum:germanorumq;:qui partim eius auctori/
tatem erant ex gallia ſecuti:partim precio pollicitatiõibuſq; adducti ad eũ
ſe contulerant:nonnulli qui ex Curionis prœlio capti cõſeruatiq; parẽ gra/
tiam in fide partienda præſtare uoluerant. Horum corpora mirifica ſpecie
amplitudineq; cæſa toto campo ac proſtrata iacebant. His rebus geſtis po/
ſtero die Cæſar ex omnibus præſidiis cohortes deduxit: atq; omnes ſuas
copias in campo inſtruxit. Scipio ſuis male acceptis: occiſis: uulneratiſq; ĩ/
tra ſuas continere ſe munitiones cœpit. Cęſar inſtructa acie ſecundum infi/
mas iugi radices ꝓpius munitiones leniter acceſſit. iamq; minus mille paſ/
ſuum ab oppido uzita:quod Scipio tenebat:aberãt legiones iulianæ: cum
Scipio ueritus ne oppidũ amitteret:unde adaquari reliquiſq; rebus ſuble/
uari eius exercitus cõſueuerat:eductis oĩb9 copiis quadruplici acie ĩſtruc/
ta:ex inſtituto ſuo prima equeſtri turmatim directa:elephãtiſq; turritis in/
terpoſitis:armatiſq; ſuppetias ire contendit. Quod ubi Cæſar aĩaduertit ar/
bitratus Scipionem ad dimicandũ paratum ad ſe certo animo uenire in eo
loco:quẽ pauloante cõmemoraui:ante oppidũ conſtitit :ſuãq; aciem me/
diam eo oppido texit. Dextrũ ſiniſtrũq; cornu ubi elephanti erant:in con/
ſpectu parenti aduerſariorꝝ conſtituit. Cum iã ꝓpe ſolis occaſum Cæſar ex/
pectauiſſet:neq; ex eo loco:quo cõſtiterat:Scipionẽ ꝓgredi propius ſe aĩad/
uertiſſet:locoq; ſe magis defendere:ſi res coegiſſet:q̃ in cãpo cõminus cõ/
ſiſtere auderet:nõ eſt uiſa ratio ꝓpius accedendi eo die ad oppidũ : quoniã
ibi pręſidiũ numidarum grãde eſſe cognouerat:Hoſteſq;:q mediã aciẽ ſuã
oppido texiſſẽt:ſibiq; difficile factu eẽ ĩtellexit:ſimul et oppidũ uno tẽpo/
re oppugnare : et ĩ acie cornu dextro et ſiniſtro:et ex iniqore loco pugnare:
præſertim cũ milites a mane diei ieiuni ſub armis ſtetiſſẽt defatigati. Itaq;
reductis ſuis copiis in caſtra:poſtero die ꝓpius eorꝝ aciẽ ĩſtituit ex porrige/
re munitiões. Interĩ Cõſidi9:q acillã et octo cohortes ſtipẽdiarias numidis
gętuliſq; obſidebat:ubi. C. Meſſius:q cohortibus præerat:diu multũq; ex/
pertus:magniſq; operib9 ſæpe admotis:iis ab oppidanis ĩcenſis:cũ ꝑficeret
nihil:ſubito nũtio de equeſtri prœlio allato cõmotus:frumẽto cuius ĩ ca/
ſtris copiã habuerat incenſo:uino:oleo cæteriſq; rebus:quæ ad uictum pa/
rari ſolent corruptis:acillam:quam obſidebat:deſeruit. atq; itinere ꝑ regnũ
Iubę facto copias cum Scipione partitus adrumentum ſe recepit. Interea ex
ſecundo cõmeatu:quẽ a ſicilia miſerat Allienus nauis una:ĩ qua fuerat. Q.
Cominius:et. L. Titida eques roman9 ab reſidua claſſe cũ errauiſſet: dela/
taq; eẽt uento ad thapſon a Virgilio ſchaphis nauiculiſq; actuariis excep/
ta eſt:et ad Scipionem deducta. Item altera nauis triremis ex eadẽ claſſe er/
rabũda:ac tẽpeſtate ad egimurũ delata a claſſe Vari et. M. Octauii ẽ capta:
in qua milites ueterani cũ uno centuriõe:et nõnulli tyrones fuerũt. Quos

Varus aſſeruatos ſine contumelia deducendos curauit ad Scipionē.q poſtq̃ ad eum peruenerunt:et ante ſuggeſtū eius conſtiterunt: Non ueſtra inq̄t ſponte uos certe ſcio:ſed illius ſcelerati ueſtri imperatoris impulſu:et imperio coactos:ciues et optimū quēq; nefarie conſectari. Quos quoniā fortuna in noſtrā detulit poteſtatem:ſi id quod facere debetis rempublicā cum optimo quoq; defenditis:certum eſt uobis uitā et pecuniam donare.quapropter qd ſentiatis proloquamini. Hac habita oratione Scipio cū exiſtimaſſet pro ſuo beneficio ſine dubio ab iis gratias ſibi actum iri:poteſtatem iis dicendi fecit. Ex his centurio legionis.xiiii. Pro tuo inquit ſummo beneficio Scipio tibi gratias ago. Nō enim īperatorē te appello: ꝙ mihi uitā incolumitatemq; belli iure capto polliceris:et forſan iſto uterer beneficio:ſi nō ei ſummum ſcelus adiungeret. Ego ne contra Cęſarē imperatorē meū: apud quem ordinem duxi:eiuſq; exercitum:ꝓ cuius dignitate: uictoriaq; amplius.xxxvi.annis depugnaui:aduerſus armatuſq; cōſiſtā? Neq; ego id facturus ſum:et te magnopere:ut de negocio deſiſtas:adhortor. Cōtra cuius enim copias contendas:ſi minus antea expertus es:licet nunc cognoſcas.elige ex tuis cohortem unā:quā putas eſſe firmiſſimā:et conſtitue cōtra me. Ego autem ex meis commilitonibus:quos nūc in tua tenes poteſtate:non amplius.x.ſumā.tunc ex uirtute nr̄a intelliges:qd ex tuis copiis ſperare debeas. Poſtq̃ hæc centurio præſtāti animo aduerſus opinionē eius eſt locutus:ira ꝑcitus Scipio:atq; animi dolore incenſus:ānuit centurionibus qd fieri uellet:atq; ante pedes cēturionē reliquoſq; ueteranos a tyronibus iubet ſecerni. Abducite inquit iſtos nefario ſcelere cōtaminatos:et cæde ciuiū ſaginatos. Sic extra uallū deducti ſūt:et cruciabiliter īterfecti. Tyrones autē iubet inter legiones diſpartiri:et Cominiū cū Ticida in cōſpectum ſuum prohibet adduci. Qua ex re Cæſar commotus eos:quos in ſtationibus cum longis nauibus apud tapſum cuſtodiæ cauſa in ſalo iuſſerat eſſe:ut ſuis onerariis longiſq; nauibꝰ præſidio eſſent ob negligentiā:ignominiæ cauſa dimittēdos ab exercitu:grauiſſimūq; in eos edictū ꝓponēdū curauit. Per id tempus fere Cæſaris exercitui res accidit incredibilis auditu. Namq; uigiliarum ſigno confecto:circiter uigilia ſecunda noctis nimbus cum ſaxorum grādine ſubito eſt exortus ingens: Ad hoc autem incōmodum acceſſerat:ꝙ Cęſar non more ſuperiorum imperatorum ī hybernis exercitum continebat:ſed in tertio quartoue die procedendo:propiuſq; hoſtem accedendo:caſtra communiebat.opereq; faciendo milites ſe circūſpiciendi non habebant facultatem. Præterea ita ex ſicilia exercitum tranſportauerat:ut præter ipſum militē et arma neq; uas neq; mancipium: neq; ullam rem:quæ uſui militi eſſe conſueuit:in naues imponi pateret. In africam autē non modo ſibi qcq̃ non acqſierant:aut parauerant:ſed ēt propter ānonæ caritatē:āte parata cōſumpſerāt. Quibus rebꝰ attenuati oppido pq̃ pauci pellibus acqeſcebant. Reliq ex ueſtimētis tentoriolis factis:atq; arūdinum copiis tectis contextis permanebant. Itaq; ſubito nimbo grandíeq;

cõsecuta:grauati pondere / tenebris/aqua q; omnes subruti: disiectiq; nocte intempesta ignibus extinctis:rebusq; ad uictum pertinentibus oĩbus cor/ruptis:per castra passim uagabantur:scutisq; capita contegebãt. Eadẽ noc/te.v.legionis pilorum cacumina sua sponte arserunt. Rex interim Iuba de equestri prœlio Scipiõis certior factus:euocatoq; ab eodẽ litteris præfecto Sabura:cũ parte exercitus sitio relicto:ut secũ ipse aliqd auctoritatis habe/ret:exercit9 Scipiõis a terrore Cęsaris liberaret/cũ tribꝰ legiõibꝰ:eqtibusq; frenatis.dccc.numidis sine frenis peditibusq; eius armaturæ grandi nume/ro:elephantis.xxx.egressus e regno ad Scipionem ẽ ꝓfectus. Postq̃ ad eũ ꝑuenit castris regiis seorsum positis:cum eis copiis: quas commemoraui: haud ita longe a Scipione consedit. Erat ĩ castris Cæsaris superiori tempo/re magnus terror:et expectatiõe copiarum regiarum exercitus eius magis suspensione animi ante aduentum Iubę commouebatur. Postq̃ uero castra castris cõtulit:despectis eius copiis omnem terrorem deponit.Ita/quã an/tea absens habuerat auctoritatem:eam omnẽ præsens dimiserat. Quo fac/to cuiuis facile fuit intellectu Scipioni additum animũ:fiduciãq; regis ad/uentu. Nã postero die uniuersas suas regisq; copias cum elephãtis.lx.pro/ductas ĩ aciem q̃speciosissime potuit ĩstruxit:ac paulo longius progressus a suis munitiõibus:haud ita diu cõmoratus se recepit ĩ castra. Cæsar postq̃ animaduertit Scipioni auxilia fere:quæ expectasset omnia conuenisse:neq; moram pugnandi ullã fore:ꝑ iugũ summum cum copiis progredi cœpit: et brachia protinus deducere:et castella munire.propiusq; Scipionẽ capiẽ/do loca excelsa occupare contendit. Aduersarii magnitudĩe copiarum cõ/fisi proximũ collem occupauerunt:atq; longius sibi progrediendi eripue/runt facultatem. Eiusdem collis occupãdi gratia Labienus consilium cœ/perat:et quo propiore loco fuerat:eo celerius occurrerat. Erat conuallis satis magna latitudĩe:altitudĩe prærupta:crebris locis spelũcę ĩ modũ subrutis: quæ erant trãseunda Cæsari:anteq̃ ad eum collem:quẽ capere uolebat: ꝑ/ueniretur:ultraq; eam conuallem oliuetum crebris arboribus condensum. Hic cum Labienus animaduertisset Cæsarem: si uellet eum locum occu/pare: prius necesse conuallem oliuetumq; progredi:eorum locorum peri/ritus in insidiis cum parte eqtatus leuiq; armatura cõsedit:ut prærerea post montem collẽq; subito se Cæsari ostẽderet. Eqtes ĩ occulto collocauerat:ut cum ipse ex improuiso legionarios adortus esset:ex colle se eqtatus ostẽde/ret:ut re duplici perturbatus Cæsar:eiusq; exercitus:neq; retro regrediundi: neq; ultra procedendi ablata facultate:circumuentus cõcideret. Cæsar eq/tatu antepręmisso inscius insidiarum cum ad eum locum uenisset:abusi si/ue obliti præceptorum Labieni:siue ueriti ne in fossa ab eqtibus opprime/rentur:rari ac singuli de rupe prodire:et summa petere collis. Quos Cęsaris equites consequuti partim interfecerunt:partim uiuorum sunt potiti. De/inde ꝓrinus collem petere cõtenderunt:atq; eum decusso Labieni præsidio celeriter occupauerunt. Labienus cũ parte equitũ uix fuga sibi peperit salu/

tem. Hac re per equites gesta Cæsar legionibus opera distribuit: atq; in eo colle: quo erat potitus: castra muniuit. Deinde ab suis maximis castris per mediũ cãpum e regione oppidi uzitæ: qđ inter sua castra et planiciẽ positũ erat: tenebaturq; a Scipione: duo brachia instituit duci: et ita erigere: ut ad angulũ dextrũ sinistrũq; eius oppidi cõuenirẽt. Hoc hac rõne opus ĩstruebat: ut cũ ꝓpius oppidũ copias admouisset: oppugnareq; cœpisset: tecta latera suis munitiõibꝰ haberet: ne ab eqtatus multitudie circũuentus ab oppugnatiõe deterreret̃. Præterea quo facilius colloqa fieri posset: et si q ꝑfugere uellent: id qđ ante sæpe accidebat magno cũ eoꝝ ꝑiculo: tũ facile et sine periculo fieret. Voluit etiã experiri: cũ ꝓpius hostẽ accessisset: haberet ne in aĩo dimicare. Accedebat etiã ad reliquas causas: ꝙ is locꝰ depressus erat: puteiq; ibi nõnulli fieri poterãt. aquatiõe enim lõga et angusta utebat̃. Dũ hęc opera: quę ante dixi: fiebãt a legiõibꝰ: interĩ pars aciei ĩstructa ãte opus sub hoste stabat: eqtes barbari leuisq; armaturæ præliis minutis cõminus dimicabãt. Cæsar ab eo opere cum iam sub uesperũ copias in castra reduceret: magno incursu cũ omni equitatu: leuiq; armatura Iuba: Scipio: Labienus in legionarios impetũ fecerũt. Equites Cęsariani ex ui uniuersæ: subitæq; hostiũ multitudinis pulsi parũp cesserũt. quæ res aliter aduersariis cedit. Nãq; Cæsar ex medio itinere copiis reductis eqtibꝰ suis auxiliũ tulit. Equites autẽ aduentu legionũ aĩo addito cõuersis eqs in numidas cupide insequẽtes: dispsosq; impetũ fecerũt: atq; eos cõuulneratos usq; ĩ castra regia repulerũt: multosq; ex his ĩterfecerũt. Q đ ni ĩ nocrẽ prœliũ eẽt cõiectũ: puluisq; uento flatus oĩum ꝓspectibus offecisset: Iuba cũ Labieno capti in potestatẽ Cęsaris uenissẽt: equitatusq; cũ leui armatura funditus ad ĩternicionẽ deletus esset. Interĩ incredibiliter ex legionibꝰ quarta et sexta Scipionis milites diffugere partim in castra Cæsaris: partim in quã quisq; poterat regionẽ peruenire. Itẽq; eqtes curiani diffisi Scipioni eiusq; copiis cõplures se eodẽ cõferebãt. Dũ hæc circum uzitã ab utrisq; ducibus administrant̃: legiões duæ. viiii. et. x. ex Sicilia nauibus onerariis ꝓfectæ: cum iam nõ longe a portu ruspinæ abessent: cõspicati naues Cæsarianas: quæ in statione apud tapsim stabãt: ueriti ne in aduersarioꝝ ĩsidiãdi gratia ibi cõmorantiũ classem inciderẽt: imprudẽtes uela in altũ dederunt. ac diu multũq; iactati tandẽ multis post diebꝰ siti iopiaq; confecti ad Cæsarẽ peruenerũt. Quibꝰ legionibꝰ expositis memor ĩ italia pristinæ licẽtiæ militaris: ac rapinarum certorũ hoĩum paruulã modo causulã nactus Cæsar: ꝙ Auienus trib. mil. x. legionis nauẽ cõmeatu familiaq; sua: atq; iumentis occupauisset: neq; militẽ unũ ab sicilia sustulisset: Postero die de suggestu cõuocatis omnium legionum tribunis centuriõibusq;. Maxime uellem inquit hoĩes suæ petulantiæ nimiæq; libertatis aliquãdo finẽ fecissent. meæq; lenitatis: modestiæ: patiẽtiæq; rationem habuissent. Sed quoniã ipsi sibi neq; modum neq; terminũ constituunt: quo cæteri dissimiliter se gerant: egomet ipse documentum more militari cõstituam. Quapropter. C. Auiene: ꝙ in

italia milites po.ro.cõtra rẽpub. ĩstigasti:rapinasq; p municipia fecisti:qꝙq; mihi:reiq; pub.inutilis fuisti:et p militibus tuã familiã iumẽtaq; in naues imposuisti:tuaq; opera militibusq; tẽpore necessario respublica caret:ob eas res ignominiæ causa ab exercitu meo te remoueo.hodieq; ex africa abesse: et quãtũ potes pficisci iubeo.Itẽq; te.A.Fõtei:q tribun9 militũ seditiosus: malusq; ciuis fuisti:te ab exercitu dimitto.Tusci Saliene.T.Alliene.M. Tyro.C.Clusiane cũ ordĩes in meo exercitu beneficio nõ uirtute cõsequuti ita uos gesseritis:ut neq; bello fortes:neq; pace boni aut utiles fueritis :et magis in seditiõe:cõcitãdisq; militibus aduersariorum nostrorum imperatoris:q̃ pudoris modestięq; fueritis studiosiores:ĩdignos uos esse arbitror:q ĩ meo exercitu ordines ducatis.missosq; facio:et quãtũ potestis abesse ex africa iubeo.Itaq; tradidit eos centurionibus:et singulis nõ amplius ĩ singulos additis seruis:ĩ naui ĩponẽdos separatĩ curauit : Gætuli interim pfugæ:quos cũ litteris mãdatisq; a Cęsare missos supra docuimus:ad suos ciues perueniũt.quorum auctoritate facile adducti:Cæsarisq; noĩe psuasi:a rege Iuba desciscunt.celeriterq; cuncti arma capiunt.contraq; regẽ facere non dubitant. Quibus rebus cognitis Iuba distẽtus triplici bello:necessitateq; coactus : de suis copiis:quas cõtra Cæsarẽ adduxerat:sex cohortes ĩ fines regni sui mittit:quæ essẽt præsidio cõtra gætulos.Cæsar brachiis pfectis pmotisq; usq; eo:ut telũ ex oppido abiici nõ posset:castra munit. balistis scorpionibusq; crebris ãte frontem castrorum:cõtraq; oppidũ collocatis defensores muri deterrere nõ intermittit.Eoq; quinq; legiones ex supioribus castris deducit. Qua facultate oblata:illustriores notissimiq; conspectũ amicorum ppinquorũq; efflagitabãt:atq; ĩter se colloquebãt.quæ res qd utilitatis haberet Cęsarẽ nõ fallebat.Nãq; gætuli ex eqtatu regio nobiliores:equitũq; præfecti: quorum patres cũ Mario ante mãserãt:eiusq; beneficio agris finibusq; donati post Syllæ uictoriã:sub Hyempsalis regis erãt dati potestate:occasiõe data nocte iã luminibus accẽsis:cũ equis calonibusq; suis circiter mille pfugiũt in Cæsaris castra:quæ erãt ĩ cãpo pxime uzitæ locata.Quod postq̃ Scipio et q cum eo erãt cognouerunt:cum cõmoti ex tali incõmodo essent: fere p id tẽpus.M.Aquiniũ cũ.C.Saserna colloquẽtẽ uiderunt.Scipio mittit ad Aqniũ nil attinere eũ cũ aduersariis colloqui.Cũ aũt nihilomin9 eius sermonẽ nuncius ad se referret:diceretq; ut reliqua:quæ uellet:pageret:uiator postea ab Iuba ad eum est missus:qui diceret audiente Saserna:uetat te rex colloqui.Quo nuntio perterritus discessit. et dicto audiens fuit regi. Vsu uenisse hoc ciui romano miror:et eum qui a populo romano honores accepisset:incolumi patria fortunisq; omnibus :Iubæ barbaro potius obediẽtem fuisse:q̃ aut Scipionis obtemperasse nuntio:aut Cæsaris:eiusdem partis ciuibus incolumem reuerti malle:Atq; etiam superioribus Iubæ factum non in.M.Aquinium hominem nouum paruumq; senatorem:sed in Scipionem hominem illa familia:dignitate: honoribusq; præstantem. Nam cum Scipio sagulo purpureo ante regis aduentum uti solitus esset : dicitur

Iuba cũ eo egisse non oportere illum eodẽ uti uestitu:atq; ipse uteret̃. Itaq; factũ est ilico ut Scipio ad aliũ sese uestitũ trãsferret:et Iubę homini supbis/simo ĩertissimoq; obtẽperaret. Postero die uniuersas oĩum copias de castris oĩbus deducũt.et sup aliũ quẽdã excelsum natura locũ nõ lõge a Cæsaris castris aciẽ cõstituũt:atq; ibi cõsistũt. Cęsar item pducit copias.celeriterq; his instructis ãte suas munitiões:quæ erãt ĩ cãpo/cõstituit. Sine dubio exi/stimãs ultro aduersarios:cum tã magnis copiis auxiliisq; regis essent præ/diti:promptiusq; psiluissẽt:ãte se cõcursuros:ppiusq; se accessuros:et equo circũuectus legionesq; cohortatus:signo dato accessum hostiũ aucupabat̃. Ipse.n.a suis munitionibꝰ lõgius nõ sine rõne pcedebat:ꝙ ĩ oppido uzitę: qđ Scipio tenebat:hostiũ erãt cohortes armatę. Eidẽ aũt oppido ad dextrꝝ latus eius cornu erat oppositũ. Verebaturq; ne si prætergressus esset ex op/pido eruptione facta ab latere eũ adorti cõciderẽt. Pręterea hęc quoq; eum causa tardauit:ꝙ erat locus qdã pimpeditus ãte aciem Scipionis: quẽ suis impedimento ad ultro occurrẽdũ fore existimabat. Non arbitror esse pter/mittendum quẽadmodũ exercitus utriusq; fuerũt in aciẽ instructi. Scipio hoc modo aciem direxit.collocabat in fronte suas et Iubæ legiões: postea aũt numidas in subsidiaria acie ita extenuatos:et in longitudinẽ directos: ut pcul simplex esse acies a legionariis militibus uideret̃. In cornibus autẽ duplex esse existimabatur.elephantos dextro sinistroq; cornu collocauerat. æqualibꝰ ĩter eos ĩteruallis interiectis. Post aũt elephãtos armaturas leues: numidasq; substituerat auxiliares. Equitatũ frenatũ uniuersum ĩ suo dex/tro cornu disposuerat. Sinistrꝝ enĩ cornu oppido uzita claudebat̃. Neq; erat spatiũ equitatus explicãdi. Postea numidas leuisq; armaturę infinitã mul/titudinẽ ad dextrã partẽ suæ aciei opposuerat:fere ĩteriecto nõ minus mil/le passuũ spatio:et ad collis radices magis appulerat:longiusq; ab aduersa/riorũ suisq; copiis pmouebat. Id hoc cõsilio/ut cũ acies duæ inter se cõcur/rissent:initio certaminis paulo longius eius eqtatus circũuectus:ex impro/uiso clauderet multitudine sua exercitũ Cęsaris:atq; pturbatũ iaculis cõ/figeret. Hæc fuit ratio Scipiõis ea die præliãdi. Cæsaris autẽ acies hoc mo/do fuit collocata:ut ab sinistro eius cornu ordiar:et ad dextrũ eius pueniã. habuit ĩ sinistro cornu legionẽ nonã et octauã. In dextro cornu trigesimã et uigesimãoctauã:quartãdecimã:decimãtertiã: tricesimãtertiã et uicesi/mãsextã in media acie. Ipsũ aũt dextrũ cornu secundã aciem fere ĩ earũ le/gionum parte cohortiũ collocauerat. Præterea ex tyronũ legionibꝰ paucas adiecerat. Tertiã aũt aciem ĩ sinistrum suũ cornu cõtulerat:et usq; ad aciei suæ mediã legionẽ portexerat:et ita collocauerat uti suũ dextrũ latus mu/nitionibus adiuuaret̃. Sinistrũ autẽ equitatus hostiũ multitudini resistere posset.eodẽq; suum oẽm contulerat eqtatũ.et ꝙ ei parum cõfidebat/præsi/dio his eqtibus legionẽ quintã præmiserat:leuemq; armaturã inter equites interposuerat. Sagittarios uarie passimq; locis certis maximeq; in cornibꝰ collocauerat. Sic utrorũq; exercitus instructi:nõ plus passuũ trecẽtoꝝ ĩter/

iecto spatio:quod forte ante id tempus acciderat nunq̄:quin dimicaretur:a
mane usq; ad horam decimã diei ꝑstiterunt.Iamq; Cæsar dum exercitum
recludere intra munitiones suas cœpisset:subito uniuersus eqtatus ulterior
numidarum gætulorũq; sine frenis ad dexteram partẽ se mouere: ꝓpiusq;
Cæsaris castra:quæ erant in colle:se conferre cœpit.Frenati autem Labieni
eqtes in loco ꝑmanere:legiõesq; distinere.Cum subito pars eqtatus Cæsa-
ris cũ leui armatura cõtra gætulos iniussu ac temere longius progressi:pa-
ludemq; trãsgressi:multitudinẽ hostiũ sustinere pauci nõ potuerũt. Leuiq;
armatura deserti/ac pulsi/cõuulneratiq;:uno eqte amisso:multis eqs sautiis/
leuis armaturæ uiginti sex occisis ad suos refugerũt.Quo secũdo equestri
prœlio facto:Scipio lætus ĩ castra nocte copias reduxit. Quod ꝓpriũ gau-
diũ bellãtibus fortuna tribuere nõ decreuit.Nãq; postero die Cæsar cũ par-
te equitatus sui leptim frumẽti gratia misit.In itinere prædatores eqtes nu-
midas:gætulosq; ex ĩprouiso adorti circiter centũ partim occiderũt:partim
uiuoꝝ potiti sunt.Cæsar interĩ quottidie legiones in campũ deducere: atq;
opus facere:uallũq; et fossã ꝑ mediũ campũ ducere: aduersariorũq; excur-
sionibus iter efficere nõ intermittit.Scipio itẽ munitiones cõtra facere:et iu-
go:ne a Cęsare excluderet̃/adproperare.Ita duces utriq; et in operibꝰ occu-
pati erãt:et nihilominus equestribus prœliis inter se quottidie dimicabant.
Interim Varus classẽ:quã antea uticę hyemãdi gratia subduxerat:cognito
legiõis septimæ et octauæ ex sicilia aduentu:celeriter deducit.ibiq; gætulis
remigibus epibatisq; cõplet.insidiãdiq; gratia ab utica ꝓgressus adrumẽtũ
cũ qnquagintaqnq; nauibus ꝑuenit.Cuius aduẽtus inscius Cæsar.L.Cris-
piũ cũ classe.xxvii.nauiũ ad thapsum uersus:ĩ stationẽ præsidii gratia cõ-
meatusq; sui mittit.Itẽq;.Q.Aqlam cũ tredecim nauibꝰ longis adrumẽtũ
eadẽ de causa præmittit.Crispius quo erat missus celeriter ꝑuenit.Aqla tẽ-
pestate iactatus:cũ classe ꝓpius ꝓmontoriũ supare nõ potuit. Atq; angulũ
quẽdã tutũ a tẽpestate nactus:cũ classe se longius a ꝓspectu remouit.Reli-
qua classis in salo ad leptim egressis remigibus:passimq; in littore uagãti-
bus:partĩ in oppidũ uictus sui mercãdi gratia ꝓgressis uacua a defensoribꝰ
stabat.Quibus rebꝰ Varus ex ꝑfugis cognitis:occasionẽ nactus:uigilia se-
cũda adrumẽto ex cothõe egressus:prio mane leptĩ cũ uniuersa classe uec-
tus:naues onerarias:quæ longius a portu in salo stabãt:incendit:et penti-
remes duas:quæ lõgius erãt/uacuas a defensoribꝰ:nullo repugnãte cœpit.
Cæsar interĩ celeriter ꝑ nũtios ĩ castris cũ opera circuiret:certior factus:quę
aberãt a portu milia passuũ.vi.equo admisso/omissis oĩbus rebꝰ/celeriter ꝑ-
uenit leptĩ.ibiq; moratus ut se naues cõsequerẽt:primũ ipse nauigiolũ par-
uũ cõscẽdit.in cursu Aquilã multitudine nauigioꝝ ꝑterritũ atq; trepidãtẽ
nactus:hostiũ classẽ seq cœpit.Interim Varus celeritate Cæsaris :audaciaq;
motus cũ uniuersa classe cõuersis nauibꝰ adrumẽtũ uersus fugere cõtẽdit:
quẽ Cæsar in milibus passuũ quattuor cõsequutus: recupata qnqremi cũ
oĩbus suis epibatis:atq; etiã hostiũ custodibus.cxxx.in ea naue captis:tri-

remē hostium ꝓximā:quæ in repugnādo erat cōmorata:honustā remigū: epibatarūq; cœpit. Reliquę naues hostiū ꝓmōtoriū ſuparūt:atq; adrumē/tū in cothonē ſe uniuerſæ cōtulerūt. Cæſar eodē uento ꝓmontoriū ſupare nō potuit:atq; in ſalo ī anchoris ea nocte cōmoratus prima luce adrumētū accedit.ibiq; nauibus onerariis:quę erāt extra cothonē:incēſis/oībuſq; re/liqs aliis aut ſubductis:aut in cothonē cōpulſis:paulisp cōmoratus:ſi forte uellēt claſſe dimicare:rurſus ſe recepit ī caſtra. In ea naue capt9 ē.P.Veſtri9 eques romanus:et.P.Ligarius Afranius:quē Cæſar in hiſpania cū reliquiſ dimiſerat:et poſtea ſe ad Pompeiū cōtulerat:inde ex prælio effugerat ī afri/cā:et ad Varū uenerat. Quē ob piurii pfidiā Cæſar iuſſit necari. P. Veſtrio aūt/q; eius frater romæ pecuniā impatā nūerauerat:et ꝙ ipſe ſuā cauſā Cæ/ſari ꝓbauerat/ſe Naſidii claſſe captū cū ad necē duceret̄:beneficio Vari eſſe ſeruatū:poſtea facultatē ſibi nullā datā trāſeundi/ignouit. Eſt in africa cō/ſuetudo incolaꝝ:ut in agris in oībus fere uillis ſub terra ſpecus cōdēdi fru/mēti gratia clā habeant.atq; id ꝓpter bella maxīe hoſtiūq; ſubitū aduentū ꝑparēt. Qua de re Cæſar certior p īdicē factus:tertia uigilia legiōes duas cū eqtatu mittit a caſtris ſuis milia paſſuū decē:atq; īde magno nūero fru/mēti honuſtos recepit ī caſtra. Quibꝰ rebus cognitis Labienus: ꝓgreſſus a ſuis caſtris milia paſſuū.vii.p iugū et collē:p quē Cæſar pridie iter fecerat: ibi caſtra duaꝝ legionū facit.atq; ipſe quotidie exiſtimās Cęſarē eodē ſępe frumētādi gratia cōmeaturū:cū magno eqtatu leuiq; armatura īſidiaturus locis idoneis conſedit. Cæſar interī de īſidiis Labieni ex pfugis certior fac/tus:paucos dies ibi cōmoratus:dū hoſtes quotidiano inſtituto: ſæpe idē faciēdo ī negligētiā adduceret̄:ſubito mane īperat porta decumana legio/nes ſe octo ueteranas cū parte eqtatus ſeq.atq; eqtibus præmiſſis:neq; opi/nātes inſidiatores ſubito in cōuallibus latentes:leui armatura cōcidit circi/ter.d.reliquos ī fugā turpiſſimā cōiecit. Interim Labienus cū uniuerſo eq/tatu fugientibꝰ ſuis ſuppetias occurrit. Cuius uim multitudinēq; cū eqtes pauci cæſariani ſuſtinere nō poſſēt:Cæſar inſtructas legiones hoſtiū copiis oſtēdit. Quo facto pterrito Labieno:ac retardato:ſuos eqtes recepit īcolu/meſ. Poſtero die Iuba numidas eos:q loco amiſſo fuga ſe receperāt ī caſtra: in cruce oēs ſuffixit. Cæſar interī quoniā frumēti inopia premebat̄: copias oēs ī caſtra cōcludit.atq; pſidio leptæ:ruſpinæ:acillę relicto: Criſpo Aqleq; claſſe tradita:ut alter adrumētū:alter tapſū mari obſideret:ipſe caſtris īcen/ſis quarta noctis uigilia acie īſtructa/īpedimētis in ſiniſtra parte collocatis ex eo loco ꝓficiſcit̄:et pueīt ad oppidū agar:quod a gætulis ſæpe ātea op/pugnatū:ſūmaq; ui p ipſos oppidanos erat defenſū.ibi in cāpo caſtris unis poſitis:ipſe frumētatū circū uillas cū parte eqtat9 pfectus:magno numero hordei:olei:uini:fici:numero pauco tritici:atq; recreato exercitu rediit ī ca/ſtra. Scipio interī cognito Cæſaris diſceſſu:cū uniuerſis copiis p iugū Cæ/ſarē ſubſeq cœpit.atq; ab eius caſtris milia paſſuū.vi.lōge trinis caſtris diſ/ꝑtitis copiis cōſedit.oppidū erat zetta:qđ aberat a Scipiōe milia paſſuū.x.

ad eius regionē et partē castroꝝ collocatū.a Cæsare aūt diuersū ac remotū: quod erat ab eo lōge mil.passuū.xviii.Huc Scipio legiōes duas frumētādi gratia misit.Quod postq̄ Cæsar ex pfugis cognouit:castris ex cāpo ī collē ac tutiora loca collocatis:atq; ibi p̄sidio relicto:ipse quarta uigilia egressus præter hostiū castra pficiscit̄ cū copiis:et oppido potit̄.Legiones Scipiōis compit lōgius ī agris frumētari.et cū eo cōtēdere conaret̄: aīaduertit copias hostiū iis legiōibꝫ occurrere suppetias.quę res eius īpetū retardauit. Itaq; capto.C.Biotio Regino eqte ro.Scipiōis familiarissimo: q ei oppido præerat:et.P.Atrio eqte romāo de cōuētu uticēsi:et camelis.xxii:regis adductis:p̄sidio ibi cū oppido legato relicto:ipse se recipe cœpit ad castra. Cū iā nō lōge a castris Scipiōis abesset:quæ eū necesse erat prætergredi:Labienus Afraniusq; cū oī eqtatu leuiq; armatura ex insidiis adorti:agmini eius extremo se offerūt.atq; ex collibꝫ primis existūt.Quod postq̄ Cæsar aīaduertit eqtibꝫ suis hostiū ui oppositis:sarcias legionarios ī aceruū iubet cōportare:atq; celeriter signa hostibꝫ īferre.qđ postq̄ cœptū ē fieri:prīo īpetu legiōis eqtatus:et leuis armatura hostiū:nullo negocio loco pulsa et deiecta ē de colle.Cū iā Cæsar existimasset hostes pulsos:deterritosq; finē lacessendi facturos:et iter cœptū pgere cœpisset:iteꝝ celeriter ex pximis collib9 erūpūt/atq; eadē rōne:qua ante dixi:in Cæsaris legionarios impetū faciūt numidæ leuis armaturæ mirabili uelocitate pmpti:q īter eqtes pugnabāt: et una pariterq; cū eqtibꝫ accurrere:et refugere cōsueuerant. Cū hoc sæpius facerēt:et iulianos pficiscētes īsequerēt̄:et refugerēt:stātes ppius nō accederēt:et singulari genere pugnæ uterent̄:eosq; iaculis cōuulnerare satis esse crederēt.Cęsar ītellexit nihil aliud illos conari:nisi ut se cogerēt castra ī eo loco ponere:ubi oīno aquæ nihil esset:ut exercit9 ei9 ieiun9:q a quarta uigilia usq; ad horā decimā diei nihil gustasset:ac iumēta siti pirēt. Cū iā ad solis occasū esset:et nō totos cētū passus ī horis quattuor esset pgressus:eqtatu suo pp equoꝝ īteritū extremo agmīe remoto:legiōes inuicē ad extremū agmen euocabat.ita uim hostiū placide leniterq; pcedens p legionariū militē cōmodius sustinebat.Interī eqtū numidaꝝ copiæ dextra sinistraq; p colles currere:coronęq; ī modū cinger̄ multitudīe sua Cæsaris copias.pars agmen extremū seq.Cæsariani īterī nō āplius tres aut quattuor milites ueterani cū se cōuertissēt:et pila uiribꝫ cōtorta ī numidas īfestos cōgessissent: amplius duoꝝ miliū ad unū terga uertebāt.ac rursus ad aciē passim cōuersis eqs se colligebāt.atq; ī spatio cōsequebāt̄:et iacula ī legionarios cōiiciebāt.Ita Cæsar modo pcedēdo:mō resistēdo:tardius itinere cōfecto noctis hora prīa oēs suos ad unū ī castris īcolumes sauciis.x.factis reduxit.Labienus circiter.ccc.amissis:multis uulneratis:ac defessis īstando oībus ad suos se recepit.Scipio interī legiones pductas cū elephātibus:quos ante castra ī acie terroris gratia ī cōspectu Cæsaris collocauerat:reducit in castra.Cæsar cōtra eiusmodi hostiū genera:copias suas nō ut īperator exercitū ueteranū uictoreq; maximis gestis:sed ut lanista tyrones gladiatoresq; cōdoceface/

re:quo pede se reciperent ab hoste:et queadmodũ obuersi aduersarios:et in quãtulo spatio resisterẽt:modo ꝓcurrerent:mõ recederẽt:cõminarẽturq; ĩpetũ:ac prope e quo loco et quemadmodũ tela mitterent præcipit:mirifice aũt hostiũ leuis armatura ãxiũ exercitũ nostrũ atq; sollicitũ habebat:qa et eqtes deterrebat prælиũ inire ꝓpter equoꝝ interitũ:ꝙ eos iaculis interficiebãt:et legionariũ militẽ defatigabãt ꝓpter uelocitatẽ. Grauis enim armaturæ miles simulatq; ab his insectatus cõstiterat:in eosq; ĩpetum fecerat:illi ueloci cursu facile periculũ uitabãt. Quibus ex rebus Cęsar uehemẽter cõmotus:qa quodcũq; prælium quotiens erat cõmissum:eqtatu suo sine legionario milite hostiũ eqtatui leuiq; armaturæ eoꝝ nullo mõ par esse poterat. Sollicitabatur aũt his rebus:ꝙ nõdum hostiũ legiões cognouerat:et quonãmodo sustinere posset ab eoꝝ eqtatu leuiq; armatura:quæ erat mirifica:si legiones quoq; accessissent. Accedebat etiã hæc causa:ꝙ elephantoꝝ magnitudo:multitudoq; militũ aĩos detinebat ĩ terrore. Cui uni rei tũ inuenerat remediũ. Nãq; elephãtos in italiam trãsportari iusserat:quos miles nosset:speciẽq; et uirtutẽ bestię cognosceret.et cui parti corporis eius telum facile adigi posset.oneratusq; ac loricat⁹ elephas cũ esset:quæ pars eius corporis nuda sine tegmine relinqueret̃:ut eo tela cõiicerẽt. Præterea ut iumẽta bestiarũ odorẽ:stridorẽ:speciẽ:cõsuetudine captarũ nõ reformidarẽt.q̃bus ex rebus largiter erat cõsequutus. Nã et milites bestias manibus pertractabãt:earũq; tarditatẽ cognoscebãt.eqtesq; ĩ eos pila præpilata cõiiciebãt.atq; ĩ cõsuetudinẽ equos ipsaꝝ bestiaꝝ adduxerãt. Ob has causas:quas supra cõmemoraui:sollicitabat̃ Cæsar:tardiorq; et cõsideratior erat fact⁹. et ex pristina bellandi cõsuetudine:celeritateq; excesserat. Nec mirũ:copias .n. habebat ĩ gallia bellare cõsuetas locis cãpestrib⁹:atq; cõtra gallos hoĩes aptos:minime insidiosos:qui ꝑ uirtutẽ nõ ꝑ dolũ dimicare cõsueuerũt. Tũ aũt erat ei laborãdũ:ut cõsuefaceret milites hostiũ dolos:insidias:artificia cognoscerẽt:qd seq:qd uitare cõueniret. Itaq; quo hæc celeri⁹ cõciperet:dabat operã ut legiones nõ in uno loco cõtineret:sed ꝑ causã frumẽtãdi huc illuc raptaret. Ideo ꝙ hostiũ copias ab se suoq; uestigio nõ discessuras existimabat. Atq; post diem tertiũ ꝓductas accuratius suas copias sicut ĩstruxerat:hostiũ castra p̃tergressus æquo loco inuitat ad dimicãdũ. Postq̃ eos abhorrere uidet:reducit sub uesperũ legiões ĩ castra. Legati interĩ ex oppido uacca:quod finitimũ fuit zettæ:cuius Cæsarẽ potitum esse demõstrauimus:ueniũt.petũt et obsecrãt:ut sibi prẹsidiũ mittat.se res cõplures:quę utiles bello sunt:administraturos. Per id tempus de eorum uoluntate studioq; erga Cæsarẽ trãsfuga suos ciues facit certiores:Iubã regẽ celeriter cũ copiis suis anteq̃ Cæsaris præsidiũ eo perueniret:ad oppidũ cucurrisse.atq; aduenientе multitudine circũdata eo potitũ.oĩbusq; eius oppidi incolis ad unũ interfectis:dedisse oppidũ diripiẽdũ:delẽdũq; militib⁹. Cæsar iterim lustrato exercitu ad.xii.kal.aprilis.postero die ꝓductis uniuersis copiis:ꝓcessus a suis castris milia passuũ.v.a Scipione circiter duũ milium interiecto

ſpatio in acie cõſtitit. Poſtq̃ ſatis diuq; aduerſarios a ſe ad dimicãdũ inuitatos: ſupſedere pugnę aĩaduertit: reducit copias. poſtero die caſtra mouet. atq; iter ad oppidũ ſarſurã: ubi Scipio numidarũ habuerat pręſidiũ: frumẽtumq; cõportauerat: ire cõtendit. Quod ubi Labienus aĩaduertit: cũ equitatu leuiq; armatura agmen ei9 extremũ carpere cœpit. Atq; ita lixarũ mercatorũq;: q plauſtris merces portabãt: interceptis ſarcinis: addito aĩo ꝓpius audaciuſq; accedit ad legiones: q; exiſtimabat milites ſub onere ac ſub ſarcinis defatigatos pugnare nõ poſſe. quæ res Cæſarẽ nõ fefellerat. Nãq; expeditos ex ſingulis legionibus tricenos milites eſſe iuſſerat. Itaq; eos ĩ eqtatũ Labieni ĩmiſſos: turmis ſuorũ ſuppetias mittit. Tũ Labienus cõuerſis eqs: ſignorũ cõſpectu ꝑterritus turpiſſime cõtẽdit fugere: multis ei9 occiſis: cõpluribus uulneratis. Milites legionarii ad ſua ſe recipiũt ſigna. atq; iter ĩceptũ ire cœperũt. Labienus ꝑ iugũ ſũmũ collis dextrorſus ꝓcul ſubſeq nõ deſtitit. Poſtq̃ Cęſar ad oppidũ ſarſurã uenit: inſpectãtibus aduerſariis: interfecto præſidio Scipionis: cũ ſuis auxiliũ ferre nõ auderent: fortiter repugnãte. P. Cornelio Scipiõe euocato: q ibi præerat: atq; a multitudine circũuento: ĩterfectoq; oppido potit᷑. atq; ibi frumẽto exercitui dato: poſtero die ad oppidũ tiſdrã ꝑuenit. in quo Cõſidius ꝑ id tẽpus fuerat cũ grãdi præſidio: cohorteq; ſua gladiatorũ. Cęſar oppidi natura ꝓſpecta: atq; ĩopia ab oppugnatiõe eius deterritus: ꝓtinus ꝓfectus circiter milia paſſuũ quattuor ad aquam fecit caſtra. atq; inde quarta uigilia egreſſus: redit rurſus ad ea caſtra quarto die: quę ad agar habuerat. Idẽ facit Scipio: atq; ĩ ãtiqua caſtra copias reducit. Thabenẽſes ĩteri q ſub ditiõe et ꝑtãte Iubæ eẽ cõſueſſẽt: ĩ extrema eius regni regiõe maritima locati: ĩterfecto regio præſidio legatos ad Cæſarẽ mittũt. Rẽ male geſtã docẽt. petũt orãtq;: ut ſuis fortũis præſto (q; benemeriti eſſẽt) auxiliũ ferret. Cęſar eorũ cõſilio probato. M. Criſpũ tribunũ cũ cohorte et ſagittariis: tormẽtiſq; q̃pluribꝰ præſidio thabenã mittit. Eodẽ tẽpore ex legionibꝰ oĩbus milites: q aut morbo ĩpediti: aut cõmeatu dato: cũ ſignis nõ potuerãt ãte trãſire ĩ africam: ad milia quattuor: eqtes. cccc. fũditores ſagittariiq;. cc. uno cõmeatu Cęſari occurrerũt. Itaq; cũ his copiis et oĩbus legiõibus eductis: ſicut erat ĩſtructus. viii. milibus paſſuũ a ſuis caſtris: ab Scipiõis uero quattuor milibus paſſuũ longe cõſtitit in cãpo. Erat oppidũ ĩfra caſtra Scipiõis noĩe tegea: ubi p̃ſidiũ equeſtre circiter. cccc. hr̃e cõſuerat. Eo eqtatu dextra ſiniſtraq; directo ab oppidi lateribꝰ: ip̃e legiõibꝰ ex caſtris eductis: atq; iugo ĩferiore ĩſtructis: ñ lõgi9 fere mille paſſ9 ab ſuis munitionibꝰ ꝓgreſſus in acie conſtitit. Poſtq̃ diutius ĩ uno loco Scipio cõmorabat᷑: et tẽpus diei in ocio cõſumebat᷑: Cæſar eqtũ turmas ſuorũ iubet in hoſtiũ eqtatũ: q ad oppidũ ĩ ſtatione erat: facere impreſſionẽ. Leueq; armaturã: ſagittarios: fũditoreſq; eodẽ ſũmittit. Quod ubi cœptum ẽ fieri: et eqs cõcitatis Iuliani ĩperũ feciſſent: Placidius ſuos eqtes exporrigere cœpit in lõgitudinẽ: ut haberẽt facultatẽ turmis Iulianis circũfundi: et nihilominus fortiſſime acerrimeq; pugnare. Qđ ubi Cæſar aĩaduertit: trecẽtos quos

ex legionibus habere expeditos cõsuerat:ex ꝓxima legiõe:quæ ei pręsidio in acie cõstiterat:iubet eqtatui succurrere. Labienus interi suis eqtibꝰ auxilia equestria mittere:sauciisq; ac defatigatis ĩtegros: recẽtioribusq; uiribus eqtes subministrare. Postq̃ eqtes iuliani. cccc. uim hostiũ ad quattuor milia numero sustinere non poterãt:et a leui armatura numidaꝝ uulnerabãt: minutatimq; cædebãt: Cæsar alterã alã mittit:q satagẽtibꝰ celeriter occurrerẽt. Quo facto sui sublati uniuersi ĩ hostes impressiõe facta ĩ fugã aduersarios dederũt. multis occisis cõpluribus uulneratis:ĩsecuti ꝑ tria milia passuum:usq; in colles hostibus adactis:se ad suos recipiunt. Cęsar in horam .x. commoratus sicut erat ĩstructus:se ad sua castra recepit omnibus ĩcolumibus. In quo prælio Placidius grauiter pilo per cassidẽ caput ictus: conpluresq; duces:ac fortissimi qq; ĩterfecti uulneratiq; sũt. Postq̃ nulla cõditiõe cogere aduersarios poterat:ut in æquũ locũ descẽderẽt:legionũq; periculũ facerẽt:neq; ipse ꝓpius hostem castra ponere ꝓpter aquæ penuriã se posse aĩaduerteret:aduersarios nõ eoꝝ uirtute cõfidere:sed aquaꝝ ĩopia fretos:despicere se intellexit:pridie nonas aprilis tertia uigilia egressus ab agar .xvi. milia passuũ nocte progressus ad thapsum:ubi Virgiliꝰ cũ grãdi præsidio præerat:castra ponit. oppidũq; eo die circũmunire cœpit:locaq; idonea opportunaq; cõplura præsidiis occupare:ne hostes intrare ad se ac loca interiora capere possẽt. Scipio interi cognitis Cæsaris cõsiliis ad necessitatẽ adductus dimicãdi:ne ꝑ suum dedecus fidissimos suis rebus thapsianos:et Virgilium amitteret:confestim Cæsarem per superiora loca consequutus milia passuũ octo a thapso binis castris cõsedit. Erat stagnũ salinaꝝ:ĩter qđ et mare ãgustiæ quædã nõ amplius mille et qngẽtos passus ĩtererant:quas Scipio ĩtrare et thapsianis auxiliũ ferre conabãt. quod futurũ Cæsarẽ non fefellerat. Nãq; pridie in eo loco castello mũito:ibiq; trino præsidio relicto: ipse cũ reliqs copiis lunatis castris thapsũ opibus circũmuniuit. Scipio interim exclusus ab incepto itinere:supra stagnũ postero die et nocte confecta:cœlo albescente non longe a castris ꝑ̃sidioq;:qđ supra cõmemorauimꝰ, mille qngẽtos passus ad mar̃ uersus cõtẽdit:et castra munire cœpit. Quod postq̃ Cęsari nũciatũ ẽ milite ab opere deducto, castris præsidio Asprenate ꝓcõsule cũ legiõibꝰ duabus relicto:ipse cũ expedita copia ĩ eũ locũ citatĩ cõtẽdit. classisq; parte ad thapsũ relicta:reliquas naues iubet post hostium tergũ q̃maxĩe ad littus appelli:signũq; suũ obseruare. quo signo dato: subito clamore facto:ex ĩprouiso hostibꝰ auersis ĩcurerent terrorẽ:ut ꝑturbati ac ꝑterriti:respicere post terga cogerẽt. Quo postq̃ Cęsar uenit et aĩaduertit aciem ꝓ uallo Scipionis:cõtra elephãtos dextro sinistroq; cornu collocatã:et nihilominus partẽ militũ castra nõ ignauiter munire:ipse acie triplici ter collocata:legione decia secũdaq; dextro cornu:octaua et nona sinistro oppositis:qnq; legionibꝰ:ĩ quarta acie ad ipsa cornua:qnis cohortibꝰ cõtra bestias collocatis,sagittariis:funditoribꝰ in utrisq; cornibꝰ dispositis:leuiq; armatura ĩter eqtes ĩteriecta:ipse pedibꝰ circũ milites cõcursans: uirtutesq;

ũeteranoꝝ prælia〈q〉 supiora cõmemorãs: blãde〈q〉 appellãs aĩos eoꝝ cõcita/bat. Tyrões aũt q nũq̃ ĩ acie dimicassent: hortabat᷑ ut ueteranoꝝ uirtutem æmularẽt᷑: eoꝝ〈q〉 famã nomen locũ〈q〉 uictoria parta cuperẽt possidere. Ita〈q〉 circũeũdo exercitũ aĩaduertit hostes circa uallũ trepidare: at〈q〉 ultro citro〈q〉 pauidos cõcursare. et modo se ĩter portas recipe: mõ incõstãter ĩmoderate〈q〉 ꝓdire. Cũ〈q〉 idẽ a pluribꝰ aĩaduerti cœptũ eẽt: subito legati euocati〈q〉 obse/crare Cæsarẽ ne dubitaret signũ dare. Victoriã sibi ꝓpriã a diis ĩmortalibus portẽdi. Dubitãte Cęsare: at〈q〉 eoꝝ studio cupiditati〈q〉 resistẽte: sibi〈q〉 erup/tiõe pugnari nõ placere clamitãte: et ẽt at〈q〉 ẽt aciẽ sustẽtãte: subito dextro cornu iniussu Cęsaris tubicen a militibꝰ coactꝰ canere cœpit. Quo facto ab uniuersis cohortibꝰ signa ĩ hostẽ cœpere ĩferri. Cũ cẽturiões pectore aduer/so resisterẽt: ui〈q〉 cõtinerẽt milites ne iniussu ĩpatoris cõcurrerẽt nec q̃c̃q̃ ꝓ/ficerẽt. Quod postq̃ Cæsar ĩtellexit ĩcitatis militũ aĩs resisti nullo mõ pos/se: signo felicitatis dato: equo admisso ĩ hostẽ cõtra principes ire cõtẽdit. A dextro ĩteri cornu fũditores sagittarii〈q〉 cõcita tela in elephantos frequẽtes iniiciũt. quo facto bestiæ stridore fundarũ/saxoꝝ/plũbi〈q〉 ꝑterritæ: sese cõ/uertere: et suos post se frequẽtes stipatos〈q〉 ꝓterere: et ĩ portas ualli semifrac/tas ruere cõtẽdũt. Item mauri eq̃tes: q ĩ eodẽ cornu elephãtis erãt præsidio deserti principes〈q〉 fugiũt: Ita celeriter bestiis circuitis: legiões uallo hostiũ sũt potitæ. et paucis acriter repugnãtibꝰ interfectis: reliqui cõcitati ĩ castra: unde pridie erãt egressi: cõfugiũt. Nõ uidet᷑ esse prætermittendũ de uirtute militis ueterani q̃ntæ legiõis. nã cũ in sinistro cornu elephas uulnere ictus: et dolore cõcitatus: ĩ lixã inermẽ ĩpetũ fecisset: eũ〈q〉 sub pede subditũ: deĩde genu ĩnixus: põdere suo: ꝓboscide erecta uibrãti〈q〉 stridore maxĩo preme/ret: at〈q〉 enecaret: miles hoc nõ potuit pati: q̃n se armatũ bestiæ offerret. quẽ postq̃ elephas ad se telo ĩfesto uenire aĩaduertit: relicto cadauere militẽ ꝓ/boscide circũdat. at〈q〉 ĩ sublime extollit armatũ. Qui ĩ eiusmodi ꝑiculo cũ cõstãter agẽdũ sibi uideret: gladio ꝓboscidẽ: quo erat circũdatꝰ: cedere q̃tũ uiribꝰ poterat nõ destitit. quo dolore adductus elephas milite abiecto ma/xĩo cũ stridore: cursu〈q〉 cõuersus: ad reliquas bestias se recepit. Interĩ thap/so: q erãt ꝑ̃sidio: ex oppido eruptionẽ porta maritima faciũt. et siue ut suis subsidio succurrerẽt: siue ut oppido d̃serto fuga salutẽ sibi ꝑerẽt/egrediũt᷑. At〈q〉 ita ꝑ mare ũbilici fine ĩgressi: terrã petebãt. Qui a seruitiis pueris〈q〉: q ĩ castris erãt: lapidibꝰ pilis〈q〉 ꝓhibiti terrã attigere: rursus se ĩ oppidũ recepe/rũt. Interĩ Scipiõis copiis ꝓstratis: passim〈q〉 toto cãpo fugiẽtibꝰ: cõfestĩ Cę/saris legiões cõseq: spatiũ〈q〉 nõ dare colligẽdi. q postq̃ ad ea castra: q̃ pete/bãt: ꝑfugerũt: ut refectis castris rursꝰ sese defẽderẽt: ducẽ aliq̃ẽ req̃rũt: quẽ respicerẽt. Cuius auctoritate ĩpio〈q〉 rẽ gererẽt. q postq̃ aduerterunt nemĩnẽ ibi eẽ ꝑ̃sidio: ꝓtinꝰ armis abiectis ĩ regia castra fugere cõtẽdũt. Quo postq̃ peruenerũt: ea quo〈q〉 ab iulianis teneri uident. Desꝑata salute in quodã col/le cõsistũt: at〈q〉 armis dimissis salutationem more militari faciunt. quibus

miseris ea res paruo p̄sidio fuit.nāq; milites ueterani ira et dolore īcensi:nō mō ut pcerēt hosti:poterāt adduci:sed etiā ex suo exercitu:illustres urbāos quos actores appellāt: cōplures aut uulnerarūt:aut īterfecerūt. In quo nu/mero fuit Tullius Ruffus q̄storius:q pilo traiectus cōsulto a milite īteriit. Itē Pōpeius Ruffus brachiū gladio pcussus nisi celeriter ad Cæsarē accur/risset:īterfectus esset. Quo facto cōplures eqtes romani senatoresq; pterriti ex prælio se receperūt:ne militibꝰ:q ex tāta uictoria licētiā sibi assūpsissent: īmoderate peccādi īpunitate:ꝓpter maxīas res gestas:ab ipsis quoq; īterfi/cerēt̃. Itaq; oēs Scipionis milites:cum fidē Cæsaris īplorarēt:īspectāte ipso Cæsare:et a militibꝰ deprecāte:uti eis pcerēt:ad unū sūt īterfecti. Cæsar tri/nis castris potitus:occisisq; hostiū decē milibꝰ:fugatisq; cōpluribꝰ:se rece/pit qnquaginta militibꝰ amissis:paucis sauciis in castra. Statī ex itinere āte oppidū thapsū cōstitit.elephātosq; sexaginta quattuor ornatos armatosq; cū turribꝰ:ornamētisq; capit. Captos āte oppidū īstructos cōstituit. Id hoc cōsilio:si posset Virgiliꝰ:q q; cū eo obsidebāt̃:rei male gestę suorūq; īdicio: a ꝑtinacia deduci. Deīde ipsū Virgiliū appellauit:īuitauitq; ad deditionē: suāq; lenitatē:et clæmētiā cōmemorauit. Quē postq̄ aīaduertit respōsū si/bi nō dare:ab oppido discessit. Postero die diuina re facta:cōcione aduoca/ta ī cōspectu oppidanoꝝ milites collaudat:totūq; exercitū ueteranoꝝ do/nauit p̄miis. Fortissimo cuiq; ac benemerēti ꝓ suo gestu tribuit. Ac statī īde digressus. T. Rebullo ꝓcōsule:cū tribꝰ ad thapsū cohortibꝰ:et Cn. Domi/tio cū duabꝰ tisdrę:ubi Cōsidiꝰ præerat:ad obsidendū relictis. M. Messal/la uticā āte præmisso cū eqtatu:ipse eodē iter facere cōtēdit. Eqtes īterī Sci/piōis:q ex p̄lio fugerāt cū uticā uersus iter facerēt:pueniūt ad oppidū parā/dā. Vbi cū ab īcolis nō reciperēt̃:ideo q; fama de uictoria Cæsaris præcu/currisset:ui oppido potiti:ī medio foro lignis coaceruatis:oībusq; rebꝰ eoꝝ cōgestis ignē subiiciūt. Atq; eius oppidi īcolas cuiuscūq; gn̄ris aut ætatis uiuos:cōstrictosq; ī flāmā cōiiciūt. Atq; ita acerbissimo afficiūt supplicio. Deīde ꝓtinꝰ uticā pueniūt. Supiore tēpore. M. Cato:q uticēsibꝰ pp benefi/ciū legis iulię parū ī suis ptibꝰ pręsidii eē existimauerat:plebē īermē oppi/do eiecerat:et āte portā bellicā castris:fossaq; puula dūtaxat munierat. Ibiq; custodiis circūdatis habitare coegerat. senatū aūt oppidi custodia tenebat. Eoꝝ castra.l.eqtes adorti expugnaē cœpūt:ideo q; eos ptibꝰ Cęsaris fauisse sciebāt:ut eis īterfectis eoꝝ pnicie dolorē suū ulciscerēt̃. uticēses aīo addito ex Cęsaris uictoria:lapidibꝰ et fustibꝰ eqtes repulerūt. Ita postq̄ castra n̄ po/tuerūt cape:uticā se ī oppidū cōiecerūt. Atq; ibi multos uticēses īterfecerūt: domosq; eoꝝ expugnarūt:ac diripuerūt. Quibꝰ cū Cato p̄suaderē nulla rōne qret:ut secū oppidū defenderēt:et cædi rapinisq; resisterēt:et qd sibi uellēt: sciret:sedādę eoꝝ īportūitatis gr̄a:singulis.c.diuisit. Idē Sylla Faustꝰ fecit. ac de sua pecūia largitꝰ ē.unaq; cū iis ab utica ꝓficiscit̃:atq; ī regnū Iubę tē/dit.cōplures īterī ex fuga uticā pueīūt. Quos oēs Cato cōuocatos :una cū trecētis:q pecūiā Scipiōi ad bellū faciēdū cōtulerāt:hortat̃ ut seruitia māu/

mitterēt:oppidūq; defenderēt. Quoꝝ cū partē assentire:partē aīum mētēq; pterritā:atq; in fugā destinatā habere intellexisset:āplius de ea re agere destitit. Nauesq; iis attribuit:ut in quascūq; ptes uellēt:pficiscerēt. Ipse oībꝫ rebus diligētissime cōstitutis:liberis suis. L. Cæsari:q tum ibi pquæstore fuerat:cōmēdatis:et sine suspiciōe uultu atq; sermone:quo supiore tēpore usus fuerat cū dormitū isset:ferrū intro clā ī cubiculū tulit:atq; ita se traiecit. Qui dū aīa nōdū expirata cōcidisset:īpetu facto ī cubiculū ex suspiciōne medicus:familiaresq; cōtinere:atq; uulnus obligare cœperunt: Ipse suis manibꝫ uulnus crudelissime diuellit:atq; aīo præsenti se īteremit. Quē uticēses quāq̄ oderāt ptiū gratia:tū ꝑpter eius singularē integritatē:et ꝙ dissimillimus reliquoꝝ ducū fuerat:ꝙ q; uticā mirificis operibꝫ munierat:turresq; auxerat:sepultura afficiūt. Quo interfecto. L. Cęsar:ut aliqd sibi ea res auxiliaretᷣ:cōuocato populo cōciōe habita:cohortatᷣ oēs:ut portæ apirētᷣ: se in Cæsaris clæmētia magnā spem hr̄e. Itaq; portis uticæ patefactis utica egressus Cęsari īpatori obuiā ꝑficiscitᷣ. Messalla:ut erat īpatū:uticā ꝑuenit. Oībusq; portis custodias ponit. Cæsar interī a thapso ꝑgressus:uscetā ꝑuenit. ubi Scipio magnū frumēti numeꝝ:armoꝝ:tæloꝝ:cęteraꝝq; reꝝ cū puo p̄sidio habuerat. His aduenīēs potitᷣ. deinde adrumētū ꝑuenit. Quo cū sine mora ītroisset:armis / frumēto:pecūiaq; cōsiderata. Q. Ligario. C. Cōsidii filio:q tū ibi fuerat:uitā cōcessit. Deīde eodē die adrumēto egressꝰ: Lunеio Regulo:ibi cū legiōe relicto:uticā ire cōtēdit:cui ī itinere fit obuiꝰ. L. Cęsar:subitoq; se ad genua ꝓiecit. Vitāq; sibi:neq; āplꝰ qcq̄ deprecatᷣ. Cui Cæsar facile:et ꝓ sua natura:et īstituto cōcessit. Itē Cecinæ:Cereio:Catricio. L. Celiæ patri et filio. M. Epio. M. Aqnio Catonis filio: Damasippoq; liberis:ex sua consuetudine tribuit. circiterq; noctē luminibus accēsis uticā ꝑuenit. atq; extra oppidū ea nocte māsit. postero die mane ī oppidū ītroiit. Cōcioneq; aduocata:uticēses incolas cohortatus:grās ꝓ eoꝝ studio erga se agit. Ciues aūt romanos negociatores:et eos q īter. ccc. pecunias cōtulerāt: Varo:et Scipioni multis uerbis accusatos:et de eoꝝ sceleribꝫ lōgiori habita oratiōe:ad extremū:ut sine metu ꝓdirēt:edicit. Se eis dūtaxat uitā cōcessurū. Bona qdē eoꝝ se uēditurū:ita tñ:ut q eoꝝ ipsa bona sua redemisset: se bonoꝝ uēditionē īdicturū:et pecuniā mulctæ noīe relaturū:ut īcolumitatē retinere possent. qbus metu exanguibꝫ:de uitaq; ex suo merito despātibꝫ:subito oblata salute:libētes cupidiq; cōditionē acceperūt. Perierūtq; a Cæsare:ut uniuersis trecētis uno noīe:pecuniā īparet. Itaq; bis milies sestertiis bis īpositis:ut p trieniū:sex pēsiōibꝫ po. ro. soluerēt:nullo eoꝝ recusāte: ac se eodē die demū natos p̄dicātes:lęti grās agūt Cęsari. Rex interī Iuba: ut ex p̄lio fugerat:una cū Petreio īterdiu uillis latitādo:tādē nocturnis itineribus cōfectis:ī regnū ꝑuēit:ad oppidūq; zamā:ubi ipse dōiciliū: cōiuges:liberosq; habebat. Quo ex cūcto regno oēm pecuniā: carissimasq; res cōportauerat. Quodq; inito bello opibꝫ maximis munierat:accedit. Quē ātea oppidani rumore exoptato de Cæsaris uictoria audito:ob has causas

oppido ꝓhibuerunt:ꝙ bello contra populũ romanum suscepto:in oppido zamę lignis cõgestis maximã ĩ medio foro pyram construxerat:ut si forte bello foret supatus:oĩbus rebꝰ coaceruatis:dehinc ciuibus cũctis ĩterfectis: eodẽq; ꝓiectis:igne subiecto:tũ demũ ipse ĩsup ĩteriret. Atq; una cũ liberis cõiugibus:ciuibusq;:cũctaq; gaza regia cremaret᷑. Postq̃ Iuba ante portas diu multũq; prĩo minis ꝑ ĩperio egisset cũ zamẽsibꝰ:deĩde cũ se parũ ꝓfice/re ĩtellexisset precibꝰ quoq; orasset:uti se ad suos deos penates admitterẽt: ubi eos ꝑstare ĩ sua sentẽtia aĩaduertit:nec minis:nec ꝓcibꝰ suis moueri:quo magis se reciperẽt:tertio petit ab eis ut sibi cõiuges:liberosq; redderent: ut secũ eos asportaret. Postq̃ sibi nihil oppidanos responsi reddere aĩaduertit: nulla re ab his ĩpetrata:ab zama discedit. Atq; ad uillã suã cũ. M. Petreio: paucisq; eqtibꝰ se cõfert. Interĩ legatos de his rebꝰ ad Cæsarẽ uticã mittũt. petũtq; ab eo:uti ãteq̃ rex manũ colligeret:seseq; oppugnaret: sibi auxiliũ mitteret. se tñ paratos eẽ sibi quoad uita suppeteret:oppidũ: seq; ei reserua/re. Legatos collaudatos Cęsar domũ iubet ãtecedere.ac suũ aduentũ ꝓnũ/tiare. Ipse postero die utica egressus cũ equitatu ire in regnũ cõtẽdit. Interĩ in itinere ex regiis copiis duces cõplures ad Cæsarẽ ueniũt.orantq;:ut sibi ignoscat. Quibꝰ supplicibꝰ uenia data:zamã ꝑueniũt. rumore ĩterim ꝑlato de eiꝰ lenitate:clæmẽtiaq; ꝓpemodũ oẽs regii eqtes zamã ꝑueniũt ad Cę/sarẽ.ab eoq; sũt metu:ꝑiculoq; liberati. Dũ hæc utrobiq; gerunt᷑:Cõsidius q tisdræ cũ familia sua gladiatoria mãu getulisq; ꝑerat: cognita cæde suo/rũ:Domitiiq; et legionũ aduẽtu ꝑterritus:desperata salute oppidũ deserit. Seq; clã cũ paucis barbaris pecunia honustus subducit. Atq; ĩ regnũ fuge/re cõtendit. Quẽ gætuli sui comites in itinere prædæ cupidi cõcidũt: seq; ĩ quascũq; potuere ꝑtes cõferũt. C. interĩ Virgilius postq̃ terra mariq; clau/sus se nihil ꝓficere ĩtellexit:suos aũt ĩterfectos. M. Catonem uticæ sibi ipsi manus intulisse:regẽ uagũ:a suisq; desertũ ab oĩbus aspnari:Saburã eiusq; copias ab Sictio eẽ deletas:uticę Cęsarẽ sine mora receptũ:de tãto exercitu: reliqas eẽ nullas:quæ sibi suisq; liberis ꝓdessent:a Caninio ꝓcõsule:q eum obsidebat:fide accepta:seq; et sua oĩa:et oppidũ ꝓconsuli tradit. Rex interĩ Iuba ab oĩbus ciuitatibꝰ exclusus:desperata salute:cũ iã conatus esset cum Petreio:ut ꝑ uirtutẽ interfecti esse uiderent᷑:ferro ĩter se depugnãt. Atq; fir/mior ĩbecilliorẽ Iuba Petreiũ facile ferro cõsũpsit. deinde ipse sibi cũ cona/ret᷑ gladio traiicere pectus:neq; posset:precibus a seruo suo ĩpetrauit:ut se ĩ/terficeret:idq; optinuit. P. interĩ Sictius itẽ ĩterpulso exercitu Saburæ præ/fecti Iubæ:ipsoq; ĩterfecto:cũ iter cũ paucis ꝑ mauritaniã ad Cæsarẽ face/ret:forte incidit in Faustum Afraniumq;:q eã manũ habebant:qua uticam diripuerant.iterq; in hispaniã intendebant.et erant numero circiter.ccviii. Itaq; celeriter nocturno tempore ĩsidiis dispositis:eos prima luce adortus: præter paucos equites:qui ex primo agmine fugerant:reliquos aut interfi/cit:aut in deditionem accipit. Afranium et Faustum uiuos capit cum con/iugibus et liberis. Paucis post diebus dissensiõe in exercitu orta: Faustus

